

F. Ulrich

2442

2442
XXXI - L

832





SUPER PSAL- MVM QVINQVA-

GESIMVM, HOMILIAE VI-

ginti sex, multiplici utriusque testamenti, & maxi-
mè Dauidis, & Sacratissimi Pauli, & anti-
quissimorum patrum doctri-
na exornatae.

IN QVIBVS, GRAVES, QVÆ OCCVRRE-
runt materiæ, secundum prophetæ literalem sensum, & quatuor Ecclesiæ
Doctorum expositiones, pertractantur, & absoluuntur, præcipue de pœ-
nitentia, de satisfactione, de oratione, de eleemosyna, de contemplatione,
pœnitentibus valde necessaria, de perseverantia, de sacerdotio Christi, de
iustitia mortis eius, de videndo Deum in hac vita, de resurrectione.

Deniq; de omnibus, quæ pœnitentibus, ad eorum usq; consumma-
tionem spectant, & perfectionem, sicut demonstratur in
argumentis, quæ simul in unum collectis, sequenti-
bus folijs proponuntur, cum locupletissimo
indice in fine operis.

PER REVERENDVM PATREM

Fratrem Ioannem de la Fuente Guardianum conuen-

tus sancti Francisci de Escalona eiusdem fami-
liae, & sacræ Theologiæ alumnum.

SALMANTICÆ,
Apud hæredes Ioannis à Canoua.

M. D. LXXVI.



SAPEURS
SAMOINGA
GESSUM HOMMIE VI
Bijou, &c., mobilier ancien et dessiné, & max-
ime D'Amie, & Sébastien Peltz, & autres.
Lequel est à la vente le dimanche 20 octobre.
La vente sera à l'Exposition.

PER REVERENDAM PATREM
Hincm Joannem de Proues Gaudium coniuncto-
rumq; Hincm q; Hincm q; Eccl: specie cingula p; fuit
q; fuit Tpcojogia salutis.

САЛМАНИЧА

A brief sketch towards a Chrono-

M.D. TXXAI.



ON Philippe por la gracia de Dios, Rey de Castilla, de Leon de Aragon, de las dos Sicilias de Hierusalem, de Nauarra, de Granada, de Toledo, de Valencia, de Galicia, de Mallorcias, de Seuilla, de Cerdeña, de Cordoua, de Corcega, de Murcia, de Iaen, de los Algarues de Algezira, de Gibraltar, Conde de Flandes, y de Tirol, &c. Por quanto por parte de vos fray Iuan dela Fuente Guardian del conuento de Sant Francisco de Escalona: nos fue fecha relacion diciendo que vos auia descripto un libro en Latin que contenia veynte y seys Homelias, sobre el psalmo Miserere mei Deus, las quales eran de muy sana doctrina para la republica Christiana, y nos pedistes y supplicastes vos mandassemos dar licencia para lo poder hazer imprimir y vender, o como la nuestra merced fuese, lo qual visto por los del nuestro consejo, por quanto en el dicho libro se hizo la diligencia que la pragmatica por nos agora nueuamente fecha dispone: fue acordado que deuiamos mandar dar esta nuestra carta en la dicha razon, y nos tuuimos lo por bien, por la qual vos damos licencia y facultad para que por esta vez podays hazer imprimir el dicho libro de que de suyo se hazeencion sin por ello caer ni incurir en pena alguna, y mandamos que la dicha impresion se haga por el dicho libro original que fue visto en el nuestro consejo que van rubricadas todas las hojas, y firmado al fin del de Iuan Fernandez de Herrera nuestro Escriuano de Camara de los que residen en el nuestro consejo, y quedespues de impresso no se pueda veder ni vendida sin que primero se trayga al nuestro consejo juntamen-

te cō el dicho original, para que se vea si la dicha impresiōn esta conforme a el, y se os de licencia para lo poder vender, y se tasce el precio a que se quiere de vender cada volumen, so pena de caer y incurrir en las penas contenidas en la dicha pragmática, y leyes de nuestros Reynos y mas de la nuestra merced, y de diez mill marauedis para la nuestra camara. Dada en Madrid a diez dias del mes de Hebrero de mill y quinientos y setenta y seys años.

*D. Episcopus
Segobiensis.*

*El Licenciado
Fuen Mayor.*

*El Doctor Franciso
de Villafane.*

El Doctor Franciso de Auedillo. *El Licenciado Fernando de Chaves.* *El Licenciado Hernando de Analos de Soto Mayor.*

J o Juan Fernandez de Herrera Escrivano de camara de su Magestad lo fiz e scriui por su mandado con acuerdo de los del su Consejo.

LE G I, & vidi ex commissione Regij senatus, vi-
ginti sex Homilias super Psalmum quinque-
simū reuerendi patris fratris Ioannis dela Fuente
Theologi Guardiani conuentus sancti FRANCISCI
oppidū de Escalona. Quæ cum sana, & consona orthodo-
xæ fidei doctrina, pia valde scarent eruditione. Quare
prælo dari ad utilitatem legentium tuto poterunt. Matri-
ti tertia die Februarij Anno Domini. 1576.

Frater Franciscus Guzman.

¶ 3



R A T E R Christophorus à Capite Fontium totius
ordinis minorum regularis obseruantie Generalis mini-
ster & seruus, Dilecto nobis in Christo ac reuerendo pa-
tri, fratri Ioanni dela Fuente, eiusdem instituti prædica-
tori & confessario, necnon conuentus Escalonensis Guardiano di-
gnissimo, patriq; de ordine bene merito: salutem in Domino sempi-
ternam. Cum propheta teste, illi qui ad iustitiam erudiūt multos, de-
beant fulgere sicut stellæ in perpetuas æternitates, domino pro suis
laboribus tam amplum præmium illis decernēte, & quum est profe-
cto ac rationi consonū ut mortales omnes divino exemplo huiusc
modi viros iustis prosequi honoribus & amplecti. Tum vel maxi-
mè eos, qui vitâ cum doctrina pariter copulantes suis scriptis, viuaq;
voce, ac viræ exemplo reipublicæ Christianæ prodeesse student. Tu
itaq; cum vñus ex eodem catalogo cum sis qui non modo concio-
nibus prælectionibus verū etiā commentarijs scriptis & lucubratio-
nibus plurimis Dei Ecclesiam illustrant & ornant: non possumus
non te amplecti paterna nostra seþy ac benevolentia propensioniq;
animi nostri voluntate erga te affici idq; merito quippe qui ex tuis
laboribus magnam ordini nostro glorię segete accumulasti. Quam
ob rem ut id ipsum exequi promptiori animo pergas harum tenore
tibi præcipimus ac ad salutaris obedientiæ meritum mandamus qua-
tenus capta temporis operis & loci commoditate prælo mandare cu-
res librū & libros illos omnes quos præ manibus te habere nobis re-
latum est. Idq; ne talentū tibi concreditum abscondisse arguaris ab
austero domino qui metit vbi nō seminat & congregat vbi nō spar-
git. Concedimus igitur tibi licentia ad ea loca assumpto tecum socio
grato te conferendi vbi dicti libri fuerint secundū Sacros. Con. Trid.
sanctionē ac Regiæ Catholicæ maiestatis decretum, examinati &
approbandi atq; prælo committendi, nemine nobis inferiore cōtra-
dicente aut impedimento ponente. Perge igitur fili charissime bo-
nis auibus cæptos cū paterna nostra benedictione prosequi labores,
omnem nostrum favorē, studiū, patrociniū & operam suo tempore
experturus. Vale in Domino eundē pro nobis oraturus datis Romæ
in Ara cœli sexto decimo Calendas Martias.

Frater Chrystophorus.
Qui supra propria manu.

REVERENDISSIMO
AC SAPIENTISSIMO PATRI
FRATRI CHRISTOPHORO DE CAPI-
te Fontium religionis Seraphicis patris nostri Francisci de ob-
seruantia Generali ministro, ac duci strenuo, eius filius
humilisq; subditus frater Ioannes de Fonte, la-
tutem, & eternam in Domino
felicitatem.



IGNVM IVDICAVI (AMPLIS-
sime pater) cum re & nomine sis caput meū, & vi-
deam hanc nostram familiam, uno & vniuersam
Christi Iesu Domini nostri rempublicam, à vobis
verbo & exemplo, velut regia purpura decorari
sub vestro nomine ac patrocino in publicum edere
homilias, quas super Psalmū quinquagesimum, nu-
per scripsi. In hoc enim sufficienter quidem operi nostro consulo. Quippe
cum parono, ac defensore indigeat, tu unus inter millia occurris, qui offici-
um hoc implere debeas & possis. Similes enim sunt scriptores superba-
rum domorum constructoribus, qui ad earum stabilitatem, & immunita-
tem, numini easdem consecrabant: ut vel ex hoc uno, & pretio haberentur,
& honore: Deo optimo & maximo autore, quæcunq; bona sunt habe-
mus, ipsiq; omnium donorum debitores sumus, & ipsius gloria omnia ope-
ra nostra seruire debent. Illis tamen hominibus, qui locum eius tenent, &
vicem in terris agunt, quos ipse omnibus numeris absolutos ornatosq; ma-
gnis virtutibus, mundo concessit, offerre talia obsequia, non iniustum, non
indecorum, non inusitatum est. Honoratur etiam in hoc dator optimus
Deus. Ego quidem pater Reuerendissime proxime elapso anno, duabus qua-
dragesimis, tertis & sextis ferijs, non sine magnatotius populi, & con-
gratulatione, & deuotione, vsq; ad vigesimam sextam concessionem, cala-
num extendi, & os meum in summo desiderio aperui. De quibus cum vo-
bis relatum fuit, ad obedientię salutaris meritum iussisti, ut quam primū
possem, in lucem ederem. Ecce quo duce (obedientia inquam) audeo prae-

mandare nostrum opusculum. In quo certe verè patronum (prout mea fententia) egistis. Quis enim audeat accusare opus à tanta virtute profetum, quale obedientia est? Quis non excusabit quæcunque minus sapienter, minus vero prudenter scripta in nostro opere invenierit, cum plus in obediendo, quam in scribendo, diligentes fuerimus? Vere (iterum in quo) in hoc patrorum egistis. Sed illud ad iurisdictionem spectat. Hac tamen diuina proposita, cœlestis procul dubio iudicari debet. Cum loco illo ubi sedes sacraissima beati Petri Domini Iesu vicarij, ad usq; hanc diem perseverat, non humana voluntate solicitante, sed diuino spiritu docete, tantorum patrum consensu, & unanimi voluntate electus sis in ministerium generalem totius ordinis Seraphici patris nostri Francisci, & a summo hierarcha confirmatus. Quis illorum ante hanc horam de vestra electione disputauit? Quis procurator exciuit? Vbi honorum promissa & magistratum? Vel ipsa facie eras signotus, sed non Deo. Quod rei exitus manifeste comprobauit, in absolutissima totius religionis reformatione, stabilitate & honore, & strenuâ cum Dei gratia gubernatione. Qui super candelabrum facem ardentem, prenimeo diuini honoris zelo, & summa doctrinæ claritate lucentem, iam diu parauerat reponere, & ecce ad adiutorium vniuersæ Ecclesiæ & pretiosum nostræ religionis ornamentum, procul astantibus, & visideris & honoraris. Sed de his satis, imponit enim calamo terminum inopia sermonum. Accipe ergo amplissime pater paruum hoc obsequium, & sub cura tua illud habe, & correctione, sed præcipue sub sacro janet & matris Ecclesiæ magisterio, & disciplina, sit sicut & ego, & mea omnia, ut sic grata, iucundaque apparet in oculis omnium. Vale in conuentu Sancti Francisci, de
Escalona, vigesimo die mensis Junij.
Anno nostra salutis.

ARGUMENTVM

Homilie I.



V C T O R E M P S A L M O R V M
fuisse David primo ostenditur, Vbi contrarias beato-
rum Hieronymi, & Augustini sententias in vnum
componit auctor, ostendens cum beatissimo Athana-
sio multiformem sacrarum odarum uilitatem, & pre-
cipue huius quinquagesimæ. In exponendoq; titulum,
primam regulam in nostra pœnitentia tradit seruandam, Vbi cum sanctis
Cypriano, Athanasio, Ambroſio, & Anſelmo, de Valore sanguinis Chri-
ſti nostro hoc tempore diſserit, exponens locum Psalmi. Iurauit Dominus
& non pœnitentebit eum, tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Mel-
chisedec. Doceſtque faciendam cum discretione, audiendamque cum humi-
litate correctionem Nathan, & Davidis exemplo, Vnde discretio in ar-
guente & erubescientia in pœnitente comprobatur. Iamque ad longum
exponit verbum Nathan, Dominus tranſtulit peccatum tuum. De flagel-
lis quibus caſtigatus eſt David deinde agit, vt perſuadeat ſalutarem ſatis-
factionem poſt remiſſionem peccatorum. Ultimo tandem loco ad timo-
rem in uitat ex conſideratione ſecretissimorum Dei iudiciorum, ſicut om-
nis ſcriptura proclamat.

ARGUMENTVM

Homilie. II.



E humilitate initium pœnitentie, orationisq; pro culparum
remiſſione docet sanctus David, Vbi aperte exemplis & scri-
pturis demonstratur uiliſimam eſſe cor nostrum poſt pecca-
tum, nihilque ſpectabile, aut decorum in eo manere, Vnde
veniam mereatur, confeſſa vero, ſumma Dei noſtri liberalitas oſteditur,
qui culpis indulgens, antiquæ iuſtitiae noſtræ mortificatæ quidem, iam per
gratiā, ſicut arbor ad humorem aquarum, reuiuſcunt. Docet poſt cordis
humilitatem habitum, & figuram exterioris hominis, quam in exoranda
venia debemus habere coram Domino, conducit etiam ad inuentandam
gratiā eius, & multum valde ad cordis viuam compunctionem, bene-
ficiorum

fiorum commemoratio, ac recordatio. Quomodo autem Deus misericors sit ostenditur, quantaque eius sit misericordia, & in quo maxime apparuit nobis, secundum quam ex humiliissimo corde sui misereri exorat David similis in orando cum confessione beati Pauli Apostoli, qui omnem Dei patientiam proclamat sibi fuisse necessariam. Præpositio vero illa secundum, ad longum exponitur.

ARGUMENTVM Homilie III.

V A M Vtilis pœnitentibus antiquarum miserationum Domini recordatio, vt in spem veniae erigantur, qualiter etiam misericordia, & miseratione differant, primo loco proponitur. Et post quam ad longum verbum, dele, secundum scripturas expavit auctor, iam cum magno fructu, de reatu ac macula nostrorum peccatorum, quodq; aliqua pœna iuste sit æterna demonstrat cum beato Augustino, ad cuius redemtionem, & remissionem in præsentis seculo, non solum sanguinem Christi nobis proponit scriptura, verum & voluntariam nostram pœnitentiam.

ARGUMENTVM Homilie IIII.

V M I L I T A S David, & perscrutatio magnitudinis sceleris, quam ardentem in confessione & oratione fecerint illum, qualiter ergo parvipendant nostri temporis peccatores, etiam graviora peccata sua demonstratur. Quibus exemplis patrum ad eorum correctionem proponuntur, vnde & scelera sua apprehendant, & affectus in orationibus cum David multiplicant, cognoscentes ac contemplantes faciem peccati. Iam deinde optimum remedium protestationis tempore, ad eam superandam proponitur. In interpretanda autem oratione David, cum beato Ambrosio de misericordia ac eleemosyna agitur ad animi munditiam valde conducentibus & cordis nostri letionem opus esse Spiritus sancti: & nostrum cum scripturis declaratur, quantumq; iram thesaurizent, qui oblatam à domino aquam salutis, contemnunt.

remunt. Ultimo tandem loco de virtute sacratissimi nominis Iesu, de qua
invocatione eius ad nostram munditiam disputat auctor, cum exhortatione
ad operandum instanter nostram salutem.

ARGUMENTVM

Homilie V.

PO ST sacrorum patrum expositiones super hunc locum quan-
tum sit peccatum nostrum, quamque necessaria eius cognitio,
ad plenam detestacionem, proponitur, & quod maxime ex ver-
bo beatissimi Pauli ad Romanos, quem pater posuit propiciato-
rem in sanguine ipsius, ad ostensionem iustitiae sue. Vbi de iustitia Christi,
qua satisfecit patri pro Adae delicto, & omnium hominum, agit auctor,
declarans quam necessaria sit sacramentorum receptio, & Iesus, & poenitentia,
& legis obseruatio. Licet talis acta tanta fuerit Domini Iesu sa-
tisfactio. Deinde aliquorum peccatorum grauitatem cum beato Ambro-
sio, & Anselmo declarat, proponitq; secundum principium, ad cognoscen-
dam grauitatem peccati mortalis. Expositurusq; secundam partem pre-
sentis Versus, elucidat quomodo peccatum David fuerit pro illo brevi tem-
pore, contra illum vero semper, unde acriter reprehenduntur miseri, ac
inuerecundi peccatores, quibus per totam vitam blanditur delictum suum,
& gloriantur in illo, in quos in hora mortis, tanquam armatus fortis, in-
surget. Ad quorum correctionem sancti David magna poenitentia, perfe-
ctissimaq; ad Deum conuersio adducitur, ubi Baruch propheta, & beatissi-
mus Paulus Apostolus de re hac exponuntur.

ARGUMENTVM

Homilie V. I.

PO ST sacrorum patrum presentis loci expositiones, ex qui-
bus non solum literalem sensum adipiscimur verū & aliud
magnum principium ad indagandam peccati mortalis gra-
uitatem: iam ad reges, & huius seculi potentes, auctor ora-
tionem conuerit, ut domino Deo & legibus eius & ecclesiasticis subiiciā-
tur, sicut vere subditis sunt etiam suis legibus: adducto in exemplum ma-
gno Theodosio imperatore, per omnia beato Ambrosio Episcopo, subdito.
Secundo loco evidenter probatur ex scripturis Deum habere in notitia cer-

nereq; omnia nostra, omniaque fieri in conspectu eius, & qualiter Deu-
sit in omnibus rebus per essentiam præsentiam, & potentiam. Cuius fidei
& consideratio omnis boni origo, firmamentum, & robur est, & inter
primas beatitudines viri iusti describitur. Cuius ignoratio, & oblio, om-
nis peccatifons, & principium habetur. Tandem post multas exposicio-
nes verbi (et malum coram te feci) Valde spiritualiter depingitur, cum
illis, quæ deinde in propheta habentur.

ARGUMENTVM

Homiliae VII.

PRIMO loco beatorum Basilij, & Theodoreti expositiones proponuntur ex quibus multa in sequentibus satis utilia, & ad nostram edificationem spectantia colliguntur. Quibus Docto-ribus ceteri patres in confessione ac fide peccati originalis sub-scribunt. Cuius fides sub prædicatione beatissimi Ioannis Baptiste claruit, & de scripturis noui ac veteris testamenti comprobatur. Inter haec de triumpho Christi in descensu eius ad inferos cum Eusebio Cæsar. Vel verbum unum proponit auctor. Descripturusque peccatum originale, & pœnas illud comitantes, de multiplici bono naturæ nostræ antequam exterminaretur, disputat, ostendens quod licet peccatum hoc in sacro baptismo deleatur, ac remittatur, manet tamen ardor nostræ concupiscentie, unde lucta & plusquam ciuale bellum aduersus rationem quotidie oritur, ad cuius victoriam principes terra Petrus & Paulus nos instruunt, quorum doctrina cum Origene proponitur. Tandem post coniugatorum exhortationem ad sobrietatem, & pudicitiam, in disputando de vocali confessio-ne peccatorum actualium clauditur sermo.

ARGUMENTVM

Homiliae VIII.



ACCORDVM doctorum utilissimæ expositiones propo-nuntur. Quod autem Deus sit verax, & longe a natura eius mendacium, rationibus & scripturis demonstratur, quamq; amator, & seruator illius sit. Iam de mendacio, quod multu-plex

plex reperitur, agit auctor, docens cum Aristotele, quantum malum sit mendacij officiosis, & iecosis indulgere, & cum apostolo quam necessaria in republica veritas, ad eius statum & incolumentem. Secundo loco, amplectens patrum expositiones, de satisfactione, quæ tertia pars pœnitentie extat, multa valde utilia & necessaria disputat, ostendens quam ignominiose curantur vulnera peccatorum nostrorum hoc tempore, traditque ex sententia Apostoli tres regulas, secundum quas metiri debet nostra pœnitentia, demonstrans evidenter indulgentias non curare nostri cordis imbecillitatem, nec preservare pœnitentem à sequentibus peccatis, quod officium satisfactionis est, propter quod maxime commendatur. De qua satisfactione cum beato Augustino, & Anselmo differit, ostendens cum Tertuliano & Irenæo Adam patrem nostrum primo dedicasse illam in semetipso. In tertia parte de excellentia prophetæ David, & certa & exacta cognitione prophetarum, eorum, scilicet, quæ ipsis reuelabat Spiritus sanctus agit, & quam necessaria, ac suauiter disposita sit prophetia, ex quibus omnibus constat quam firmum & stabile sit nostræ fidei fundamentum, & eius ultimare solutio.

ARGUMENTVM Homiliæ X.

PO ST QVAM demonstratur ex scripturis, & auctoritatibus sanctorum Iustini Martyris, & Basili magni, & Theodoreti, & Ambrosij presentem locum debere interpretari de aspersione sanguinis Christi, per quam David sperabat munitionem à magnis fôrdibus peccatorum, statim comprobatur ipsum David præuidisse hoc loco redemptorem sanguinolentum. Hoc enim arcnum erat sapientiae Dei, quod manifestum fuit illi. Iam magnum studium diuinæ prouidentiæ, in multiformi sanguinis effusione declaratur ad predemonstrationem redemptionis nostræ, que maxime in Isaac & ariete resplenduit, & ut antiquus Dei populus futuri beneficij imagines haberet, in signum & recordationem, ad comparandas magnas diuitias spiritus, & gratiae, quo dono sublimius magnificata est sancta Dei Ec-

clesia, per institutionem venerabilis sacramenti altaris, in quo immola-
tur agnus mitissimus Dominus Iesus, aspergiturque sanguis eius super po-
pulum, sicut olim in lege, Vbi multa ad informationem eorum, qui astant
in Ecclesia sub sacrificij salutaris consecratione. Iam quæ sint fôrtes
peccatorum declaratur, quamque infirma & miserabilis maneat anima,
& omnes vires eius post peccatum, & quod solo sanguine, & sacerdotio
Christi lauari possint, quod sacerdotium in Aaron præmonstratum fuit
secundum Athanasium. Ultimo tandem loco, postquam declaratur expe-
ctatio antiquorum patrum effusionis sanguinis Christi, pulchritudo ad-
mirabilis animarum, quæ per eum mundantur, depingitur.

ARGUMENTVM

Homilie XI.



X sacris magistris nostris, literalis presentis versus propo-
nitur expositio, postquam multiplex significatio nominis,
humilitas, traditur. Iam multa ad longum adducuntur. Ex
quibus paenitentium & gementium letitia, gaudiumque
oritur, & coalescit non solum pro liberatione in futuro Dei iudicio, ve-
rum & quam maxime in presentis vita cursu, nimirum veniae spes, libe-
ratio à perditione eterna, firmumque ius ad celestem patriam & hære-
ditatem, ibi etiam de vanitate multorum spe, cum beatis Isidoro & Bernar-
do, & Richardo de sancto Victore differitur. In his omnibus multæ
vtriusque testamenti exponuntur scripturæ, simul & duæ Origenis di-
stinctiones.

ARGUMENTVM

Homilie XII.



E C V N D A expositio huius versus proponitur, quæ est
beati Gregorij, gaudium hoc paenitentium, ac lugentium,
ad futurum iudicij diem referentis, cuius aSIDIA considera-
tio, perfectam vitæ moderationem, & reformationem
adducit, & de scripturis demonstratur esse valde proximum finem vni-
uersam.

uerse carnis, nostramque resurrectionem, quodque primo in morte iusti Abel fuerit prænuntiata secundum beatum Athanasium, & Theodoreum, & cum eodem Theodoreto, valde eleganter ius resurrectionis humanae, per Christi mortem inuentum, declaratur, quamque studiosus fuerit Satanus & diabolus in ipsa impedienda. Iam de omnium resurrectione agitur, de qua vel paruum vestigium, apud Platонem, aliosq; philosophos exiit. Ex uno autem, aut altero verbo Theodoreti, valde utilis consideratio texitur de spe resurrectionis, ubi acriter presentium deliciarum amatores reprehenduntur. Ultimo tandem loco ratio tantæ letitiae & gaudij penitentium in futura resurrectione redditur.

ARGUMENTVM

Homilia XIII.



C C A S I O N E multoties repetita orationis Davidis, etiam dimissis sibi peccatis, de sollicitudine ac metu nostrorum primus agitur, ad quorum remissionem quantum conductat oratio ostenditur eiusque affectus, tum exemplo Anne matris Samuelis, tum maxime ex Davidis rugitu, in suis obsecrationibus, qui rugitus eleganter exponitur. Lacrymarum potentia in oratione, ex beatis Hieronymo & Bernardo ex eodem Davide, perseverantia ex origine, potentia ex sacro Euangelio, necessitas ex alijs scripturis, spes examinationis, docetur. In secunda parte, ex patrum sententijs oratio David exponitur & quam multum ex eodem David. Vbi cum illis, que scripta sunt Apocalypsi. 1. quam faciem a peccatis suis auerti desideret, declaratur, & quam nobile magnumque promissum sit, quod. 2. Paral. capitul. 7. & Leuitici. 26. promittitur, quamque dura comminatio, que Deuteronomio. 31. scribitur, qua impleta, quomodo peccator in profundum malorum veniat, quantumque malum hoc sit. Ultimo tandem loco, ex documento David & Pauli Apostoli docemur habere peccata nostra ante oculos ad iram & vindictam, per quod fructus orationis Davidis apprehenditur, quamque sollicite in eorum inquisitione, cum memoria exciderint, esse debemus.

ARGUMENTVM

Homilie X I I I .

V A M sublimis sit prima oratio huius versus in qua summum bonum huius vitae & futurae a Domino exorat propheta, quod que munditia cordis per inhabitantem Spiritum sanctum, comparetur, ipsumque esse Deum & creatorem nostrum. Deinde vero quod pretiosior & longe magnificentior sit cordis mundi creatio, quam uniuersi, & quod inter omnia opera nostra, que ad hanc munditiam conducunt, diuina dilectio primatum tenet. Proponuntur beatorum Ambrosij & Gregorij sententiae, ex quibus cum multa doctrina, virginique fructu texitur oratio. Secundo loco altera oratio eiusdem versus, ubi magnum bonum recti cordis declaratur cum suo contrario, & quid sit, aut in quo, haec rectitudo consistat, occasione autem primae expositionis de primario ac superexcelsō Dei nomine difficultas eiusque absolutio cum beato Dionysio & Damasceno, & Cypriano.

ARGUMENTVM

Homilie X V .

V O D alienum ab Euangelico oratore sit philosophicam disputationem populo proponere, sed neque in altum disputationum Theologalium sermonem protrahere, neque philosophorum placita disputare, sicut etiam sacris prophetis & beatissimis Apostolis domini Iesu, & Ecclesiæ doctoribus. Quodque propter hanc rem auctor germanum locum sequentium questionum relinquens, speciem homiliam scripsit, in qua ex grauiſſimis scripturis, & antiquorum doctorum sententijs demonstrat nullum ex tantis aut patriarchis, aut prophetis, sine sacris Apostolis, sed neque beatissimam dominam nostram in mysterio incarnationis Deum per essentiam vidisse in hoc mundo. Secunda parte quod consummatus Dei amor illustrior beatitudinis pars sit in patria coelesti.

ARGV-

A R G V M E N T V M

Homiliae XVI.

VO D valde humilis nimisque timoratus & totus à Dei gratia pendens surrexit David, & quod ei multum profuerunt eius peccata, nec per hoc in exemplum adduci debeat, cum rarisimum sit diabolus suis vulneribus electis deserire, quodque Cain, & non Saul, respexit in sua oratione, cum libenter regno renunciauit. Vbi principibus & potentibus, utilis exhortatio propinatur, ne à facie Domini abygiantur, quantum malum hoc sit sub Absalonis historia, à facie patris exulantis, describitur. Cum expositione beati Gregorij de malo desperationis, deque flagello durissimae vindictæ eius, & cum beato Ambroſio de Davide & castigationibus multiplicibus, quas elegit potius, quam à facie Domini ejici disputatur. In secunda oratione multæ de prophetie dono, quam honorificum habenti sit quam Dei gloriae deseruiens & hominum saluti, propter quæ, duo ultima instanter orabat David, ne auferret ab eo Deus sanctum spiritum suum.

A R G V M E N T V M

Homiliae XVII.

VO D peccatori post pœnitentiam & gratiam iustificantem maxime conueniat mentis eleuatio in Deum ad gustandam diuinam dulcedinem, ut ablactetur euellaturque ab ubi ribus & delectabilibus sensuum carnalium, quibus ante indulgentiam inhærebat. Inter hæc verbum Pauli ad Hebreos capitul. 6. Impossibile est eos, qui semel sunt illuminati, exponitur cum beato Dionysio, Athanasio, & Hieronymo, In expositione autem præsentis loci cum patrum sententijs demonstratur, quod licet David semper præuiderit nasciturum Christum, de ventre eius qui salutare Dei ab uniuersa scriptura appellatur non tamen eam animæ dulcedinem & letitiam post lapsum & reparationem inde hauriebat, sicut cum sollicitus cum Deo suo ambulabat propter quod rogat, ut sibi reddatur. Inter hæc de perpetua virginitate sacratissimæ dominæ nostræ cum beato Ireneo super verbum illud de

M V T I M M U R A
fructu ventris tui ponam super sedem tuam, & quanto à sanctus patri-
bus pretio hec lætitia salutaris Dei in mundo venturi sit comparata &
præcipue ab Abraham, de quo multa quantumq; bonum sit, & quanta
salutis efficax in omnibus & præcipue in peccatoribus pœnitentibus, cui
timor comes esse debet, non securitas.

A R G V M E N T V M

Homiliae XVIII.

DIFFINITIO perseverantie ex beato Augustino, cum
valde utile expositione eius proponitur, & quod gratia iustifi-
cans ad perseverandum, sine speciali Dei auxilio, non sufficiat.
Quæ licet a solo Ueo sine nobis possit concedi, non tamen da-
tur sine cooperatione nostra. Quam docuerunt sacratiſimi Apostoli Pe-
trus & Paulus, tradentes quibus medijs ad tantam felicitatem possemus
ascendere. In quorum sententijs multa de fide, de spe, de oratione, de ele-
mosyna, de lorica iustitiae, de gladio spiritus, de scuro fidei, de galea salutis,
inter hec autem rabies inimici, & fortitudo armorum eius, & Ze-
lus militis Christi, ad debellandum inimicum, Davidis exemplo descri-
buntur & tandem quod mereri de congruo possit magnum donum per-
severantie.

A R G V M E N T V M

Homiliae XIX.

VO D magnum ac valde gratum Domino Deo sanctus
propheta post remissionem delictorum, propoundit obse-
quium, in iniquorum doctrina: quod vere adimpleuit in pri-
mis in Bethsabee, ad nostrum exemplum, ubi acriter nostri
temporis peccatores reprehenduntur, & quod inter cunctos sacre scri-
pture auctores, in doctrina morali sublimis existat liber Psalmorū cum
beato Athanasio ad longum demonstratur, & quod munus veri & Euā
gelici predicatoris est, doctrinam Christi & Apostolorum populis propo-
nere, non philosophorum placita & opiniones, a quibus, quæcunq; secun-
dum doctrinam veram scriperunt, tanquam ab iniustis possessoribus,
accipienda

accipienda sint secundum Augustinum conuolandumque ad lectio[n]em
scripturae & doctorum Ecclesiae, in quibus maiores diuitiae reperientur,
& quod secundum uniuscuiusque statum, instituendi sunt auditores, ubi
demonstratur, quod doctrina ad diuitias de eleemosyna, principem locum
teneat cum beato Cypriano.

ARGUMENTVM

Homilie XX.

AUT O D ysque ad eradicationem carnalis concupiscentiae, vel
saltim perfectam fomitis mortificationem, orandus sit Deus à
viro iusto, Douidis & beatissimi Pauli exemplo, ubi de operi-
bus carnis cum eodem Apostolo disputatur, eiusque sententia.
Caro & sanguis regnum Dei non consequentur exponitur, & quod sola
oratio non sufficiat, sed necessaria subinde a[di]cta carnis castigatio, quia
illa cæca pœnam, aut dolorem futurum nesciens, & blandiens alliciensq[ue]
inimicus, ubi sub Iaelis & Sisare historia, insidie eius describuntur &
quis idoneus huius doctrinae discipulus, & qualis debeat orationis affe-
ctus esse pro tanto bono inueniendo, ubi cum beato Hieronymo & Gre-
gorio prima pars versus exponitur, quod etiam gratia & charitas ad car-
nis mortificationem maxime conducant. In secunda parte post patrum
expositionem, quod de iustitia passionis & mortis Christi sermonem agat
propheta, ostenditur & quanta sit, & quomodo applicetur nobis, ubi
laudum & hymnorum in Christi gloriam ius declaratur & quod soli
Deo non sibi totum hoc bonum debeat homo ascribere, ad humilitatis com-
fervationem.

ARGUMENTVM

Homilie XXI.

OST sanctorum patrum expositiones in diuinis laudibus
alioratio & prior, traditur propter quam Domino Deo
debetur. Illa scilicet, quia bonus est & infinita bonitas. Vbi
optimum ac salutare consilium ad excitandum cor in diuinas
laudes

laudes proponitur cum Ecclesiastico, & timor & reuerentia, & quod nihil Deo ex nostris laudibus accrescit evidenter demonstratur, & quod multæ & præclaræ sint rationes, propter quas Deo debentur hymni, & psalmi, cantici spiritualis, & quod Deus sit creator mundi aduersus vanas philosophorum fabulas docetur. Quodque sapientia Dei multum in cōtrariorum elementorum fraternitate reluceat, & de terræ fundamento disputatione, & quod certè aquæ elementares sint supra firmamentum cum beato Ambroſio, Basilio, Auguſtino, Theodoreto & Chrysostomo, & quod non ſolum breuiſſimum temporis ſpatium, in quo condita ſunt omnia, omnipotentiam praedicit creatoris, ſed quammaxime, quia de nihil facta ſunt: & quod valde insufficientes ſimus ad perſoluendas diuinæ laudes, ubi multa ſatis utilia ex noſtro Dauide diſputantur.

ARGUMENTVM

Homiliae XXII.



V O D laudum cantica, à Christo domino, ab Angelis & sacris Apostolis edicta ſint, & quā deceant ſub tempore, & hora ſacro ſancti mysterij diuini muneris, ubi expreſſe probatur dominum Iesum hymnum dixiſſe ante paſſionem & mortem ſuam, & quam multæ utilitatis in gentiſque fructu ſint hymni & psalmi in Eccleſia, cum Athanaſio & Auguſtino, & Origene, & ex præceptis ecclesiasticis neceſſitas perſoluendi diuinum officium demonſtratur, ubi de noua breuiarij forma, vel verbum unum proponitur. Vnde etiam honor domino Deo noſtro debitus fit, & quantiſ rationibus & quam magnis, nimirum iure diuinitatis & redemptionis, & quod ad has diuinæ laudes religioſi viri ac foeminae excitari debent, & quod a Christi morte habet Eccleſia excellentiſſimum ſacrificium laudis, quod ſupra cuncta mundi ſacrificia, honorificum diuino nomini ſit, & quod eo tempore debitæ ſint diuinæ laudes, quod maxime fuit curæ Eccleſiae Dei, in deligendo ſanctiores, diuinioresque hymnos & laudes & orationes.

ARGV-

ARGUMENTVM

Homiliae XXIII.

CONSTRUCTIO presentis versus proponitur, secundum beatum Ambrosium Augustinum, & Hieronymum, ex qua magnum documentum pro nostris poenitentibus consurgit, ad eorum informationem. De causis ceremoniarum, & sacrificij Moysi disputatur, & quod non delectabatur Deus in illis, neque insit ea, cum eduxit filios Israël de Aegypto & quod in illis significabat Spiritus sancti magnificum sacrificium Christi. Declaratur quomodo illa precepta sacrificiorum dicta sunt à propheta Ezechiele, non bona, & quod Euangeliū & sacerdotium Christi promissum, fuit in prophetis, ubi insignis prophetia Moysi: Prophetam suscitabit vobis dominus exponitur, & cum beato Irenaeo verbum illud, Ego autem dico vobis. Iam sacrificium duorum hincorum, quod Levitici cap. 12. inbebatur, eleganter cum beato Cyrillo declaratur, & historia ænei serpantis cum multis scripturis & argumentis pro domino Iesu, & eius aduentu, & diuinitate, cum beato Athanasio. Ultimo tandem loco exhortatio ad populum & ad ministros altaris Domini, pro tempore sacrificij corporis & sanguinis eius proponitur.

ARGUMENTVM

Homiliae XXIII.

VOX sacrificium cordis contriti, & humiliati Deo sit gratissimum, & honorificum & suauissimum odoris in naribus eius, in quo integra ordinatio mentis in ipsum reperiatur, & quod maxime a Christo, tanquam a vite vera & capite nostro, succum contritionis trahere debemus, in quo supra cunctos mortales contrito reperta fuit. Et quod grato animo præcepto contritionis auscultare debemus, quæ multum ab attritione distat. De qua aliquot conclusiones pro materia necessarie traduntur, & quod latum discrimen inter prædestinatos & reprobos inueniatur secundum beatum Gregorium. Vbi antiqua poenitentia Ecclesiæ in nostram confusionem cum Tertuliano disputatur, & quod ex multis humiliari debeat cor nostrum, ut gratus sit in oculis

eculis domini. Iam secundo & iterum de excellentia sacrificij cordis con-
triti & humiliati agitur & de martyrio sermo necessarius interponitur,
cum utili & eleganti exhortatione & doctrina ad pœnitentes sub histo-
ria Helie & sacrificij eius & interfectione sacerdotum Baal, & mina-
rum Iezabel imp̄issimæ, & fugæ eius in desertum & orationis, & tan-
dem angelicæ refectionis.

ARGUMENTVM

Homiliæ XXV.



V O D secundum sacrorum patrum expositiones de Hierusalem & Sion, quæ adhuc in terris agit debeat interpretari præsens versiculos, & quod intersanctorum suspiria, sacrasque orationes principem locum teneat præsens oratio sancti David, ex multis alijs locis comprobatur, & quantus fructus & abundantia donorum rogantibus pro Hierusalem, pro ciuis pace, pro murorum constructione, proueniat, de qua pace uniuersa scriptura docet, quod ex benignitate, & misericordia Dei fiat, vnde ad humilitatem inuitatur. Inter hæc, multæ scripturæ ad longum interpretantur, iam de pace cum Deo disputatur ex scripturis Apostoli Pauli, & de insania nostri peccatoris, qui cum omnipotente pacem, etiam rogati, non componimus. Vbi de legatione domini Iesu pro hac pace agitur & de magno eius bono, & fructu, & quod Salomon virumque decantauit, & benignitatem Dei, & murorum & turrium altitudinem, docens etiam veram humilitatem. Deinde de pace cum hominibus & de præconijs eius, & qualiter in omnibus reperiatur, describitur cum beato Augustino. Ultimo tandem loco de necessitate contemplationis, ad despiciendas delicias nostrorum sensuum, & ad ædificationem murorum Hierusalem, vbi historia, quæ secundo libro Esdra habetur spiritualiter iuxta presentem materiam describitur.

ARGV-

ARGUMENTVM

Homilie XXVI.



VO D secundum beatum Ambrosium & Hieronymum aduerbium illud temporis priori loco positum ad præsentem statum sanctæ matris Ecclesiæ referendum sit, secundum autem Augustinum, & Gregorium ad eandem matrem Ecclesiam, cum tradiderit eam dominus Iesus Deo & patri innouissimo die. Et quod verè inter Christum & patrem in opere redemptoris ratio integra iustitiae reperiatur, licet ad nostram iustificationem acceptum sit ex solam misericordia, & liberaliter applicetur virtus eius, & quod ad multa & præclara valde, acceptum fuit sacrificium iustitiae Christi, ad educationem, scilicet, animarum sanctorum de Limbo, & earum beatitudinem, que diu eum expectauerant, & ad apertitionem Ianuæ coelestis regni, ad donationem Spiritus sancti, & gentium vocationem ad sinum sanctæ matris Ecclesiæ per fidem, ad multorum millium martyrum holocaustum, & ad satisfactionem debitaram pœnarum pœnitentium, denique ad resurrectionem omnium & maximè iustorum, & consummationem eorum gloriam.

ARGUMENTUM

Actus XXXVII

NO Dicendum patrum. Prodigiorumq[ue] p[ro]digiorum
admirandorumq[ue] admirandorumq[ue] p[ro]digiorumq[ue]



SUPER PSALMVM
QVINQUAGESIMVM,
HOMILIA PRIMA.

Psalmus in finem Dauid, quando venit ad eum
Nathan, quando intravit ad Bethsabee.

ARGUMENTVM,

A VICTORE M P S A L M C
rum fuisse Dauid primo ostenditur, vbi
contrarias beatorum Hieronymi, & Au-
gustini sententias in unum componit au-
tor, ostendens cum beatissimo Athanasio
multiformem sacrarum odatur utilita-

Citem, & præcipue huius quinquagesimæ. In exponendoq;
titulum, primam regulam in nostra pœnitentia tradit ser-
uandam, vbi cum sanctis Cypriano, Athanasio, Ambrosio,
& Anselmo, de valore sanguinis Christi nostro hoc tem-
pore differit, exponens locum Psalmi: Iuravit Dominus & *Psalm. 109.*
non pœnitabit eum, tu es sacerdos in æternum secundum
ordinem Melchisedec. Docetq; faciendam cum discretio
ne, audiendâq; cù humilitate correctione Nathan, & Da-
uidis exéplo, vnde discretio in arguente & erubescëtia in
pœnitente comprobatur. Iamq; ad longum exponit ver-
bum, Nathan, Dominus transstulit peccatum tuum. De fla-
igellis quibus castigatus est Dauid deinde agit, vi persua-
deat salutarem satisfactionem post remissionem peccato-
rum. Ultimo tandem loco ad timorem inquit ex conside-
ratione secretissimorum Dei iudiciorum, sicut omnis scri-
ptura proclamat.

B A Scriptu-

Super Psalm. 50. Homilia prima.

Scripturus super Psalmum quinquagesimum, auctore C
eius oportet quasi digito demonstrare. Præter enim alia
multa, ingentiaq; commoda, hoc vnum non deerit, ut scili
cer amorem, & affectionem inde venemur, quæ plurimū
Sententiae excitat legentis, & audientium animos, afficitq;. Extant de
Variæ cir- re hac variæ sanctorum patrum, aliorumq; magistrorum
ca autores sententia, cum de auctore libri psalmorum indagatione
Psalm. non parua pertractant. Beatus Hieronymus, postquam cum
Hieron. ad communī dicto Apostolorum (sicut scriptum est in libro
Sophroniū psalmorum) diffiniuit vnum esse librum, & non tres, sicut
3. tom. fol. ante ipsum quidem senserunt, statim de auctore affirmat
78. *Acto-* fuisse plures, in hæc verba. Psalmos omnes eorū testamur,
vñ. ca. 1. d. qui ponuntur in titulis. David scilicet, Asaph, & Idithum,
Plures au- filiorum Core, Eman, Ezrahita, Moysi, & Salomonis, &
ētorespal. reliquorum, quos Esdras primo volumine comprehēdit.
Secundum Beatissimus Augustinus de hac eadem re desiderans ali-
Hieron. quid certum statuere, sic inquit. *Omnis fere prophetia Da-*
Augu. lib. uidis in Psalmis est, quos centum quinquaginta liber conti-
17. *de ciui.* net, quem psalmorum vocamus. In quibus nonnulli volūt D
Dei. c. 14. eos solos factos esse à David, qui eius nomine scripti sunt.
Sunt etiam qui putant non ab eo factos, nisi qui prænotan-
tur, ipsius David: qui verò habētur in titulis ipsi David, ab
alijs factos, personæ ipsius fuisse coaptatos. Quæ opinio
voce euāgelica saluatoris ipsius refutatur, vbi ait, quod ipse
Matth. 12. David in spiritu dixit Christum esse suum dominum, quo
niam psalmus centesimus nonus sic incipit, *Dixit Domi-*
nus Domino meo, sede à dextris meis. Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Et certè idem psal-
mus non habet in titulo, ipsius David, sed ipsi David, sicut
Vnus as- plurimi. Mihi autem credibilius videtur existimare, qui
etor Psal. omnes illos centum quinquaginta psalmos, eius operi tri-
secundum buunt, eumq; aliquos prænotasse etiam nominibus aliorū
Augustin. aliquid quod ad rem pertineat figurantibus, ceteros autē
nullius hominis nomē in titulis habere voluisse: sicut ei ve
ritatis

A ritatis huius dispositionem, quāuis latebrosam, non tamē inanem Dominus inspirauit. Nec mouere debet ad hoc non credendum, quod nonnullorum nomina Prophetarū qui longē post David regis tempora fuerunt, quibusdam Psalmis in eodem libro leguntur scripta, & quæ ibi dicuntur velut ab eis dici viderentur. Neq; enim nō potuit propheticus spiritus, prophetanti regi David, hæc etiam futurorum prophetarū nomina reuelare, ut aliquid quod eorū personæ cōueniret propheticè cantaretur: sicut rex Iosias mina futurum exoriturus & regnaturus post annos plusquam trecētos, cui rorū hominam prophetæ, qui etiam facta eius futura prædictis, cū suo nomine reuelatus est. Huic sententiæ suffragatur Origenes, labat. beatus Ambrosius, & sanctus Hilarius.

Spūs san-

Etus pro-

phetis no-

num reue-

nomine reuelatus est. Huic sententiæ suffragatur Origenes, labat.

3. Reg. c. 13

Dignus laude profectò in hac parte, sicut in multis alijs Nicolaus de Lyra, qui elegit potius cōponere diuersas partium sententias, quam vnius decretū aduersus alterū nouis munire rationibus, sicut ante ipsum, & non multis ab hinc annis, plurimi fecerunt. In hoc stat, post multa sapienter, ac subtiliter dicta, sententia huius auctoris, quod David minister fuerit materiæ omniū psalmorū, & sic principalis B auctor habetur, iudicariq; debet, isti vero qui connumerantur in titulis, tanquam ministratores ac disponentes materiæ extiterunt, sicut architectus, & manu factor, Architectus quidē principalior habet operario. Apud illū em̄ est rei fabriciā ratio & idea, apud hūcverò executio mādati. Hæc distinctione habet apud Aristotelē, qua diuersæ patrū, & ducū nostrorū sententiæ cōponuntur. Auctor quidē quinquaginta domorū Petrus architectus est, licet plures habet operū executores, qui & cōpositores dicūtur. Sic in psalmorū plurimis cōtingit, in quibus ministrat̄e David sapientiā prophetico spū, illi in odarū sacrarū formā, & numerū distribuerūt. Quæ sententia si tibi non probatur, & beatissimi Hie- David auctoronymi cupis sequi vestigia, illud nullo modo dubitabis auctor. Psalmum quinquagesimum à Davide fuisse conscriptum. 50.

Similitudo

1. Metaph.

Super Psalm. sc. Homilia prima.

Primum enim inter omnia confessionis, ac poenitentiae
suæ præconia tenet, titulusq; supra scriptus auctorem suū,
Tituli ab digito demonstrat. Quia licet ab aliquibus dubitatum sit
Ezdra de titulis, omnes tamē Latinitent & communis opinio
autētici a- eorum est, quod appositi sunt ab Ezdra, psalmos in hoc vo-
pud **Hebreos**, lumine colligente, qui etiam apud Hebræos sunt autētici.
Auctor ergo principalis huius psalmi est Spiritus sanctus
Prophetam suum David cœlesti lumine edocens, inter ge-
mentis cordis spiralia assiduaq; lacrymas sacrati pectoris.
Gratū ergo, valdeq; amabile esse debet nobis huic psalmo B
intendere, qui etiam peccata multa commisimus, siquidē
in ipso, non aliqualem sed grandem gratiam David inuenit
in oculis Domini. Quis enim dubitare poterit, non multo
ties in mediæ noctis silentio, hunc psalmum decatasse Da-
vid, per maxillas lacrymis defluentibus irrigantibusq; stra-
tum regium? Certus sum millies demandasse cantoribus,
varijs musicæ instrumentis vtentibus, in multa vocis tristi-
tia Psalmum, Miserere mei, decantate mihi, vt sic totā ani-
Catus psal. mam suam coram Domino in oratione, funderet. De hoc
quā vtilis. satis. Magnum hunc fructum, ingentemq; vtilitatem can-
tus & orationum psalmorum elegantibus verbis proponit
Athana- Beatus Athanasius. Id pro re mira in psalmis aestimari de-
sus ad.bet, quod in alijs voluminibus quæcunque loquuntur san-
Marcelli-cti, aut quibuscunq; de rebus loquuntur, ibi & is, qui ea re-
num, de in- citat nuntij enarratorisq; naturam habere videtur, & is
terpre- qui audit recitatorem, de aliena nō de sua re mentionem
tione Psal- sibi fieri opinatur, recitationeq; eatenus in admiratione,
morum. zelumque adducitur, vt eas imitari velit. Sed qui psalmo-
rum codicem in manus sumit, vbi de vaticinijs Christi agi C
tur ea solito more, vt in alijs scripturis fieri solet admirabundus, venerabundusque perlegit. Reliquos vero
Psalmos vbi id non agitur, ita accipit, quasi de rebus ipsius,
non de alienis sermo fieret. Et is qui audit itidem, vt ille
qui legit, compungitur & ita afficitur odarum illarum
verbis,

A verbis, ac si sua ipsius propria essent. Enim uero euidentia causa non grauari debemus idem denudo repetere. Idque exemplo Beati Pauli Apostoli. Plurima verba patriarcharum sunt, & propria, & ab ipsis dicta, cum & Moyses loquitur, & Dominus respondet. Elias item & Heliseus in monte Carmelo sedentes, & perpetuo dicant, Viuit Do- 3. Reg. 17.
minus in cuius conspectu assiso hodie, aliorumq; sancto- 3. Re. c. 18.
rum verba in primis agant de Christo, & secundo loco de gentibus & Israelitico populo. Fieri tamen nequit ut Patriarcharum verba tua dicas, aut quæ Moysis sunt, prout us usurpes, aut quæ Abraham loquitur de verna, & Gen. c. 15
Ismaele & magno illo Isaac, tibi usque sermonibus vendices, etiam si eadem necessitate premaris. Nunquam enim si summo desiderio teneare in ea verba prouperis, Exod. 32.
quibus Moyses vtitur: Ostende mihi temetipsum, aut rursus in ista, Si remissurus es illis noxam, remitte. Si minus, dele me de libro tuo, quem scripsisti. In Psalmis Nota.

B illud miri est, quod qui eos legit, exceptis de Christo gentibusque vaticinijs, sua se verba in re sua legere opinatur, & quilibet ira psallit, quasi de se ea ipsa, quæ psallit, conscripta essent, non tanquam alius ea diceret, aut de alio dicerentur, ita accipit & perlegit, sed tanquam de se ipso sermo fieret, ita mentem suam ad Deum dirigit: neque ista ut patriarcharum aut Moysis, auctorumque Prophetarum usurpare reformatum.

Pondera ergo quantum utilitatis, quantum dulcedi- Orationes nis & amoris sequatur ex assidua lectione, & cantu psal- & laudes morum, de quo infra dicemus, cum aperte demonstra. Psalmorū, uerimus propria esse omnia, quæ ibidem, & cantamus propria no & oramus. De proprijs visceribus certe emanat oratio mi- stræ cū ora sericordiam supplicantis, cum spe in Deum concepta cla- mus aut mat: Miserere mei Deus secundum magnam misericor- psallimus. diam tuam. Ex toto corde & plenis affectibus auditur vox Psal. 112. laudantis, cum dicimus. Excelsus super omnes gentes.

Super Psalm. 50. Homilia prima.

Dominus & super cœlos gloria eius. Quis sicut Dominus C
Deus noster, qui in altis habitat? Regnum tuum, regnum
psal. 144. omnium seculorum, & huiusmodi. Quæ ita à Davide de-
cantata, ac conscripta sunt, ut iure hæreditario mea sunt,
& omnium, qui religiosa mente curat sibi facere propria.
Nec més cogitare potest, nec lingua explicare verbis, qua-
lis sit animi tranquillitas, & saturitas, quam in laudando
Deum, aut exorando ipsum concipit, cum illis ipsis oratio-
nibus orat, & illis ipsis laudibus exaltat dominum Deum,
quibus edociti fuerunt à sacro Spiritu sancti Dei homines.
Vide ergo, & considera qualia sint quæ hic in vnum con-
iunguntur, quamq; melliflua. Ex proprijs oramus ex pro-
prijs laudamus Dominum Deum nostrum. Quæ sic nimi-
rum sunt propria, quod eorū magister est summus ille, &
cœlestis spiritus, qui familiari alloquutione edocuit san-
ctos patres nostros, vt nos eorū filij, hæredes simus, & spei
& scientiæ, & orationum, & laudum eorum, cum fidei cer-
titudine, huiusmodi laudes esse Deo honorificas & gratas,
Super ver huiusmodi orationes esse venia & placationis & exaudi-
sum, Domi tioni plenas, de quibus plura in sequentibus dicemus, à qui-
ne labia bus nunc quidem supersedemus, ad alia enim nostra
mea. currit oratio.

Maxime spero ad cordis excitationem spectare, si dili-
gentes fuerimus in expositione tituli psalmi huius, vbi nō
solum in admirationem rapiemur contemplantes spiritus
prophetæ eminentiam, verum imitatores illius effecti, ma-
ximas diuitias comparabimus. O qualia, o quanta erat quæ
facer David gemens, & lacrymans conspiciebat, cum ora-
Regula p̄p̄bat: Miserere mei Deus secundum magnam misericordiā
fecta ad tuam. Huc desiderio magno invito vos, o fratres charissi-
nostrā p̄e mi. Venite filij audite me: omnia ad vestram salutem do-
nitentiam cebo vos, imò docebit nos noster propheta. Inter omnes
ex titulo regulas, quæ ad penitentiam nostrorum peccatorum pro-
psalmi. 50. ponuntur, hæc vna, quæ ex titulo psalmi huius desumitur,

Super Psalm. 50. Homilia prima.

4

A principem locū tener profectō, imo omnia simul, quæ ad eius consummationem, & perfectionem spectant, hic reperies. Fides, spes, ardēns charitas, peccatorū detestatio diligentissima, nonne hęc omnia consummant pœnitentia? Ecce illa sub titulo psalmi huius. Qualis est ille? Dicā ego, vos attēntē me accipite. Psalmus in fine David, quando vñtit ad eum Nathan, quando intrauit ad Bethsabee. Sic beatus Hieronymus, Hebraice, Lamnasseach.

Titulus.

Titulus hic, in fine psalmus David, multis psalmis præponitur, cui voci, in finem, respondet in Hebræo, Lamnasseach, quæ varie quidem à vetustissimis patribus expōnitur. Et sic certe variæ sunt expositiones, quod omnes illas tāquā germanas, & cōgruentissimas, vox, Lamnasseach complectitur. Beatus Hieronymus dicit, Id quod à septuaginta interpretibus versum est in finem potius significare prologo prius pro victoria. Fœlix, qui fuit ex familia beatissimi patris Augustini, vbiq; vincenti vertit. In annotatione tamē marétiorū ginali ponit. Danti æternitatem, vel effundentis sanguinē, in Daniel.

Hieron. in

mlib.com

B existimans datiuos illos sic esse positos, ut significet in laudem vincentis, siue superantis, ac effundentis sanguinē, siue cruentantis, siue sanguinolenti, aut dantis æternitatem. Sic in Davide legimus. Dico ego opera mea regi, id est ad gloriam, & honorem æterni regis Christi, consecro opera mea. Hęc omnia, sacro pectore mastissimus ille pœnitēs reuoluebat, vnde in spem erigebatur, & sibi remissionem promittebat. Ardebat, sicut Elephans sanguine inspecto, ardebat quidem amoris igni, contemplans eum qui æternitatem dabat, tanquam verus Deus (gratiā enim & gloriā *Psalm. 83.* dat Dominus) sanguinem pro suā redēptione toto effundere corpore, & quidem maximis doloribus. Hinc acutissimus & forris sequebatur stimulus ad odiam, & detestationem offendit. Lamnasseach, id est, in laudem & honorem effundentis sanguinem, siue sanguinolento.

Hac imaginē inspice, o homo cū ad pœnitētiā & dolorē

Super Psalm. 50. Homilia prima.

Qualis paras cor tuum. Hunc magnum redemptorem sanguino- C
imago in- lento, & effudentem piissimum cruentum, inspice, ut
spicieda in acerimus vltor & carnifex tui ipsius perseveres, qui talē
pœnitētia. ac tantum offendisti saluatorem, qui non dubitauit ani-
mam dilectissimā dare pro salute tua, nec dubitasti tu eum
pedibus conculcare. Siste gradum in hac consideratione,
magni quidem ponderis est. Vnde venit, si quando forsan
considerasti, quod eo tempore, cum decernis pœnitētiā
agere, non cōsumeris dolore & gemitibus? Vnde est quod
non plenissimo corde detestaris, & arguis cor tuum, & cō
fodis animam lancea doloris? Nihil consideras, aut quasi
nihil, tempore pœnitētiæ tuæ. Non consideras dantem
eternitatem Deum summum & maximum, non conside-
ras victorem mortis & inferni sanguinem sacratissimum
amore nimio fundentem. Si hæc attenderes o homo, for-
san rumperentur viscera tua dolore, forsan aperirentur ca-
taractæ cerebri tui, & fluerent aquæ, quibus lauares, & irri-
gares stratum tuum per singulas noctes, sicut hic noster Da- D
uid. In laudem ergo & gloriam, Lammasseach, decernebat
pœnitentiam stabilem, & assiduam assumere noster Da-
uid. De quo credo, meo quidem iudicio, quod mentalibus
oculis, immo fidelioribus, quia reuelatis, quibus sacer Ioan-
nes vel aliquis alius discipulus, vel Magdalena viderunt
Dominum in cruce pendente, & sanguinem effunden-
tem, hic noster propheta, ante tot annos, contemplatus est
saluatorem sanguinolentum. Nec mirū tibi videatur, hoc
a nobis dici, cum reuelatis oculis mentis inspexerit, nullū
quidem patiens scandalum, sicut discipuli, perforari super
benedictas manus & pedes Domini Iesu. Et quid dicam?
Vidit a longe, vidit valde proximus spiritu, lancea aperiri

Psalm. 21. sacrum illud latus. Hæc omnia, de illo scripsit, Foderunt ma-
nus meas, & pedes meos, & dinumerauerunt omnia offa-
mea, & lanceis suis vulnerauerunt me. Stabat quidem iuxta
crucem Domini Iesu, aspiciebat mites manus illas, gran-
dibus

A dibus & acutis clavibus perforari , vulnerarique sacrum corpus iam mortuum lancea militis, vnde ultimo sanguinolentus apparuit, continuo enim exiuit sanguis , & aqua. Hæc vidit a longè, si tempora consideres sacer Dauid, si au *Iordan. c. 19.* tem fidem & reuelationem & deuotionem valde propè. Sicut & nos cum sacram Domini Natiuitatem , quæ iam præteriit, contemplamur , valde propè ad sacrum pixse- pe accedimus, imo & brachijs apprehendimus puerulum , mente & spiritu. Hunc sanguinolentum , & sanguinem effundentem inspiciebat Dauid ad poenitendum , & orandum pro indulgentia. Quæ omnia ut breuiori sermo ne amplectamur ante imaginem, imò ante crucifixum do minum Iesum orabat. Miserere mei Deus secundum magna misericordiam tuam. Hæc sit prima regula , princi paleq; documentum ad nostram poenitentiam, ut cum pri *Prima regula ad po* mo decernimus salutarem tristitiam assumere , effunden tem sanguinem inspiciamus, & in gloriam, & laudem eius

B dolorem assumamus. Hic nimur accenditur ignis magna dilectionis, cum tantum actalem amatorem nostrum mente contemplamur. Quis enim religiosis ac attētis oculis intuetur crucifixum Iesum propter nostram salutem & redemptionem, & non accenditur cor eius igni amoris, & ardoris charitatis? Hoc est magnum illud altare , in quo *Crux Christi* nunquam ignis extinguitur, semperq; ardet charitas. Acce sti altare dite ad eum, & in ignis ardorem conuertetur cor vestrum. in quo sem Iam statim sequitur ardens indignatio adversus semetipsum, odiumque ex intimis præcordijs, detestans quæ prius charitatis contra Dominum , & legem eius dileximus. Iam mens in ignis. venia spem erigitur quantumuis criminibus grauata, cum tale redemptionis suæ intuetur premium de quo scriptum est. Empti estis pretio magno , glorificate & portate Deū *1. Cor. 6.* in corpore vestro. Et alia scriptura dicit. Non corruptibili bus auro, & argento redempti estis, de vana vestra conuersatione paternæ traditionis , sed pretioso sanguine quasi

Super Psalm. 50. Homilia prima.

agni immaculati Christi. Vbi obsecro locus desperationi, C
quantūvis magnis peccatoribus, si agnus in cruce immola-
tus, sanguinolentus, mēte religiosa ac fidelibus oculis inspi-
ciatur. Vbi metus? vbi diffidentia erit? Iam proponit mens
nostra firmiter abstinere ab omni malo, & specie eius. Iam
mortem & carceres elit, potius quā Domini legem vio-
lare. Iam fructus dignos pœnitētia, facit, sicut sacratissimus

Matth. 3. Ioannes docuit. Nonne hæc ad pœnitentiæ cōsummatio-
nem spestant? Nonne hæc ipsam consummāt ac perficiūt?
Carte sic. Vbi ergo tantas sibi cōparavit diuitias pœnitens
peccator? Quia dantem æternitatem, sanguinolentum in-
spiciebat dominum Iesum, sicut noster David, qui psalmū
suæ pœnitentiæ, & obsecrationis, Lamna seach, consecra-
Pretiū san bat, idest sanguinem effundenti. Congruēter quidem hoc
guinis Chri loco, sequētes doctrinā beatissimorū Cypriani, & Athana-
Jti. si, & Ambrosij, & Anselmi de valore sanguinis Christi, ali-
qua dicemus, multa alia insequētes homilias relinquētes.

Spes enim veniē, maximè necessaria est pœnitētibus, ad sa- D
lutarem dolorem & veniā. Hæc autē à cruce & sanguine
Cyprianus. Christi dimanat. Inquit beatus Cyprianus. Per omnia sibi
inde Bapt. pater in filio cōplacuit, nec vlla sunt in eo serpentis reper-
Christ. ta vestigia, nec sacerdotij eius pœnituit Deum, quoniā sa-
crificiū quod in cruce obtulit, sic in beneplacito Dei con-
stat acceptum & perpetua virtute consistit, ut non minus
hodie in cōspectu p̄ris oblatio illa sit efficax, idest, sufficies
quā ea die, qua de saucio latere sanguis, & aqua exiuit &
semper reseruata in corpore plagæ salutis humanę exigāt
premium, & obediētia, donatiuum requirāt. Iam intellige,

Psal. 109. quid significet apud nostrū prophetam. Iurauit dominus.
& non pœnitibit eum, tu es sacerdos in æternum, id est, tā
efficax est hodie in conspectu patris oblatio illa, quam ea
die: qua de saucio latere sanguis & aqua exiuit. Quod em
eum olim pœnituit, destruxit: & quasi annihilatū est. Pœni-
tet me fecisse hominē. id est delebo eū à facie terræ quod

ver

Gen. 6.

A verò non pœnitet fecisse, & iure iurando confirmauit per Athana-
manet acceptum in conspectu eius. Sic & beatus Athana-^{sius sermo}
sius. Quæ enim secundum legem offerebantur, nihil fidum ne.^{3. cōtra}
in se posidebant, quippe caducæ prætereuntesque quoti. Arianos.
die, & quibus noua purgatione opus erat. Contra saluato-
ris hostia semel oblata absoluit omnia fidaq; in omne tem-
pus perdurat. Pondera ergo verbum beati Cypriani. Sem-
per reseruatæ in corpore plagæ, salutis humanæ exigant
preium. Hoc cum ingenti fructu declarat beatus Ambro-
sius de veritate carnis dominicæ post resurrectionē, agēs.

Quomodo non corpus, in quo manebant insignia vulne-^{Ambro-}
rum, vestigia cicatricum, quæ Dominus palpanda obtulit? ^{sius lib. 10.}
In quo non solum fidem firmat, sed etiā deuotionem acuit, ^{in Luc. cap.}
(nota verbum) quod vulnera suscepta pro nobis, cælo in-^{24.}
ferre maluit, abolere noluit, ut Deo patri, nostræ pretia li-
bertatis ostenderet. Tale sibi pater ad dexteram locat, tro-^{Cicatrices}
phæū nostræ salutis amplectens. Quod verò hic dixit bea ^{vulnerum}

B tus Ambrosius, nostræ pretia libertatis ostenderet, beatus Dñi Iesu,
Anselmus maximus sectator doctrinæ eius dixit. Apparet propter
vultui Dei pro nobis ostendendo cicatrices vulnerum, quæ ^{que &} quā
pro nostra redemptione pertulit, & quantum pro nostra magnare-
salute laborauit perpetualiter repræsentando. Miro enim seruata in
& ineffabili nobis ordine, eum qui nihil vñquam potest ^{corpore}
obliuisci: qui semper misereri paratus est, absq; intermis ^{suopost re-}
fione Dñs Iesus admonet, quā congrue hominibus misere ^{surirectio-}
ri debeat, quorū particeps verè doloris, & passiōis idē ipse ^{nem.}
Dei filius effectus sit, & p̄ quibus ipse cōfigēs, mortis impe- ^{Anselmus}
riū moriendo prostrauit. Admonet inquit Anselmus. Tā ef- ^{super. c. 9.}
sicax est illa oblatio hodie, sicut in illa hora, qua inclinato ^{ad Hebr.}
capite emisit spūm Dñs, fuit grata, & accepta in cōspectu pa-
tris cælestis. Acuit deuotionem inquit Ambrosius. Pretiū
exigit, inquit Cyprianus, de quo in sequentibus dicem⁹. Pro
hoc loco sit satis. Maximè em pœnitentiū spes erigitur ex
cōsideratiōe ac fide nr̄a redēptiōis, & sanguinis Ch̄ri cruci
xibat

Super Psalm. 50. Homilia prima.

fixi. Ante quem orabat sanctus Dauid, veniam deprecans C delictorum.

*Discretio
in repre-
henzione.* Quando venit ad eum Nathan. Discretionem, quam in arguendo Regem magnum seruauit Nathan, obser-
cro consideres, vt & humilitatis Sancti Dauid imitator
fias deinde. Non enim primo cum in ianuis est, cum ap-
paret coram tanto rege, crimen adulterij, & homici-
dij obijcit contra eum, sed modestiam, & discretionem
seruans, sicut edocebat sanctus spiritus, per quandam
parabolam ac similitudinem pauperis, & diuitis ei loqui-
tur abscondens ferrum, quo vulnus statim deberet ape-
riri. Hanc historiam considerans Beatus Gregorius in-
quit. Aliquando autem cum huius seculi potentes arguun-
tur, prius per quasdam similitudines, velut de alieno ne-
gotio requirendi sunt. Et cum rectam sententiam quasi
in alterum protulerint, tunc modis congruentibus fe-
riendi sunt de proprio reatu, vt mens temporali po-
tentia tomida, contra corripientem nequaquam se eri-
gat, quæ suo sibi iudicio superbæ ceruicem calcat, & D
in nulla sui defensione se exerceat, quem sententia pro-
*3. p. Past.
cure ad-
mon. 3.* prijoris ligat. Hinc est enim quod Nathan Prophetæ ar-
guere regem venerat, & quasi de causa pauperis, con-
tra diuitem iudicium quærebat, vt prius rex sententiam
diceret, & reatum suum postmodum audiret, quate-
nus nequaquam iustitiae contradiceret, quam ipse in se
protulisset. Vir itaque sanctus & peccatorem conside-
rans, & regem, miro ordine audacem reum prius per con-
fessionem ligare studuit, & postmodum per inuestio-
nem secare. Celavit paulum quod quæsiuit, sed percussit
repente quem tenuit. Pigrus enim fortasse incideret, si
ab ipso sermonis exordio aperte culpâ ferire voluisse, sed
præmissa similitudine, eam, quā occultabat, exacuit incre-
pationē. Ad ægrum medicus venerat, secundū vulnus vide-
bat, sed de patientia ægrī dubitabat. Abscondit igitur ferrū
medici-

medicinalē sub veste, quod eductum subito fixit in vulnerē, vt secantem gladium sentirer æger, antequam cerneret, ne si ante cerneret, sentire recusaret. Lege eundem *Liber. 23. c. Gregorium in moralibus. Magno quidem moderamini sermonis, in arguendo, & increpando, siue generaliter, 8. 10. libr. 24. cap. 9. siue priuatim, siue publicè, siue secreta, opus est.*

A Sæpè enim contingit, ut talis sit, qui nulla increpatio-
nis verba sustineat. Quid itaque in huiusmodi culpa præ-
dicatori agendum est, nisi ut in sermone admonitionis,
quem pro communi salute omnium auditorum facit,
tales culpas ad medium ducat, quales eum perpetrasse
considerat? Qui & præsto est, & de se solo adhuc argui
non potest ne deterior fiat, & cum generaliter contra cul-
pam inuestito intenditur correctionis verbo libenter ad
mentem reducitur, quia potens pravus, ignorat quod sibi
hoc specialiter dicatur. Vnde sit plerunque, ut cōvehe-
mentius perpetratam culpam lugeat, quo reatum suum, &
cum percussum sentit, nesciri putat. Hæc ergo sit in præ-
dicatore salis discretio, ne ad contumaciam, & duritiam
cordis excitet, quem mollire desiderat. Sit & in pecca-
tore vera humilitas, sicut ex erubescientia, & confessio-
ne David docetur, ut veniam, & indulgentiam inueniat increpatio-
in oculis Domini. O humilis David, quis laudum tuarum ne.
iuradigne explicabit? Non elecisti obiurgantem, cum
esses magnus Rex & Propheta, non comminasti increpan-
ti, sed confessus es peccatum tuum dicens: Peccavi Domi-
2. Reg. 12.

B no. Ecce fratres charissimi regulam veræ humilitatis, quā
tribuit nobis sanctus David, ab omnibus verè pœnitenti-
bus seruandam. O tempora, o mores. Quis etiā si sit sacer-
dos, aut pontifex, homunculum de media plebe andeat in-
crepare, etiā de publicis peccatis? Statim ad conuicia con-
vulant, aut excusationes querunt in peccatis, vnde irremissi-
bilia sunt, dum sic perseverant in sententia. De quibus iam
dictum est. Qui illusor est, non auditum arguitur. Sed au-
Prou. c. 13.
dient

Super Psalm. 50. Homilia prima.

dient arguentem eos malitiam suam, & conuincentem, si- C
Hicre. 2. cut dictum est per prophetam: Arguet te malitia, & auer-
Psal. 49. sio tua increpabit te. Arguet illos Dominus sicut scriptum
est: Hæc fecisti & tacui, existimasti inique, quod ero tui si-
milis, arguam te, & statuam contra faciem tuam. Nec ita
durè cum illis ageretur, si omnia bellica machinamenta ad-
uersus capita eorum statuerentur, non sic periculum, & ca-
Peccatum lamitas, mors, & perditio imminerent. O Domine Deus
statuere quantum est statuere contra facies nostras peccata nostra?
aduersus Perpendens hoc ac considerans reuelatis oculis sacer leui-
peccatore, ta Stephanus, rogabat pro se lapidantibus. Domine ne sta-
quid. tuas illis hoc peccatum. Ne statuas contra faciem eorum hoc
Acto. c. 7. peccatum. Mihi lapides torrentis dulces sunt, defluentibus
sanguinibus per totum corpus, illis verò os Baratri & in-
fernorum erit peccatum hoc ante eorum faciem. Audite
ergo fratres arguentem, & increpantem dominum, & mi-
nistros eius, quibus munus hoc intra sacramentalem con-
fessionem maximè demandatum est, in patrem quidem se
vobis offert cum arguit multam malitiam vestrā. Optima D
ac salutis plena sunt vulnera tanti amici ac patris, & melio-
Prov. 27. ra sunt, quam blanda oscula inimici. Sed heu quam à pri-
Excusatio ma nostra infantia cum materno lacte virus hoc pestife-
in peccatis rum, ab uestibus matris nostræ pleno ore ehibimus, iure-
à parenti- que hæreditario magnum hoc malum ad nos vsq; deuolu-
bus orta. tum est. Extendit manum suam omnium viuentium ma-
Gen. 3. ter Eva contra dominicum præceptum in arborem scien-
tiæ, quæ erat in medio paradisi, gustauitq;, & dedit viro
suo, qui ne contristaretur delicias suas, etiam comedit. Ve-
nit ad illos Dominus Deus, vt arguat, & blandè corrigat,
ad emendationē. Quod aperte indicauit veniēs nō in tur-
bine, & potestate magna, sed in multa miseratione ad au-
ram post meridiem, dixitq; ad Adam. Vbi es? Qui ait. Vo-
cem tuam domine audiui in paradiſo, & timui, eo quod nu-
dus essem, & abscondi me. Cui dixit Dominus. Quis enim
indicauit

A indicauit tibi quod nudus essem, nisi quod ex ligno, de quo
præceperam tibi ne comederes comedisti? Vide mansue-
tudinem arguentis primum & maximum mundi crimen.
Quid ad hæc Adam? Confessus est peccatum suum, etiam
conuictus de illo? Minime gentium, sed ait. Mulier quam
dedisti mihi sociam dedit mihi, & comedi. Ac si posset in
Deum peccatum suum referre, ac si diceret. Si non utique *Verba sunt*
dedisses mihi in sociam mulierem, ego nunquā transgres-
sus essem præceptum tuum. Sed & mulier non audiuīt vo- *beati Au-*
gustini in
cem Domini increpati, quæ utrāq; aurem serpenti, & de *Genesi*
diabolo præbuit. Quid dicam de filio eorum Cain? *Man. ad literam*
suctissime ad illum loquutus est Dominus, cum ex inuidia *cōtra Ma-*
iratus esset aduersus Abel fratrem suū, quia respexit ad illum *nich. lib. 2.*
dominus, & ad munera eius, nec voluit audire vocē Domi *cap. 17.*

ni. Propter quod in grande parricidij scelus præcipitatus *Genes. 4.*
est. Vides quām antiqua est excusatio in peccatis, & quidē
à primis nostris parentibus hanc accepimus malitiā. Benē
proinde orabat sanctus propheta David. Pone Domine cu *Psal. 140.*
stodiām ori meo, & ostium circumstantiæ labijs meis. Non
declines cor meū in verba malitiæ ad excusandas excusa-
tiones in peccatis. Ad expellēdū grāde hoc malum à nobis

B docet ecclesiasticus, Sepi aures tuas spinis, & linguam ne- *Cap. 2. 8.*

quam noli audire, & ori tuo facito ostia, & seras auribus
tuis. Docetque noster propheta David humilem cōfessio-
nem cū à Dño corripimur, vt non cū hoc mūdo dānemur.

Vnū de præcipuis quod iustissime obiicit iudex viuo-
rum, & mortuorum Christus Iesus in finali iudicio repro-
bis, illud nimirum est, quod non audierunt & neglexerunt
increpationes eius. Despexistis omne consilium meum, &

increpationes meas neglexistis, Ego quoq; in interitu ve-
stro ridebo, & subsannabovos. Ac si diceret. Irrisistis, & sub-
sannastis consilia & increpationes meas, ego quoq; irride-
bo, & subsannabo vos. Hoc em̄ significat cū dicit. Ego quo

q; in interitu vestro ridebo. Quis ostenderet vobis fugere à
ventura

8 Super Psalm. 50 Homilia prima.

ventura ira? Quomodo tantam ac tam gravem calamitatem declinabimus? Intuemini sanctum & humilem David, qui argutus non negavit peccatum suum, nec excusavit illum, non despexit Domini increpationem; ideo audiuit: Do-

2. Reg. 12. minus quoque transtulit peccatum tuum. Volo immorari in hoc verbo Nathan, ad David, quo remissam eius culpam ostendit, vsq; est nō dicendi modo. Transtulit inquit peccatum tuum. Cum Dominus Deus per prophetas suos ad peccatores loquitur de remissione criminum eorum, aliter loqui consuevit, aliter etiam hic noster p̄c̄nitens orat.

Psalm. 50. Dele(inquit) laua, munda, & tamen verbum transfert inter preces, & gemitus eius nō auditur. Per Euāgēlicū prophe

Cap. 43. tam Esaiam, Dominus loquitur, Ego sum, ego sum qui de-
leo iniquitates tuas propter me, & peccatorum tuorum non

Cap. 44. recordabor. Et infra. Deleui ut nubem iniquitates tuas, & quasi nebulam iniquitatem tuam Delentur nubes, & facilius multo nebulosa flante magno vento, vnde nec vestigium

Similitudo carum appetit in cœlo. Hic autem Nathan, transtulit inquit, Quod transfertur de loco ad locum mutatur, vel de humero isto ad illum, sicut pondus metalli, aut amphora aquæ.

Quid ergo significat, quod Nathan dicit Davidi, dominus transtulit peccatum tuum? Transtulit quidem ab humero

Zach. c. 5. tuo, & a capite tuo, tanquam onus grande, peccatum tuum. Talem enim plumbum est iniquitas, & imposuit supra dorsum suum, & super humerum suum ut portans illud super lignum crucis, delectatus sicut nebulosa flante magno vento copiosissimæ redēptionis, cuius non est reperire vestigium, & appareat splendoris similitudines solis iustitiae, qui prius fuerat in dubio tenetis assidue nebulosa, & nubium

Peccatorum peccatorum. Eia fratres charissimi attendite & videte, qua remissio. Litera fiat peccatorum vestrorum remissio. Transferuntur

Psal. 18. b. certe & quidem super humerum gigantis magnifici Christi, qui exultauit ab utero virginis ad currentem viam, vsq; ad Calvariam montem, ubi crucifixus est, intuemini incepsum

A sum velocissimum nostri gigantis portantis omnia peccata nostra supra dorsum suum, ut super lignum crucis deleatur piissimo cruce suo. Sic considerat sacratissimus Petrus Apostolus redemptions nostrae. Quia peccata nostra ipse 1. Epistola. pertulit in corpore suo super lignum: de quo infra dicemus. 2. Et ante ipsum hic noster David de Christo loquens ait. Super dorsum meum fabricauerunt peccatores, prolongaverunt iniquitatem suam. *Psal. 129.*

Venite filij audite me timorem Domini docebo vos. Is ipse qui audiuit ab ore prophetæ, Dominus transstulit peccatum tuum, & quidem super humerum suum, ut piissimo Dei post re sanguine suo deleret illud, & satisfaceret, Is ipse David qui missionem gemebat, & lametabatur prostratus super terram, & rugiebat a gemitu cordis propter peccata sua, istalis ac tatus pœnitentes durissime à Dño flagellatur, & quidem quasi per omnem

B vitam. Inter alia Dei flagella durissimum, ac grauissimum

C fuit, quod ei dixit verbum propheta Nathan. Tu fecisti in abscondito, ego autem faciam verbum istud in conspectu omnis Israel, & in conspectu solis huius. Credo certissime Flagellum non fuisse ita acerrimum, ac laboriosum omne flagellum, durissimum quo percussus fuit David, ac huiusmodi manifestatio criminis eius. Sciebat enim vniuersus Israel, scire habebat, & vniuersus mundus quanta qualitas sublimia erant, quæ Deus optimus maximus donauerat ipsi David, pro quibus vide quam vicem ei rependit Adulterium commisit cum Bethsabee, & occidit virum eius, gladijs filiorum Amon. O qualis & quam amara etat haec consideratio Davidi. Quod valde poterat ei Nathan. Hęc dicit Dominus Deus Israel. Ego vnxite in regem super Israel, & ego erui te de manu Saul, & dedi tibi domum Domini tui, & vxores domini tui in si inuictu, dedique tibi domum Israel, & Iuda, & si parua sunt ista adiiciam tibi multo maiora. Quare ergo contempsti verbum Domini, ut faceres malum in conspectu meo? Vide quam forti argumento usus est propheta: agens sermons

Super Psalm. 50. Homilia prima.

nemcum David aduersus magnā eius ingratitudinem Be- C
neficiacionē patua sibi a Domino concessa priori loco cō-
memorat, & munificentiorēm eis voluntatem ad multa
maiora, ut sic grande scelus eius appareat. Verbum magnū
De magni que peccatum David in abscondito perpetravum, fecit Da-
tudine scē- minos in conspectu omnis Israēl primo, qui proprijs oculis
lers adalte his viderat Dei beneficia in Davidem, deinde in cōspectu
ry lege. 1. solis, id est, vniuersorum hominum, ad finem usq; mundi,
epist. beati ut sic flagellū diuinæ vltionis, usq; ad animæ interiora pe-
Clementis netrare. Fuerunt & aliae multæ vltiones, & vindictæ qui
ad Iacobū bus castigatus est David. Occidit Dominus puerū ex adul-
fratre dñi. terio suscepit, etiam si pro illō rogavit septem diebus ia
ibidem. cens in terra, & ieiunans. Interfectus est Amon ab Absalon
fratre eius. Ipseque Absalon persecutus fuit patrem, tyranne
occupans regnum in Hierusalem, qui & misere pendens in
querulanceis occisus est. Vides quam dure, quam iuste cū D
1. Re. c. 13 Datide agitus post dimissam culpā? Quid dicemus ad hæc
1. Regū. charissimi fratres? Quomodo prædicamus transtulisse Do
cap. 18. minū peccatum David ab eo super humerū suū, vt in cruce
solueret magnum debitum eius? Hanc cōsiderationem
Gregorius elegāter, & utiliter prosequitur beatissimus Gregorius su
lib. 19. ca. per illud Job, Verebat omnia opera mea sciens quod non
27. parcis delinquenti. De quo Naum propheta Dominus pa
tiens, & magnus fortitudine, & mundans nō facit innocentem, quia dum per gratiam mundat eum, qui fuerat nocēs,
nō relinquit sine debita poenā, nec facit correctiōis exper
tem. Hinc per Hieremiam dicit, Castigabote in iudicio, vt
Cap. 30. non videaris tibi innoxius. Sic exponit beatus Augustinus,
August. s^u Ecce veritatem dilexisti, &c. Id est, impunita peccata eorū
per hunc quibus ignoscis non reliquisti.
psalm. Quid ad hæc dicemus fratres? Iterū interrogabo vos. Si
quid metis, & halitus remansit in sinu viro, respōdetere. Hæc
lex diuinæ iustitiae, & vltionis firmiter demonstratur in sa
cra eius scriptura, quod parcēs Dñs, nō facit innocentē sed
vtricem

A vtricem vindictam, flagellūq; percutiēs super peccatores
mittit. Quid faciemus ut vindictā, & manum vtricē Dñi
fugiamus? Quod apud beatum Hieremiam legimus, quod
& sacer David docet in psalmo. Quid inquit Hieremias?
Castigasti me dñe, & eruditus sum, quasi iuuenulus indo-
mitus, cōuerite me, & cōuertar, quia tu dñs Deus meus. Post
quam conuertiſti me, egi pœnitentiā, & postquā ostendisti
mihi percussi fœmur meū. Vide quam aperie conuersionē
nostram ad Deū, liberalissimæ misericordiæ eius ascribit,
postquam conuertiſti me (inquit) egi pœnitentiam. Quis
enim nisi subleuāt manu tua de stercore peccatorū erige
retur? Et statim inquit. Et postquā ostendisti mihi percussi
fœmur meum. Quid ostendit illi, ut vulneribus afficeret
carnem suā? Ostendit certè illi, quod mundans nō facit in-
nocentem, quia dum per gratiā mundat eum qui fuerat no-
cens, non reliquit sine debita pœna: nec facit correctionis
e xpertem. Hoc ostendit Hieremias, sicut & Naum, ideo
Cap. 3. 1.
Conuersio
peccatoris
a Deo.

B percutit sœmum. Castigat corpus ieiunijs & flagellis, post cofes-
præoccupans manū Dñi, ynde, & placabilis fit. Hoc nobis ^{stone} quā
faciendū fratres quod Hieremias, & David sicut statim di-
cemus. Heu quantus timor apprehendit cor meum, cū vi-
deam tot tantāq; flagitia, nec ferulam dñi sentimus. Timeo
quod non filij sed adulteri simus. Hoc est argumētum dijū
Pauli cū ad patiētiam, toleratiām q; laborū exhortaretur
Hebræos. Obliti estis consolationis, quæ vobis, tāquam fi- Ad Hebr.
lijs, loquitur dicens. Fili mi, noli negligere disciplinam ^{12.}
Dominī: neque fatigeris dum ab eo argueris: quem enim Proverb. 3
diligit dñs castigat: flagellat autē omnem filium quem re- Apo. 3.
cipit, in disciplina perseverante. Tanquam filijs offert vo-
bis se Deus. Quis enim filius quē nō corripit pater? Quod
si extra disciplinam estis, cuius participes facti sunt omnes:
ergo adulteri, & non filij estis. Qui extra disciplinam re-
linquuntur, cum hoc mūndo deputātur ad damnationem?
De quo lege. ⁶cap. 2. lib. Machabeorum. c. Apprehendite

Ansel. su- ergo vos disciplinam, vos metipsoſ diſjudicantes, ne quan- C
per. i i.c.i. do iraſcatur Dominus, pereatis de via iusta. De hac re ſcri-
ad Corint. bens beatus Anſelmuſ, ſic inquit. Ascendat homo aduersuſ
ſe tribuнал mentis ſuę, conſtituat ſe ante faciem ſuam. Atq;
Iudiciuſ ho ita cōſtituto in corde iudicio, adſit accuſatrix cogitatio, te
minis ad- ſtis cōſciētia, carnifex timor. Inde quidā ſanguis animi cō-
uersuſ ſe- fitētiſ proſluat per lacrymas. Veretur ante oculos eius ima
metipſum, go futuri iudicij, & quidquid in ſe viderit, quod à iudice vē
quomodo turo reprehendi poſſit & puniri, ipſe nūc in ſe ipſo repre-
debeat fie- hendat, & puniat. Peccata enim ſiue parua, ſiue magna im-
ri. punita eſſe nō poſſunt, quia aut homine puniente, aut Deo
Lege bea- iudicante plectuntur. Ceſſat vindicta diuina, iſi conuerſio
tiſſimum præcurrat humana. Multa alia ſcribit beat⁹ Gregorius, quæ
Gregoriuſ. vires non paruas huic conſiderationi tribuunt. Congruen-
lib. mor. 25 ter quidem ytar verbo magni præcursoris Ioannis, qui do
cap. 6. cens populum dicebat. Progenies viperarum, quis de mon-
Matt. c. 3. strauit vobis fugere à ventura ira? Facite ergo fructus di-
gnos pænitentia. De quibus multa in ſequētibus dicemus.
Iam ultimam manum hui⁹ rei imponamus.

Timor fu- Quando intrauit ad Bethsabee. Postremum verbum ti-
turi casus. tuli præsentis psalmi hoc est. O quam vere scriptum est. In
Psal. 35. dicum tuum abyssus multa. O quam vriliter scriptum est.
1. Cor. 10. Qui stat videat ne cadat. Noli altu sapere, sed time. Tene
Rom. 11. quod habes docet alia scriptura, ne alius accipiat coronam
Apoc. c. 3. tuam. Et quid dicam? Hic vir qui secundum Dei voluntatem,
et cor inter omnes homines inuentus est, qui obedientissi-
mus legi, liberauit multoties inimicum Saulem de manu
ense, & lacea serorum suorum, hic talis ac tantus qui ad
Homici- usque celi cacumen virtutibus concenderat, in Barathru-
dium, vela peccatorum præceps ruit. Adulterium homicidio sollicitat ob-
mē adulte- scurare, & illum occidit, qui pro Dei honore, & regis glo-
ry, sed & ria, relicta domo & pulcherrima vxore, debellabat inimi-
præconiu cos sub Ioab, Vriam inquam Etheū. Et per annū vel quasi
eius. pei seuerat in peccatis suis, multiplicans delicta, adeò quod

Super Psalm. 50. Homilia prima.

A ipse confessus fuit. Iniquitates meæ supergressæ sunt caput *Psalm. 27.*
meum, & sicut onus graue, grauatæ sunt super me. Putre-
rūt, & corruptæ sunt cicatrices meæ. Timeat omnis huma *Lege bea-*
na altitudo, quātūuis ad culmē perfectionis ascēderit, quā tū Ambr.
diu enim in carne uiuimus, militia est vita nostra super ter-
*ram. Fili accedēs ad seruitutē Dei, sta in iustitia & timore *Iob cap. 7.**
*& para animā tuā ad temptationē. Deprime cor tuū & susti- *Eccl. 2.**
ne & inclina aurem tuā & suscipe verba intellectus. Quis
Petro in diligendo Christū ardētior? Quis in promissis
*videbatur fortior? Tecū paratus sum & in carcerem & in *Lucæ. c. 22.**
mortē ire, & si oportuerit me mori tecū, non te negabo,
*magno cordis ardore & dilectionis dicebat. Hic talis actā *Ibidem.**
tus vna mulieris voce, dum mori timuit, vitam negauit, &
quidē cum iure iurando. Heu qualis est, quanta & quā pro
cliuis infirmitas carnis nostræ. In medijs promissis deficit,
B discedit, timet, & negat nosse quē amat. Vnde beatus Gre-
gorius, in mora. lib. 25. c. 11. de illo inquit: Deū quem cor
de tenuit, voce denegauit. Et beatus Cyrillus lib. 11. in Ioā.
ca. 4 1. Ex amore igitur decidit & pietatis causa negasse vi-
detur, nō rectæ quidē, neq; exquisita ratione probatæ: sed
quæ tamen adesse cū Christo & videre illū faciebat: q; ma-
xime Petrus optabat. Lege beatū Hieronymū super. c. 25.
Matthæi. Plena est omnis scriptura his & similibus exem-
plis. Poteritq; unusquisq; nostrū semetipsum introspicere,
vt sē hanc experimētaler cognoscat. Timeat ergo iustus
vigilet, oret, & ne nos inducas in temptationē, sed libera nos à
malo. Cōfidatq; omnis peccator, quātūuis grauiter offen-
derit, potēs ēm est Deus, sibi eū cōciliare, cōfidatq; quantū
uis in profundū ceciderit, potēs ēm est Deus statuere illū,
& in viā vitæ reducere. Ecce in exemplū & ad instructionē
adduco vos David, & vtinā semper esset ante oculos men-
tis vestrę, ab illo quidē in salutarē pœnitentiā adduceremus,
vnde gratiā cōciliabimus, quæ pignus est certissimum glo-
riæ, & beatitudinis: Per Dñm nostrum Iesum Christū, &c.

S V P E R P S A L M . Q V I N-

quagesimum. Homilia secunda.

C

Miserere mei Deus secundum magnam misericordiam tuam.

A R G V M E N T V M .

B humilitate initii pœnitentiae, orationisq; proculpa
rū remissione docet sanctus David, ubi aperte exem-
pli & scripturis demonstratur vilissimum esse corno
strū post peccatū, nihilq; expectabile, aut decorū in-
comanere, vnde venia mereatur, concessa vero, summa Dei no-
stri liberalitas ostenditur, qui culpis indulges, antiquæ iustitiae no-
stræ mortificatæ quidē, iam per gratiā, sicut arbor ad humorem
aquare, reuiuscunt. Docet post cordis humilitatem habitum, &
figurā exterioris hominis, quā in exorāda venia debemus habe-
re corā Dño, conducit etiā ad inueniendā gratiā eius, & multū
valde ad cordis viuā cōpunctionē, beneficiorū cōmemoratio, ac
recordatio. Quomodo autē Deus misericors sit ostenditur, quan-
taq; eius sit misericordia, & in quo maxime apparuit nobis, secū D
dum quā ex humiliissimo corde sui misererī exorat David similis
in orando cum confessione beati Pauli Apostoli, qui omnem Dei
patientiam proclamat sibi fuisse necessariam. Præpositio vero
illa secundum, ad longum exponitur.

Miserere mei Deus secundum magnam
misericordiam tuam.

Ab humi- E cce quā profunda humilitas in peccatore isto apparet.
litate pœ- *Ab illa quidē incipiēdū est, cū recōciliationē, & venia*
nitentia. *peccatorū à dño Deo quārimus, quia & à superbia omne*
Eccl. 10. peccatū initii habet, & alio loco dicit scriptura. Contritio
nē præcedit superbia, & ante ruinā, exaltatur spiritus. Qui

*verō se humiliat, exaltabitur, dixit optimus cœlestisq; ma-
gister noster Christus. Miseriā propriā recognoscit, pro-
dia à misericordia paupertatē cōfitetur, qui gemēs ac lacrymans, dimissis
via. in terra oculis misericordiā exorat. A miseria enim miseri-*

cordiæ

A cordia nomē descēdit. Vnde Seneca Neronē discipulūm *Seneca lib.*
 suū, ad clemētiā, & misericordiā exhortās, inquit. Vultum *De clemē.*
 quidē nō deijsctet (sapiens scilicet de quo sermonē agebat) *cap. 6.*
 nec animū ad xeroscātis ciuis, aut pāno si aridā faciē, & obnoxiā
lxxvii
 baculo sene&tutē. Cæterū omnibus dignis proderit, &
 deorū more calamitosos propitijs respiciet. Misericordia
 vicina est miseriae, habet enim aliquid trahitque ex ea. Et
 qui secūdū magnā misericordiā sui ipsius orat misereri, ma
lxxviii
 gnā cōsiftetur suā miseriā. Sicut qui à medico omnem vigiliā
 liam, & artis suæ peritiā, ac consultationē exquirit, graue
 ac periculo plenā iudicat suam infirmitatē. Attendite obse
lxxix
 cro qualis fuerit sancti David cōsideratio cum primō orat
 pro culparū remissione. Non antiquorū patrum, qui Deo
 valde placuerūt, merita in cōspectu Dñi repräsentat, sicut
 mos erat prisca illis hominibus, nō multa à se acta ante bo
 na opera recogitat, sed solā Dei clementiā, & liberalē mi
 sericordiā considerat. *Quis obsecro post mortē illorū san* *Orādi for*
ctorū patriarcharū, qui charissimi Deo fuerunt, nō oravit mula anti
Dñm Recordare, Abrahā, Isaac & Iacob. Sic orabat Moy *quorum pa*

B ses post magnum illud scelus populi sui, qui relicto Deo, ac *trum.*
Dño suo, adoravit vitulū. Cur Dñe irascitur furor tuus con *Exod. 32.*
tra populū tuū, quē eduxisti de terra Aegypti in fortitudi
ne magna, & in manu robusta? Ne quāso dicant Aegyptij: *thib. ab. v. 3*
Callide eduxit eos, vt interficeret in montibus, & deleret
de terra: quiescat ira tua, & esto placabilis, super nequitia
populi tui. Recordare Abrahā, Isaac, & Israel seruorum tuo
rū, &c. Placatusq; est dñs ne faceret malum, quod loquutus *mūnib. 3*
fuerat, aduersus populū suū. Sic orabat & sacra illa mulier *slat. 3. 3*
Esther. Dñe rex, Deus Abrahā, miserere populi tui, qā vo *Cap. 13.*
lūt nos inimici nostri perdere, & hæreditatē tuā delere. Ne *l. 3. 3*
despicias partē tuā, quā redemisti tibi in Aegypto. In eūdē *l. 3. 3*
modū orabat propheta Daniel pro populi liberatione. Ne *Cap. 3.*
quāsumus tradas nos in perpetuū propter nomen tuū, & *l. 3. 3*
ne dissipes testamētū tuū, neq; auferas misericordiā tuā *l. 3. 3*

Super Psalm. 50. Homilia secunda.

à nobis propter Abraham dilectum tuum, & Isaac seruum tuum, & Israel sanctum tuum. Omnes has orandi formas dimitit sanctus propheta, soliusq; diuinæ misericordiæ, exorat suffragium. Miserere mei Deus secundū magnam misericordiam tuam, inquit, Qui olim æterni regis locū nativitatis scire desiderabat, hoc à Domino quærebat allegans multam mansuetudinem suam, assiduasq; vigilias in

Psal. 131. orationibus. Memento Dñe Dauid, & omnis mansuetudinis eius, sicut iuravit domino, votum vovit Deo Iacob. Si introiero in tabernaculum domus meæ, si ascendero in lectum strati mei. Si dedero somnum oculis meis, & palpebris meis dormitionē. Usquequo o facer prophetā? Donec inueniam locum Domino, tabernaculum Deo Iacob. Multam mansuetudinem, quam in Saul exercuerat, magnaq; carnis miserationem, domino repræsentat, ut propter hæc, locum nativitatis suæ, sibi reuelet, quod & fecit.

Lege Eu- Ecce, inquit, audiuiimus eū in Ephrata (hæcest Bethlehē) *feb. Cef. de* inuenimus eum in campis silvæ. Hic autē, cum veniam pro *demonstr.* prij peccati desiderat solam Dei recognoscit clementiam, *D Euag. libr.* benignitatem, & misericordiam. Ad illā confugit, non ad *7.ca. 2. &* Abraham, Isaac, & Iacob, (quātumuis eorum merita, & ora *Iusti. Mar* tiones valde conduixerint ad inueniendam gratiam) non *tyr. de fide* mansuetudinem suā, & multa alia bona, quæ fecerat in conspectu Dñi vociferatur, sed in multo silentio, secundū magnam Dei misericordiam orat indulgentiam. Reuoluebat enim sacro pectori dominicam mortem, quam magnam *Peccatum* Dei misericordiā vocat sicut infra demonstrabimus, qua *mortale* stum est ut de condigno gratiam, & remissionem omniquatas per bus mereretur, secundum sufficientiam, quod de Abrahā, dat diuinaut Petro, & Paulo dici non potest.

tias spiri- Attende, o homo, cū primo mortale crimē cōmittis, om*tuales, &* nes iustitiae tuz obliuioni tradūtur, nihilq; est in te in *infra.* spectu dñi acceptabile, aut gratū etiā si per totā vitā ei ser*Li. D.* uieris, vnde veniā, & indulgentiā merearis. Si auerterit se iustus

A iustus à iustitia sua, & fecerit iniquitatem omnes iustitiae *Ezecl. 18.*
 eins quas fecerat nō recordabuntur, in præuaricatione, qua
 præuaricatus est, & in peccato suo quod peccauit, in ipsis
 morietur, & hoc est mirabile profecto, quā sufficiēter æqui
 tate iustitiae suæ, & iudicij huius voluerit dñs Deus ostēde
 re, propter multā malitiā nostrā. Inquit sanctus propheta.
 Et dixisti: Nō est æqua via Domini. Audite ergo domus
 Israel. Nunquid via mea non est æqua, & nō magis viæ ve
 stræ prauæ sunt? Cum em auerterit se iustus à iustitia sua, &
 fecerit iniquitatē morietur in eis, in iniustitia quam opera
 tus est morietur. Ecce æquitatē diuini iudicij. Et cum auer
 terit se impius ab impietate sua, quā operatus est, & fecerit
 iudicium, & iustitiā, ipse animā suā vivificabit. Considerās
 enī, & auertēs se ab omnibus iniquitatibus suis, quas opera
 tus est, vita viuet & nō morietur. Secundum æquitatē nobis
 scum agit Dñs Deus profectò. Exclamat & iure quidē bea
 tus Ioānes Chrysostomus super hunc locum in hæc verba. *Chrys., de*
O magnā in iusto cautionē. O magnā in peccatore liberali pœnitētia
tatē. Sic variē fratres, & differēter ex cogitat Deus, nō ipse Homil. 5.

B quidē mutatus, sed vtiliter diuidēs bonitatis suæ dispēsatio *tom. 5. fol.*
 nē. Et quomodo? Audi. Cadentē, & peccatis obnoxium, si 731.
 terruerit, ignorātia obcæcari, spe quoq; periclitari eum cō
 pelleret, iustū verō si laudat, suæ vim virtutis débilitat. atq;
 velut iam beatum de industria studioq; pigritare præpara
 bit. Propterea fratres, peccatoris quidē miseretur, & ei blā
 ditur, iustum vero terret. Terribilis est super omnes qui in *Psal. 88.*
 circuitu eius sunt. Et qui nā fuerint hi? Sancti. Deus em in
 quit David glorificatur in concilio sanctorum, magnus, & *Psal. 88.*
 terribilis est super omnes, qui in circuitu eius sunt. Si cadē
 tem intuetur clemētiæ manum protēdit. Sic stātē, timore
 iustitiae iustiq; iudicij cōcutit, atq; hunc timore, quidē con
 firmat, illum vero peri clemētiā excitat. Considera, & per
 pendē cū æquitate iustitiae Dei, multis formē bonitatē eius
 in nos. Nihil ergo manet in peccatore post eius délictum,

Super Psalm. 50. Homilia secunda.

vnde sibi venia, & indulgētiā promittat, solā ergo respi C
Similitudo ciat Dei misericordiā. Quid obsecro dignū, aut expectabi
le, quid pulchritudinis in extinto corpore, & præcipue
vnius anni potest cōsiderari, ut propter ipsum, sibi vita re
stituatur? Nihil nisi vermis putredo, & fœtor horribilis in
illo iuuenitur. Sic certe in peccatoribus, qui mortui sunt
in delictis suis, solā miseriā potest misericordia inspicere,
ut ex sola misericordia iustificatio, & spiritualis vita eis
cōdonetur. Ingenuē quidē cōfitetur hāc veritatem noster

Psalm. 37. propheta David. Putruerunt & corruptæ sunt cicatrices
meæ à facie insipientiæ meæ. Miser factus sum, ut solamis
ericordia locum habeat curandi, proculque absit à me, &
à sensu, & cogitatu meo, iustitia mea.

Heu florēs vitis abūdansq; qualis manet post grādinē,
& turbinē peccatorū. Nūquid tolleretur de ea lignum ut fiat
opus, aut fabricetur de eapaxillus, ut depēdeat ex eo quod

Cap. 15. cūq; vas? Ecce igni datum est in escā, inquit Ezechiel. Ad
nullū humanæ vitæ vsum, & utilitatē valet, quā ad ignem.
Si profecto peccator, qui viti suæ Christo adhærebat fide,
florebant ac fructificabant charitatis humore, cum arescit ex Di

peccatis suis, soli igni flāmæq; deuorati cōmodus, & aptus
est. Qui nutriebātur in croceis amplexati sunt stercora, la-

Thren. 4. mētabatur Hieremias. Quod considerās noster David, su-
perexaltans Dñi benignitatē, qui peccatoris miseretur, de-
cātabat. Quis sicut Deus noster, qui in altis habitat, & hu-

psal. 112. milia respicit in cœlo, & in terra Suscitās à terra inopē, &
Humilitas de stercore erigēs pauperē? Humiliemur ergo subpotenti
in pœnitē- manu Dei, in principio gemitus, & pœnitētiæ nostræ, attē
te. dentes nihil boni, aut meriti in nobis esse, vnde nobis con-
donētur noxiæ nostræ, sed totū diuinæ clemētiæ & miseri-

Esa. c. 30. cordie ascribamus, qui exaltatur parcēs nobis. Solā miseriā
nostrā intueamur, obliuionē traditæ sunt omnes iustitiæ no-
stræ, si quæ fuerūt, solā miseriā nostrā cōtēplemur, ut mise-
ricordiā exoremus cū Davide. Sed notate quā benigna est

A hæc Dei nostri misericordia, quāq; liberalis erga nos. Cū primo respicit opprobriū nostrū, cū oculis clemētię suę suę per benedictę Deus intuetur miseriā nostrā, sanatq; eam, *Iustitia & ecce oēs iustitiae omnia merita reuiuiscūt ad maiorem gra merita p. r tiā, & gloriā sublimiorē, cōsurgēs peccator per pœnitētiā, peccatum & integrū imō firmius ius ad regnū cœleste & coronā, per mortifica- peccatū amissam, reddit, restituiturq; nobis. Quis nō exalta, per pœ- met adorās, & magnificās dñm Deū? Quis sicut Dñs Deus nitentia re noster, qui in altis habitat, & humilia respicit in cœlo & in uiuscunt. terra? Suscitās à terra inopē, & de stercore erigēs pauperē. *Psal. 112.* Vt collocet eum cū principibus, cū principibus populū sui. O summa erga nos, & genus nostrū Dei nostri liberalitas. O immēta, & infinita bonitas. Filię Siō exultate, & lærami ni in dño Deo vestro, qui dedit vobis doctore iustitiae, & descēdere faciet dñs ad vos imbrē matutinū, & serotinum sicut in principio, & implebūtur areæ frumento, & redundā būt torcularia vino & oleo, & reddā vobis annos quos co-*

B medit locusta, bruchus, & rubigo & eruca. Fortitudo mea magna, quā misi in vos, dicit Dñs. Hæc propheta Iοel. Et *Cap. 2.* quāuis symbolica, & metaphorica Theologia, nō habeat tantam vim arguendi nihilominus est optima similitudo. Vnde licet de restitutione bonorum tēporalium agat pro- *Theologia.* pheta, glossatamen ad restitutionē bonorum spiritualium *symbolica* trāsfert. Est & alia glossa super. 7.c. Leuitici, ad hāc rē, quæ & meta- air per pœnitentiam restitui hominē in statum pristinum. *phorica nō* Hoc videſ insinuare beatissimus Apostolus, qui postquā *infirman* increpauit Hebræos de ingratitudine in Deū, subdit. Cōfi vim habet dimus autem de vobis fratres meliora: non enim iniustus arguendi, est Deus ut obliuiscatur operis vestri, & laboris, & dile. *Ad He. 6.* ctionis vestræ, quam ostendistis in sanctos, &c. Quem lo- *Gregor. re* cum beatus Anselmus & Theophilatus, & Beatissimus fertur de Gregorius, de operibus mortificatis per peccatum, quæ pœnitētiā. per pœnitentiam reuiuiscunt, exponūt. Ait enim Grego- *d. 4. Cano.* riūs: Quod sicut priora bona opera per peccatum sūt irri- intermit.

ta, ita

Super Psalm. 50. Homilia secunda.

Augu. ad ta, ita per pœnitentiā requiuiscent. Et beatus Augustinus ait, C
Macedo - quod Deus nō minus tribuit pœnitētibus quā antea tribue-
nem. rat munera virtutē, & salutis, Confirmat hanc sententiā canō.
capi. 14. Pium, ex libro de Vera, & Falsa pœnitentia, vbi ait. Pium
est credere & hoc nostra fides expostulat, vt cum gratia
Christi destruxerit mala priora in homine, etiam remune-
Lege com ret bona. Ecce vnde accēdatur mēs nostra in diuinām dile-
mūniter tōnē, & charitatē, ex cōsideratiōe, scilicet, liberalissimæ
Doctōr. benignitatis eius, ecce etiā vnde humiliemur post pecca-
Scho. in. 4. tū, vnde initū pœnitētia saluberrimū assumer, firmamen-
dīstīn. 2. tūq; firmū iaciet. Ab humilitate & cognitione miseriæ suæ
maghæ, incipiat pœnitētia, & oratio nostra. Secundū misē
Psal. 112. ricordiā tuā magnā miserere mei inquit Dauid. Sciēs cer-
tissime quod in cœlo, & in terra respiciat Deus humilia.
Sciēs certissimē quod oratio humiliatis se, nubes penetrat,
Eccle. 35. etiā si Deus opposuerit nubē ne trāseat oratio, sciens cer-
Thre. ca. 3. tissimē quod oculi Dñi humilē, & trementē sermones eius
Ezai. 66. intuētor, cuius respicere indulgentia, plenū est. Hanc ma- D
gnā doctrinā tradebat Dñs Deus per prophetā & Aposto-
Apoca. 3. lum suū Ioannē Episcopo, & populo Laodiceæ Ecclesiæ.
Dicis: Diues sum & locupletatus, & nullius egeo, & nescis
quia tu es miser, & miserabilis, & pauper, & cæcus & nu-
dus. Suadeo tibi emere à me aurū ignitū probatū, vt locu-
ples fias, & vestimentis albis induaris, vt nō appareat cōfu-
sio nuditatis tuæ, & collyrio inunge oculos tuos vt videoas.
Peccatum Nota quomodo cœlestis spiritus tria præcipue mala pecca-
quot ma- torū cōmemorat, scilicet paupertatē, & cæcitatē, & nudita-
la, tot bo- tem, vnde miseri, & miserabiles sumus. Ad eorum repara-
nuimōma tionem promittit aurum contra paupertatem, collyrium
sora, gra- contra cæcitatem, vestem albam contra nuditatem, vt vel
tia affert. sic miseriā nostrā profiteamur, ad querendam mis-
ericordiam. Nonne miserum iudicabis hominem paupe-
rem, cæcum, & nudum? Et quis miserior illo? Iudi-
ca ergo & te ipsum, cognosceque multam miseriā
tuā,

A tuam, qui pauper factus es, a prum rapiens alienum, & cel-
tus pulchritudinem fallace intuens, & nudus, consummans
peccatum. Cognosce te ipsum homo, sicut & cognoscit se
sanctus propheta, qui quanvis rex magnus diuitijs & vesti-
bus plenus, quanvis prospiciens futura mudi mysteria, præ-
dicetq; illa, pauper etiamen se iudicat, & cæcum, & nudum,
dum cōtra Dominū se egisse recognoscit, & sic inquit. Mi-
serere mei Deus secundum magnam misericordiā tuam.

Vidimus interiorē mentis habitū sancti confessoris Da-
uid, quā verē iacebat humiliis, & scrutator magnae miseri-
orū, quam cum ad plenū deprehendisset, prorupit amarissi-
ma voce in orationē hanc: Miserere mei Deus secūdū ma-
gnam misericordiā tuā. Iam nunc exteriorē corporis figu: *Habitus*
ram contemplēmur, quam gerebat corā domino, cū p̄cēni *exterior*
tēs misericordiæ suffragiā quarebat. Vtrūq; enim valde *p̄nitētis*.
cōducit, ad inclināndā Dei iustitiam, & mētis deiectio, &
oculorū humiliatio. Iacebat quidem super faciem suam in

B terra, nec audebat ad cœlum oculos leuare, percutiebat pe-
Cctus in multa amaritudine animæ sue, quod tantam nutrie-
rat putredinem. Orabat Moyses nō semel dñm, & cecidit *Nume.* 16
pronus in faciē suā & ipse, & Aaron frater eius fugières ad
tabernaculū fœderis, cū aduersus eos oriretur seditio, & ia-
cebant in terra. Orat & precatus est David noster pro par. 2. *Reg.* 12.
vulo ex adulterio suscepito, & iejunavit iejunio, & ingress-
sus seorsum iacebat super terrā. O quanto profundius iace-
bat super nudā humū, terrā lingens cū veniā, & misericor-
diā deprecabatur. Hanc magnā doctrinā cōfirmanit Deus
noster Iesus Christus, qui oraturus ad patrē procidit super *Matt.* 26
faciē suā, & quidē seorsum sicut David. Reuerētia quidem,
& confessio diuinæ ac infinitæ tremēdæq; maiestatis Dei &
insigne hoc est profecto. Vnde inclinātes caput nostræ su-
perbiæ corā eo, misericordiā inuenimus ante tribunal gra-
tiae eius. Propter hoc docebat hic noster propheta. Venite *Psalm.* 94.
adoremus, & procidamus ante eum, plorēmus corā Dño.

Procida-

Super Psalm. 50. Homilia secunda.

Procidamus & ploremus inquit. Esto imitator propheta C
tarū & Dñi Iesu, o homo eo maxime tēpore cū misericor
Nota Val- diam Dei quæris. Sed intra in cellā domus tuā & clauso
de.

ostio tuo seorsum, procide super faciē tuā super terrā. Sic
enī dicit scriptura de David. Ingressus seorsum procidit su
per faciē suā. Et de Dño Iesu: Auulsus est à tribus discipulis
Petro & Iacobo, & Ioāne quos inter vndeclim elegerat, vt
ei astaret nimiris dolēti, & sic factus solitarius procidit in fa

Secunda re ciē suā. Ecce regulā in nostra pœnitētia seruandā. Humilis
gula in pœ habitus sit mētis, sic & corporis, vt sic demus gloriā Deo, si
nitētia ser cut propheta Baruc cōfitetur in sua oratione. Aperi oculos
uanda Val tuos, & vide, quia nō mortui qui sunt in inferno, quorū spi
de. *Vtilis.* ritus suscep̄tus est à visceribus eorū, dabūt honorē & iusti
Cap. 2. tiā Dño: sed anima quæ tristis est super magnitudinē mali,
& incidit curua & infirma, & oculi deficiētes, & anima e
suriēs dat tibi gloriā & iustitiā Dñe. Nec tñ ex hac sentētia
occasionē hypocrisis accipias, sed audi dñm Iesum docen

Matth. 6. tē. Cum iejunatis, nolite fieri sicut hypocritæ tristes, exter
Hypocri minant, enī facies suas vt appareant hominibus iejunātes. D
fuis fugien Tu autē cū iejunas vnge caput & faciē tuā laua, ne videaris
da.

hominibus iejunare. Vide quod nō tristitia (quæ naturalis
& comes iejunij est) interdixit Dñs, sed ostensionē volūta
riā eius, ad venandā hominū laudē. Valde multū hac duo
cordis humiliatio, & corporis castigatio, cū ceremonijs ve
Beneficio ræ cōfessionis ad inueniēdam Dei gratiā cōducūt, & maxi
rum cōme mē quidē ad excitandū dolorē, augēdāq; indignationē ad
moratio tē uersus nosmetipſos, beneficiorū cōmemoratio, & confide
pore pœni ratio attēta. Hoc argumēto vſus est Nathā cū Davide, quo
tētiae, quā conuictus illuminatusq; magnæ confessionis vocē emisit
Vtilis. dicēs. Peccavi Dño. Considerate obsecro, quāto pudore &
rubore, regia facies perfundebatur, cum audiebat exprobra
tionē Nathan aduersus semetipſum. Qualiter iam intra si
num suū ardebat ira in semetipſum, audiēs beneficiorū cō
memorationē, & suā ingratitudinē. Rubore perfundebatur
facies

A facies præ verecundia, vnde multorum dierum rupit vinca la insiliens in eum spiritus Dñi, sicut in Sanson, & tandem confessus est. Peccavi domino. Diuina protectio regula ad pœ 3. *Regula nitentiū instructionē, eo maxime tēpore, quo volūtarium pro pāni-dolorem pro peccatis decernunt assumere.* Ut propontentibus. mus, & consideremus diuina erga nos beneficia, & præcipue illa, quæ in nostra redēptione exhibuit Dñs Iesus, ut sic excitetur mens nostra, aduersus semetipsam, dolearq; nec taceat alacrymis pupilla oculorū eius. Hāc regulā docuit nos etiā sanctus propheta Moyses, cū ageret aduersus *Deut. 32.* magnam ingratitudinem populi sui contra Deum. Primo malitiam, & magno beneficia ab eo accepta commemorat, ut sic graviori iictu gladij vulneret. Nunquid non ipse est pater tuus, qui possedit te, & fecit te, & creavit te?

C Audi quā verēdīcā tibi quod altissimus sit pater tuus, ut debitorem ei te iudices honoris, & amoris. Interroga patrem tuū, & annūciantib; maiores tuos, & dicēt tibi, quibus protectio debes fidē tā quā veracibus. Quādo diuidebat altissimus gēres, quādo separabat filios Adā. Cōstituit terminos populorū, iuxta numerum filiorū Israel. Pars autē Dñi

B populus eius, Iacob faniculushæreditatis eius. Inuenit eum in terra deserta, in loco horroris, & vastæ solitudinis. Circūduxit eum, & dōcuit, & custodiuit quasi pupillam oculi sui. Sicut aquila prouocās ad volādum pullos suos, & super eos volitās, expandit alas suas, & assumpsit eū, atq; portauit in humeris suis, dñs solus dux eius fuit, &c. Dereliquit Dñ factorē suū, & recessit a Deo salutari suo. Generatio piana atq; peruersa hēccine reddis dñi popule stulte, & insipieſ Dñi qui te genuit dereliquisti, & oblitus es Dñi creatoris tui. Quibus verbis agerat sanctus Moyses aduersus nostri temporis spectatores, quorum causam & peccata super humerum suum portauit Dominus Iesus in Cruce, ut piissimo cruore suo ea deleret: qui & dereliquerunt Dominum creatorē, & redemptorem suum, in multa legis

eius

Super Psalm. 50. Homilia secunda.

ei iustis transgressionibus. Ut ille ergo forma in praedicando, & CA docendo seruabimus, simul & in considerando tempore pœnitentiae nostræ, si attenta mente reuoluerimus & prædicator populo proposuerit, magna nostræ redemptions.

Prædicator Heb. 4. *beneficia ante oculos audiētum.* Sermo hic penetrabilior certe erit omni gladio ancipiti, pertingetque ad medullas cordis, & usq; ad diuisionem animæ & spiritus. Hoc gladio 2. Reg. 12. percussus David dixit, Peccavi domino, rugiebatq; a gemitu cordis, præ magno dolore vulneris, & inspecto factus magna suæ misericordiæ, & ingratitudinis, orat. Miserere mei Deus secundum magnam misericordiam tuam.

Opus misericordiae Cum psalmum hunc consecrauerit sanctus David, Lam xime misse nasceach, idest, sanguinem fundenti, sicut in superioribus recordie probauimus, videtur mihi dominicam passionem, & mortem Redemptio. magnam Dei misericordiam in hoc loco intelligere, quod sequenti verso cōprobabo. Hoc enim opus maximū est diuinæ misericordiæ, sicut testatur beatissimus Paulus

Rom. ca. 5. ad Romanos scribens. Commendat autem Dei charitatē D suam in nobis, quoniam cum adhuc inimici essemus Christus pro nobis secundum tēpus mortuus est. Ecce quale est altissimum præconium charitatis, & misericordiæ Dei erga nos, quod super omnia opera eius exaltatur, nimirum quod cum adhuc inimici essemus, Christus secundum tempus pro nobis mortuus est, secundum tēpus dixit, quia teritia die resurrexit. Quod si mors eius usq; ad finem mundi expediret nobis, certe maneret corpus illud sacratissimum in sepulchro, ab omni tamen corruptione alienissimum. Sed qui propter delicta nostra mortuus est secundum tempus, propter iustificationem nostram resurrexit, ut multo magis in vita ipsius vivamus. Omnia propter nos, o Domine Iesu, & mors & resurrectio, & confessus ad dexterā patris, ut ibidem te habeamus aduocatum apud patrē. Sed de his satis, ad rem redeamus. Secundū Dei magnam misericordiam, indulgentiam deprecatur David, cum quo beatissimus

A mis Paulus super humilitate certare videtur, palmam humiliatis vterque desiderans. Quid inquit ille? secundum magnam misericordiam suam oportet, ut misereatur mei Deus ad indulgendum, ut grandem sic miseriā suam confiteatur. Hic autem quid inquit? Fidelis sermo, & omni acceptione dignus, quod Christus Iesus venit in ^{1. Timo. 1.} hunc mundum peccatores saluos facere, quorum primus ego sum, sed misericordiam consequutus sum, ut in me primo, id est, maxime ostenderet Christus Iesus omnem patientiam, ad informationem eorum, qui credituri sunt illi in vitam æternam. Attendite. Alter misericordiam magnam interpellat, alter secundum omnem Dei patientiam quæ infinita est, se confitetur expectatum ad pœnitentiā. O quam profundè meditati sunt magnitudinem suorum scelerum, multitudinem delictorum, qui omnem patientiam, & omnem misericordiam tanti medici ad sui curationem profitentur necessariam. Ecce magistri tui, o Israel, ecce

B doctores tui, ad instructionem quippe dati sunt eorum qui credunt Christo Domino in vitam æternam. Placet ^{Ibi.} quidem, imo iudico necessarium considerare, qualiter dominus Deus secundum suam naturam, quæ alienissima extat ab omni passione, sit misericors, eiusque misericordia magna vocetur. Misericordia enim miserum eorū facit, & à miseria dicitur, trahitque aliquid ex ea, si- ^{De clem.} cut ex sententia Senecæ, in superioribus dicebamus. Et beatus Augustinus diffiniens illam, inquit, Misericordia est animi condolentis affectus, cum additamento beneficij, ut compatimur proximo, & largimur de proprio. Vel aliter. Est alienæ misericordiæ in nostro corde compassio, qua utique si possumus, subuenire compellimur. Ad eundem modum scribebat beatissimus Gregorius. Misericordia à misero corde vocata est, eo quod unusquisque inuetur, quempiam miserum, & ei compatiens de dolore animi tangitur, ipse cor miserum facit; ut eum à miseria liberet, cui

*Certamen
David &
Pauli.*

*August.
de cimi. c. 9*

Super Psalm. 50. Homilia secunda.

Damasce - int̄edit. Attende me accipite. Ratio misericordiae est defe
nus.lib. 2. ctus, & motiuū ad illā est hoc, quāto autē est maius, illa est
sublimior. Malum autē culpæ, maius omnibus est, & utta-
le, non habet rationem misericordiæ, sed iustitiae vindicā-
tis, peccatum enim voluntarium est, sed quia' culpa potest
esse aliquo modo pœna, in quātum, scilicet, habet aliquid
annexum, quod est contra voluntatem peccatis, secūdum
hoc potest habere rationē miserabilis. Et secūdū hoc mise-
remur, & cōpatimur peccantibus, sicut dicit beatus Grego-
rius, quod vera iustitia non habet designationem, scilicet
ad peccatores, sed cōpassionem. Duo ergo cū sint in mis-
ericordia, compassio defectus, & mali alterius, & affectus cū

Misericor-
dia in Deo
quomodo: additamento beneficij: Deus non miseretur nisi propter
amorem, in quantum amat nos, tanquam aliquid sui. Fun-
datur ergo hic affectus, & propensio diuinæ voluntatis ad
nostras miseras, in amore eius. Quæ quidem extendit ip-
sam charitatem ad benefaciēdum de proprio omnibus in-
digentibus, exireq; facit in exercitium beneficij, subleuan-
do omnium defectus. Huius rei gratia dixit Dauid, q; mise-
ricordia est in Deo, super omnia opera eius, quia fundatur
in amore, estq; in illo, qui est maximus, habetq; de suo vn-
de omnibus indigentibus benefaciat sine aliqua sui ipsius

Liberali-
tatis ratio, ergo diuina erga nos dilectio talis ac tanta sit, qualis ipse
Ioan.ca. 3. filius Dei docet; Sic Deus dilexit mundum, vt filium suum
vnigenitum daret, vt omnis qui credit in ipsum nō pereat,
sed habeat vitam æternam, Iam intellige quāta sit hæc mi-
sericordia, quanta & miseria nostra tali indigens medici-
na, tantoque medico. Propter hoc scriptum est: Misera-
tiones eius super omnia opera eius, de quibus statim secun-
do versu dicemus. Cū ergo valde sit nobis necessaria
hæc diuina misericordia, quæ diuites facit pauperulos ho-
mines, vt cum regni sui principibus sedeant, age ergo,
& demonstra nobis viam secundum scripturas inuenien-
di illam,

A di illam. Non enim sufficiuntienti, fontis dulcorem, & *Via inue-*
*pulchritudinem magnificare, nisi viam inuenienti illam n*isi* iendi mi-*
aperiamus, & quasi digito demonstremus. Omnis scri-
ptura testatur, illos Dei misericordiam inuenire apud
quos est Dei timor, misericordia Domini ab æterno, &
usque in æternum super timentes eum, decantabat Da- *Psal. 110.*
vid. Filiaque eius sacratissima nostra Domina: & miseri- *Luca. 1.*
cordia eius à progenie in progenies, timentibus eum. Sed Psal. 102.
& alio loco ipse David inquit: Corroborauit misericordiā
suam super timentes se. Vbi aperte vides quod non solum
respicit dominus Deus oculis misericordiæ suæ, verum, &
corroborat misericordiam suam super timentes eum.
Filij hæc est via, timor Dei, ambulate per eam, & inue-
nietis Dei misericordiam, fontem aquarum viuentium,
fontem omnis gratiæ, & indulgentiæ.

B Iam tandem consideremus, quid præpositio illa, se- *Præpositio*
*cundum, significet, in hac Davidis oratione, sicut in argu *secundum**
*mento huius homiliae promisimus. Secundum omni- *exponitur**
modam similitudinem in sacra pagina, ac in gentium li-
teris significat. Loquutus est Dominus ad Moysem, di- *Exod. 25.*
cens. Fac secundum exemplar quod tibi monstratum est,
id est, ad æqualitatem similitudinemque eorum, quæ in
monte vidisti, & tibi sunt demonstrata, sic omnia æ-
dificabis, tabernaculum, sanctum Sanctorum, candelabrum,
mensam, arcam, & propitiatorium, vestes sa-
cerdotales, & leuitarum. &c. Hoc loco, secundum simi-
litudinem perfectam explicat. Secundū, significat etiam,
non solum similitudinem unius rei ad alteram verum
& naturæ identitatem, sicut legimus in Genesi. Protu- *Cap. 1.*
lit terra lignum faciens fructum, & habens unumquod-
que semen, secundum speciem suam, id est insequens
eandem suæ speciei naturam. Significat & æqualita- *Psal. 93.*
tem, sicut & in psalmo legimus. Secundum multitu-
dinem dolorum meorum consolationes tuæ lœtificaue-

81 Super Psalm. 50. Homilia secunda.

runt animā meā, id est, ad mēsuram dolorū meorū, & ad C
æ qualitatē, fuerunt consolationes tuæ in corde meo. Iam
ergo videamus, quid præcipue in hoc loco ex his omni-
bus velit significare oratio nostri prophete cum dicit: Mi-
serere mei Deus secūdum magnam misericordiam tuam.
Quod si placet aliquid ex omnibus his acceptationibus, &
significatis accipere ad præpositionis, secundum, interpre-
tationem, illam nimirum, quam priori loco posuimus, ut
germaniorē amplectitor. Dicamusq;: Miserere mei Deus
secūdum magnā misericordiā tuā, id est, procura, o domi-
ne Deus, & subleua miseriam hanc magnam meam, quam
ex maximis peccatis meis habeo secundū naturam tuæ ma-
gnæ misericordiæ, secūdū quam prop̄fissimus ad miserē-
dum es, secundum quam, si decreueris saluare, perfecta &
integra erit curatio vulnerum meorū, adeò quod nec ve-
stigium eorum apparebit. Sit fructus huius ligni vitæ, de
visceribus amoris tui nascētis, sit semē, & benedictio hæc
quam de tuā misericordia confido, secundum magnam mi-
sericordiam tuam, quam mundo ostendisti in cruce mori-
iens à patre derelictus, sit misericordia hæc, & venia, quā
exoro, secundum exēplar, q̄ in mōte demonstratū est no-
bis. Fac mecū hæc misericordiam secundū exemplar, quod
in monte Caluario, mundo ostēdisti: vbi delesti chirogra-
phum decreti, quod erat cōtrarium nobis, in quo erat scri-
ptum Adx peccatum, & totius mundi: secundum hoc exē-
plar fac hæc misericordiā cum seruo tuo. O quis posset alti-
tudinem cōsilij tui penetrare dñe Iesu. O quis posset, ardē-
tissimam, summam, immēlam misericordiam tuam quā in
hora mortis tuæ, mundo ostendisti, mentis oculis compre-
hendere secūdum hanc misericordiam, ad similitudinem
eius, exhibe animæ meæ miseræ & miserabilis misericor-
diæ indulgentiam & culparū mearū remissionem? Vides
quot & quā magnæ diuitiæ latebant sub verbo illo secun-
dum? Bene proinde scriptū est. Scrutamini scripturas, in
quibus

Nota Val-
de.

A quibus est spūs et vita. Estote charissimi scrutatores scri-
pturarū, intropicite profundum sensum earū cum ad ora-
tionem verba hæc assumitis, intuemini imagines eorum
quæ dicitis, ut sic ardenter reddatur mens vestra, & confi-
dentior exciteretur affectus, acuaturq; deuotio, talibus enim
promeretur exauditio, diuinūq; suffragium. Possemus quā
maxime declarare, quomodo in corde dñi Iesu plenissi-
mam rationem misericordiæ considerat scriptura, secun-
dum omnes suas partes. Quæ quidem consideratio licet es-
set utilis, ac delectabilis rudi populo, qui ea maiora ac ple-
niora dijudicat, quæ passione aut dolore plena sunt, sicut
in creaturis reperitur misericordia, qua tangitur, et miserū
reditur cor nostrum, sed sublimius ratio misericordiæ in
Christo, in quantū Deus est, reperitur, quippe quæ de fon-
te amoris æterni nascitur, vnde scriptum est. Misericordia *Psalm. 102.*
domini ab æterno, & vsq; in æternum. Sed de omnibus his
satis sit ne in immensum protrahamus sermonem.

Vnum solum superest, vt quæ promisimus, ad plenum
impleamus, nimirum ostendere quomodo Dei misericor-
dia magna, aut parua sit, siquidem sacer propheta, secundū
magnam misericordiā Dei querit indulgentiā. Cū enim
scriptum sit in ecclesiastico, secūdum magnitudinē ipsius, *Cap. 2.*
sic & misericordia ipsius cùm ipso est, quare aliam miseri-
cordiam magnam, aliam paruam consideramus? Sic enim
scribit super hūc locum beatus Augustinus. Qui magnam
misericordiam deprecatur, magnam miseriā confiteur.
Quærant paruam misericordiam tuam, qui nesciendo pec-
caverunt. Quæ verba beatus Gregorius in sua expositione
interponit. Eandem sententiam tenet, & beatus Hierony-
mus præter hoc quod magnā aut paruam misericordiam
Dei refert ad creationem & glorificationem. Sed sciendū
quod, cum perfectissima simplicitate Dei, propter quam
quicquid in ipso est, ipse Deus est, & sua essentia, nec ali-
quid maius, aut minus in illo reperitur, cum hac plena sim-
ilitudinē. *Gregorius*
Hierony.

Super Psalm. 50. Homilia secunda.

plicitate Dei, propter quam tanta est eius iustitia, sicut & C
misericordia, & sapientia, multiplex variusq; effectus bo-
nitatis, & misericordiae eius ad nos descendit, sine sui ali-
qua mutatione. Cum enim ignoscit magnis peccatoribus,
magna vocatur eius misericordia, cum vero cibum, & po-
tū tribuit creaturis suis, parua. Cum irascitur aduersus mū-
Zach. 1. dum vniuersum, ira magna dicitur irasci, id est, quia flagel-
lum magnum ab eius iustitia egreditur. Bene ergo ab una,
& simplicissima, & infinita misericordia eius, multiplex
effectus maior, aut minor descendit super nos. Sic loqueba-
1. Cap. 1. tur sacratissimus Apostolus Petrus. Benedictus Deus & pa-
ter domini nostri Iesu Christi, qui secundum suam miseri-
cordiam magnam regenerauit nos in spem viuam, per re-
surrectionem Iesu Christi ex mortuis. Quod si placet ad
magnum cordis tui solatium, alteram sententiam beatissi-
mi Pauli considerare, quæ omnia, quæ diximus, cōfirmat,
est gratias Deo, & doctrinæ fidei nostræ, habes enim vnde,
& immortales gratias agas patri misericordiarū & lu-
minū, qui cum sit diues in maiestate sua & gloria, opulen- D

Deus dunes tūsq; potentia, eorum se diuitem prædicat, quæ nobis ne-
misericor- cessaria, ac majoris beneficij plena sunt. Diuitē se prædi-
dæ & pa- cat patientiæ, & misericordiæ. Deus qui diues est in miser-
tientiæ. ricordia, propter nimiam charitatē suam, qua dilexit nos,
Ephes. 2. & cum essemus mortui peccatis, conuiuificauit nos Chri-
Cap. 2. sto. Ad Romanos autem scribens Paulus sic inquit. An diui-
tias bonitatis, & patientiæ, & longanimitatis contemnis,
ignorans quod benignitas Dei ad pœnitentiam te addu-
cit? Diues in misericordia appellatur Dominus Deus, &
vere sic est. Diues in patientia, & ditutias longanimitatis,
& patientiæ se habere testatur, ut spem nostrā confirmet,
nullusque dissidentiæ locus pateat. Quid enim tam neces-
sarium nobis, quid tam desiderabile, sicut Dei nostri miser-
2. Cor. c. 1. ricordia, & patientia? In patrem sese nobis offert Deus, imò
& misericordiarum pater vocatur, in patrem piissimū sese
nobis

Anobis proponit, cum sinum suæ misericordiæ & patientiæ aperit in conspectu ocolorum nostrorum, ut magnas diuitias viscerum eius inspiciamus, & clamemus quærentes salutem in auxilio opportuno, sicut noster David, qui prima voce ad ianuâ tantarū diuitiarū clamans, exauditus est, gratiam inueniēs, & indulgētiā, quā omnibus nobis concedat Dñs Deus noster per Iesum Christum filium suum.

S V P E R P S A L M V M Q V I N- quagelimum. Homilia tertia.

Et secundum multitudinem miserationum tuarum dele iniquitatem meam.

A R G V M E N T V M .

VAM vtilis pœnitentibus antiquarum miserationum Domini recordatio, ut in spem venie erigatur, qualiter etiam misericordia, & miseratio differant, primo loco proponitur. Et postquam ad longum verbum, dele, secundum scripturas exponit auctor, iam cum magno Dele. fructu, de reatu ac macula nostrorum peccatorum, quodq; aliqua pœna iuste sit æterna demonstrat cum beato Augustino, ad cuius redemptionem, & remissionem in præsenti seculo, non solum sanguinem Christi nobis proponit scriptura, verum & voluntariam nostram pœnitentiam.

Et secundum multitudinem miserationum

tuarum, dele iniquitatem meam.

Nihil cum sit difficultatis, aut obscuritatis, in præsentis versus expositione, ideo relictis quatuor ducum, ac magistrorum nostrorum, Ambrosij, Augustini, Gregorij, ac Hieronymi sententijs, quos in sequentibus habebimus duces, quæ ex propria consideratione concepiimus, in multo timore corani vobis proponimus. Quanto profundius perscrutabatur propheta magnitudinem scele-

Super Psalm. 50. Homilia tertia.

rum suorum, tanto, & sublimius ascendebat, in diuinæ misericordiæ, multarumque miserationum considerationem, quas secundum varias hominum necessitates, ac miseras, piissimus pater Deus, vniuerso orbi condonauit, ut ex his duobus in spem erigeret mentem suam. Priori loco fontem venia, in multa ariditate animæ suæ perscrutatus est eamque inuenit, non sigillo signatam, & clausam, sed abundantissime totam terram rigantem, sicut fluuium, qui egrediebatur de loco voluptatis, & irrigabat vniuersam terram. Inuenit Dei misericordiam magnam, & super omnia opera Dei altissimi eminentem. Sed & miserationes eius multas contemplatus est, reducebatq; in memoriam non solum suam, sed & Dei ac Domini nostri. Deficienti nanq; animo, ac præ multitudine peccatorum cadenti salutare consiliusfa tare consilium magnæq; utilitatis hoc est. Quis enim cognovit nomen Domini, & non sperauit in illo? Sperent in te qui nouerunt nomen tuum, quoniam multum est ad ignoscendum. Nec continuuit in ira sua hanc magnam virtutem suæ misericordiæ, sed qui diues est in misericordia, diuites fecit nos multis miserationibus suis. Quarum memoriam Drogat Dominum ut habeat. Reminiscere miserationū tuarum, & misericordiarum tuarum, quæ à seculo sunt. Delicta iuuentur meæ, & ignorantias meas ne memineris. Secundum misericordiam tuam memento mei tu, propter bonitatem tuam Domine. Sed notate quam diligens fuit beatissimus spiritus in docendo etiam nominis domini salutiferum timorem, ac reuerentiam. Vterq; liquor, ab illo emanat, & necessarius valde ad salutem nostram, spes veritæ inquam, quia multum est nomen Domini ad ignoscendum, & reuerentia ac timor, quia excelsum est. Mementore, inquit, quoniam multum est ad ignoscendum, mementore quoniam excelsum est nomen eius, sed & mementore quoniam multum ad reuerendum, quoniam excelsum est. In hunc modum docebat beatus Esaias. Quiescite

A scite ab homine, cuius spiritus in naribus eius, quoniam ex celsus reputatus est ipse. Magna doctrina hæc profecto, maximeq; necessaria nostri temporis pénitentibus. Quibus non tam spei, & miserationum Domini doctrina est imparienda, quam timoris, & reverentia erga maiestatem omnipotentis Dei nominis, ut vel sic in camo, & fræno maxillas eorum constringamus, qui non approximant amore, & charitate ad Dominum. Magna quidem prophetæ sapientia, ascendens usque ad viscera misericordiæ Dei, inuenit magnam eius clementiam, ac pietatem, descēdensque usq; ad nostram miseriam, multas miserationes Dei contemplatus est in filios hominum, secundum quas indulgentiam, & veniam a domino roget. Et secundum multitudinem miserationum tuarum dele iniquitatē meā.

Non idem miseratio, & misericordia. Differunt velut *Aliud misericordia & opus eius*, velut fortitudo, & opus forte. Aliud *misericordia*, enim misericordia Dei, aliud miseratione eius, quia illa *Aliud misericordia & infinita bonitas*, hæc vero multiplex, cum multa *seratio*. sint opera misericordiæ. *Quod* alio psalmo ipse David *psal. 144.* ostendit, cum domino cantat: Miserationes eius super omnia opera eius. Misericordia Dei non est opus, sed ipse Deus. Miserationes vero eius inter opera connumeratur. Vnde beatus Gregorius inquit: Per misericordiam misericordis affectum intelligimus, per miserationem vero, super hunc ipsam misericordiæ exhibitionem signamus, iuxta quod *psalmum scriptum est: Misericors & miserator Dominus. Superfluum psal. 110.* enim esset ut trunque ponere, nisi esset varietas in significacione. Vnde notandum, ne aduersari videamur præcedeti *Nota*. expositioni, quod cum secundo loco orat, dele iniquitatem meam secundum multitudinem miserationum tuarum, non in eadem significacione accipit præpositionem illam, secundum, sed multitudinem peccatorum, & plagarum profitetur, ut & plures Dei miserationes sibi necessarias indicit, quemadmodum pluribus eger curationibus, & vnguentis,

Super Psalm. 50. Homilia tertia.

ris, qui plura habet vulnera. Constat autem, non vniū fuisse C
Dauid peccatum, sed plurima. Adulterio sapientia repetito,
adiuinxit homicidium, & quidem innocentis Vixie, de quo
iam supra diximus. Vel intelligito sic hanc secundam ora-
tionem Dauid, cum dicit, & secundum multitudinem mi-
serationum tuarum dele iniquitatem meam, id est, secun-
dum quod magnificasti misericordiam tuam in multis mi-
serationibus, quas per vniuersas progenies patrum nostrorum
distribuisti, fac mecum hanc miserationem, ut deelas ini-
quitatem meam. Quod si feceris, cū illis, non inferiori lo-
co annumerabitur, ego enim maximus peccatorum sum.

Exod. 2. Magnificasti misericordiam tuā cum populo tuo adducēs
illum ex durissima seruitute Aegypti, magnificasti miseri-
cordiam tuam patens illis, sustinensq; in multa patientia
grandem illorum duritiam, vsq; dum introduxisti eos in
terram lacte, & melle manantem. Et quid dicam de sin-
gulis miserationibus, ad quas enarrandas deficeret mihi
tempus, & calamus adscribendum? Secundum ergo mul- D
titudinem harum miserationum tuarum, Dele iniquita-
tem meam.

Delere, quid. Dele iniquitatem meam. Dele, inquit. Quare non di-
xit transfer peccatum meum? Præcipue cum ab ore Na-
than huiusmodi verbum audierit. Sed quid ait? Dele ini-
quitatem meam. Attende, & considera, quid verbum de-
lere, primo loco, ubi scriptum est, significet, & per omnē
scripturam usque in finem, ut vel sic orationem Dauid, &
vix eius valeat penetrare, multa enim ac maxima sub illa
latent. Adaperiat scripturam suam ille, qui habet clavem
Dauid, ille Dominus Iesus, qui aperuit sensum discipulis
suis, ut intellegerent scripturas. Videns Dominus Deus,

Genes. 6. inquit Moyses, quod multa malitia hominum esset in ter-
ra, & cuncta cogitatio hominis intenta esset ad malum om-
ni tempore, pœnituit eum, quod hominem fecisset. Quid
autem significare voluerit, curi de illo, qui immutabilis
naturæ

A naturæ est, dixerit, pœnituit eum, statim exposuit dicens.

Delebo, inquit, hominem, quem creavi, à facie terræ, ab homine usq; ad animalia, &c. Delebo, id est, omnino destruam opus, quod feceram, vnde nec vestigium eius apparat, quod & factum est aquis diluvij. Solus enim Noe, & qui cum eo ingressi sunt arcam, permanserunt. Deletur ergo homo, & animal & reptile, quia pereunt. Deletur, & scriptura. Vnde Moyses orans pro populo suo, dicebat: Ob *Exod. 32.* seculo Domine, peccavit populus iste peccatum maximū, feceruntque sibi deos aureos, aut dimitte eis hancnoxam, aut si non facis, dele me de libro tuo. Et hoc eodem capitulo loquens Dominus ad Moysem, aduersus populum suum dicebat: Cerno quod populus hic duræ ceruicis sit, dimitte me, ut irascatur furor meus contra eos, & deleam eos, faciamque te in gentem magnam.

Iam quid beatissimus Apostolus de verbo, delere, sentiat, audiamus. Ad Colossenses scribens dicit: Et vos cum *Cap. 2.*

B mortui essetis in delictis, & præputio carnis vestrae, conviuiscavit cum illo, donans vobis omnia delicta, delens, quod aduersus nos erat, chirographum decreti, quod erat contrarium nobis, & ipsum tulit de medio, affigens illud cruci. Volo præsentem scripturam interpretari, ut clarius quod dicturi sumus, percipias. Chirographum vol. *Chirographatur manualis scripture, ad alicuius rei memoriam com-* plū quid. mendandam facta. Quod chirographum diuidunt homines, inter quos res, vnde fit chirographum, constituitur: & inde partem suam unusquisque reseruat. Erat ergo chirographum decreti, perpetratio prævaricationis *Adx.* Quod erat aduersus nos, id est, aduersabatur saluti nostræ, & intercludebat nobis ingressum cœlestis patriæ. Decretum vero quod erat contrarium nobis, ipsa fuit sententia damnationis nostræ, quæ erat cunctis hominibus aduersa. Sed delevit Deus hoc chirographum, quando peccatum primi parentis persanguinem Christi detersit, & quasi obli-

Si obliuioni tradidit, affigens illud cruci, ut sicut a ligno cæperat, ita & in ligno finiretur. Crucifixo enim inndente Christo, interemptum est peccatum Adæ. Vides ergo quid delere peccatum significet? Nec vestigium eius manet, nec memoria! Iam ergo sensum profundum huius orationis perpende, magnum est profecto, quod irogat. *Lamnæ seach psalmus. David.* Effundenti sanguinem, dantique æternitatem, consecratio rationem, & psalmum, & sanguinolento, qui percussus lancea post mortem, effudit sanguinem, & aquam, quo delentur mundi crimina,

Ioan. 19. ipsum quoque Adæ chirographum. Ad latus ergo Christi dormientis in Cruci componit proprium chirographum, in quo scriptum erat homicidium, & adulterium, ut cum primo sanguis exierit, deleat scripturam, & obligationem tanti criminis, tantæque culpæ. Rogat ergo, dele iniquitatem meam, idest, sicut immensis aquis diluuij delesti omnem barneam ab homine usque ad pecus, & omnia reptilia terræ, sic descendant aquæ superabundantis D

Gen. 6. gratias tuas in cor meum, ut deleant malitiam iniquitatum meorum multarum. Dele chirographum decreti, quod mihi est valde contrarium, & contra me clamat semper, de le curore sanguinis tui preciosissimi, sicut delesti, idest, delere statuisti Adæ chirographum, affigens illud Cruci. His eisdem aquis, quæ intrauerunt usque ad animam tuam, dele, o Domine Iesu, iniquitatem meam. Ex istis patet quod misericordiam magnam vocat Christi passionem, sanguine enim crucis eius deletum est chirographum Adæ, quod erat valde contrarium nobis, sicut testatur sacratissimus Paulus: Omnes peccaverunt, & ego gloria Dei, iustificati gratis per gratiam ipsius, per redemptionem, quæ est in Christo Iesu, quem pater posuit propriatorum, perfidem, in sanguine ipsius.

Rom. 4. Videte primo omnium (de rebus enim magnis loquuntur tæ potentiæ, tæ sumus) quantæ potentiaz, & virtutis sit fides nostra facra-

Fides quæ- *Videte primo omnium (de rebus enim magnis loquuntur tæ potentiæ, tæ sumus) quantæ potentiaz, & virtutis sit fides nostra facra-*

Asacratisima, quæ ante tot annorum curricula, utrunque manum extendit ad crucifixum Iesum sanguinem fundentem, ut sanguine suo deleat iniquitates antiquorum peccatorum, quod & fecit, & perfecit profecto. Sic & Abraham pater fidei nostræ videt diem Christi in Isaac, & ariete, videtur, & valde gauisus est. *Ioan. c. 8.*

Attende & considera fidei nostræ oculos, quales sint: à longè quidem vident, nec annorum millia, aut montium cacumina horum oculorum aciem, & virtutem impediunt, quin directissimo iactu in Dominum, & Christum Iesum, intueantur. Esto & tu, o homo hæres fidei & deuotionis patriarcharum & prophetarum, illis enim & nobis quod scriptum est conuenit: Beati qui non viderunt, & crediderunt. Non viderunt carnalibus oculis, sed fide, & plenissima mente, adeò quod de illis dictum est: viderunt, & gauii sunt. Estote fortes in fide, dicebat Dominus discipulis suis, ipsique ad magistrum: Domine adauge nobis fidem.

Optima plenaque salutis huiusmodi oratio est. Orate & *Luc. 17.*

vos Dominum nostrum Iesum Christum, ut adaugeat vobis fidem, quæ per dilectionem operatur, ut plena deuotio

Bne effudentem sanguinem apprehendatis, sicut, & antiqui patres, inter quos Dauid primatum tenuisse videtur. Hinc orationis feroe & affectus, hinc celstudo spei, hinc charitatis ardor, & odium ac detestatio peccati. Maximè credo, & iudico spectare hanc fidem ad nostram pœnitentiam, & quia in multis est infirma, languetq; in multis, nebulæ peccatorum super infusa obtenebratur, propter hoc omnia eorum opera, & maximè pœnitentia, adeò infirma, ac debilis est, ut vix ad limen venire, & remissionis ingrediantur. Quid dicebat sanctus Ezechiel de viro pœnitentiam veram agente? Considerans, & auertens se ab omnibus iniquitatibus suis, quas operatus est, vita viuet, & tunc necessaria non morietur. Considerans, & auertens se, inquit, Consideria ad pœderatione opus est ad auersionem ab iniquitatibus, & con-

versio-

Super Psalm. 50. Homilia tertia.

uerionem ad legē, & mandata. Consideratio aut ē fidei opus est profecto. Quid enim docet redēptorē esse Iesum sanguinolentum, & peccatum esse ianuam ad mortem & dolores pœnitentiamq; ingressum ad vitā & regnum, nisi

Anni ab Abraham usque ad Christū secundum Euseb. Cæsa. Chronico. fides nostra sacratissima? Ab Abraham vsq; ad Christum ducem, mille octingenti quinquaginta & tres anni inter fuerunt, qui habuit fidei oculos ad vidēdum diem Christi. A Davide vsque ad Christum octingēti nonaginta & duo anni deuoluti sunt. Et tamen vidiit diem Christi, vidiit sanguinolentum summum sacerdotem Iesum Dei filium, apprehenditq;; nec dimisit, donec remissionem & veniā ad inuenit. Ecce magistri tui, patres ac duces nostræ spirituālis militiæ, sequere eos, vestigiaq; sancta, adducēt quidem te vsque ad fontem veniæ & remissionis, vsque ad veram pœnitentiam. Iam super hoc fidei nostræ firmum fundementum ædificemus, quæ ad nostram doctrinam, & correctionem scripta sunt.

Job. c. 15. Attende in primis ò homo, qui bibis sicut aquam peccatum, nec curas quid feceris, postquam adulterium commisisti, postquam venerandū Dei nomen in vanum ore tuo

Genes. 29. immundo assumpsisti. Abis quidem, sicut Esau, parui pendens, nec recogitas si scriptum sit & annotatū scelus tuum atque peccatum. Intra intra latitudinem cordis tui & inuenies scriptum in vngue adamantino delictum, quod impudenter cōmisisti. Peccatum Iuda scriptū est stylo ferreo in vngue adamantino, exaratum est super latitudinem cordis eorum. Hoc quidem sacer Hieremias. Quid verò euāgelicus ille propheta Esaias? Scelera nostra nobiscum. Nō transierunt ò homo, sicut tu ignoranter excogitas, peccata

Cap. 17. Peccata tua, trāsierunt quasi velocissimo aquilæ volatu delestatio nostra scri nestuæ, & scripta sunt in vngue adamantino stylo ferreo, pta in cor- & exarata sunt super latitudinem cordis tui. Intra intrate-*Cap. 59.* dibus no- metipsum, & lege scripturam hanc, lege omnia scelera stris. tua, si forte contremiscant viscera tua, dissoluanturq; com pages

A pages corporis tui, sicut Bathasar contigit cū manū intue- *Dan. 5.*
 retrur scribentem in pariete, de quo ait scriptura. Bibeant
 vinū rex, scilicet Balthasar & optimates eius, & vxores, eo
 rū & concubinæ. Tunc allata sunt vasa aurea, quæ asporta
 uerat de templo, quod fuerat in Hierusalem, & biberūt in
 eis rex & optimates eius, vxores, & cōcubinæ illius. Bibe-
 bant vinum, & laudabant Deos suos aureos & argenteos,
 æreos, ferreos, ligneosq; & lapideos. In eadem hora appa-
 ruerunt digiti, quasi manus hominis, scribentis contra can-
 delabrum in superficie parietis aulæ regiæ, & rex aspicie-
 bat articulos manus scribentis. Tunc facies regis commuta-
 ta est, & cogitationes eius cōturbabant eum, & compages
 renū eius soluebantur, & genua eius ad se inuicem colli-
 debantur. Nota quo tempore scribebat manus, eo, scilicet,
 quo bibebat vinum in vasis templi, quod fuerat in Hierusa-
 lem, cum vxoribus & concubinis. Vide iam quantus fuerit
 horror, & timor, quo percussus fuit rex. Tunc facies regis

B immutata est, & cogitationes eius conturbabant eum, &
C compages renū eius soluebantur. &c. O vtinam tantum
 bonum contingere nobis peccantibus contra Dominum,
 & legem eius. Statim o peccator cum committis crimen
 aliquod aut peccatum, ecce manus Domini scribens in du-
 rissimo corde tuo, & adamantino, & exarat stylo ferreo, &
 scribit chirographum, quod aduersus te erit, cum interim
 rideas, abeasq; paruipendens. Vide, vide manum Domini
 scribentem, & collidantur ad se genua tua, dissoluāturq;
 compages renū tuorū, ne sit fortis contra Dñm. Hanc scri-
 turam legebat beatus David, qua scriptum erat adulteriū
 eius, & homicidium, vnde facies eius immutabatur, tremē-
 tiaq; mēbra, & ossa collidebātur ad se inuicem. Non est sa-
 nitas in carne mea, à facie iræ tuæ, & non est pax ossibus *Psal. 37.*
 meis à facie peccatorū meorum. Pro deletione huius scri-
 pturæ orat: & secundum multitudinem miserationum tua-
 rum dele iniquitatem meam.

Videamus

Super Psalm. 50. Homilia tertia.

Sic Tobias Videamus apertius, quæ est scriptura, de qua sancti Hie C
ca. 5. chiro remias, & Esaias & beatissimus Paulus tanta commemo-
graphum rant, quam deleri desiderat noster David. Cum chirogra-
eius apud phum decreti, quædam sit obligatio ad debiti solutionem,
me habeo. non impropriè dicemus, scripturam hanc esse reatum, &
Macula maculam, quæ manet in anima, post actum peccati. Vnde
creat. sciendum, quod verè in scriptura effectus peccati, qui re-
Cap. 47. linquitur post ipsum actum peccaminosum, macula dici-
Cap. 5. tur. Sic legimus de Salomone in Ecclesiastico: Deditima
culam in gloria tua. Et ad Ephesios scribit beatissimus Pau-
lus. Christus dilexit ecclesiam, & se ipsum tradidit pro ea,
vt eam sanctificaret, mundans eam lauacro aquæ in verbo
vitæ, vt exhiberet ipse sibi gloriosam ecclesiam, non ha-
bentem maculam, aut rugam, &c. Vt trobiq; loquitur de ma-
Macula cula peccati. Ad quod sciendum, quod macula propriè di-
corporalis. citur incorporalibus, quando aliquod corpus nitidum per-
dit suum nitorem, ex contactu alterius corporis, sicut ve-
stis atramento, aut oleo super infuso. In rebus autem spiri-
tualibus, ad similitudinem horum oportet maculam dici. D
Nitor ani- Habet autem anima duplicem nitorem, vnum quidem ex
mæ du- refulgentia luminis naturalis, per quam dirigitur in suis
plex. actibus, alium vero ex refulgentia diuini luminis, scilicet
sapientiæ, & gratiæ, per quam homo dirigitur ad bene, &
decenter agendum. Est autem quasi quidam animi actus,
quando inhæret rebus per amorem contra lumen ratio-
nis, & diuinæ legis, vnde ipsum detrimentum nitoris ani-
mæ macula vocatur. Quia amor conglutinat rei amatæ, &
ex hoc anima maculatur, quando inordinate adhæret. Si-
c ut Oseas propheta inquit: Facti sunt abominabiles, sicut
ea, quæ dixerunt. Nec hæc macula est aliquid posituum,
in anima derelictum, sed aliquid priuatuum, quia priu-
atur peccator lumine rationis, & diuinæ gratiæ. Iā sequitur
reatus ad pœnam, & obligatio ad dolorem æternum, si pe-
ccatum est mortale. Hoc est chirographum aduersus pecca-
torem

A torem scriptum super latitudinem cordis sui, stylo ferreo
in vngue adamantino. Quod autem hic reatus & scripturam
inducant obligationem æternarum pœnarum manifes-
tum est in scripturis, rationibusq; demonstrabimus. In-
quit dominus Iesus apud Mathæū: Ibunt tamen in suppli-
cium æternum. Et Marcus Evangelista scribit. Qui autem
blasphemauerit in spiritum sanctum, nō habebit remissio-
nem in æternum, sed erit reus æterni delicti. Quādū autē
perseuerat obliquitas voluntatis, deordinatioq; eius, qua
conuersa est ad bonū cōmutabile, relinquentia & di-
uinū, tādiu hic reatus ad pœnam manet in peccatore. Quā
cū possit reparari per pœnitentiā, & gratiam, deleri potest
etiam hæc scriptura, quod roget David: Et secūdum mul-
titudinem miserationum tuarum dele iniquitatem meā.
Irreparabilis vero fit, cum primo discedit anima à corpo-
re, extra quod nulla est salutaris pœnitentia, sicut & nullū
nouum peccatum. Iam qui reus erat æternarum pœnarum
sustinet inuitus ignem, & gemitus, qui voluntarie legem
domini irangressus est. Vetus & antiqua querela fuit (& Pœna æter-
forsan usque in præsentem diem non cessat clamor eius) na.

B cur propterea, quæ breuissimo tempore commisimus,
æternis pœnis in inferno punimur? Huius questioni respo-
dit beatissimus pater Augustinus. Questio erat: An hoc rā De cīuit.
tio iustitiae habeat, ut nō sint extensiora pœnarum tempora Dei. c. 11.
ra, quam fuerūt peccatorum? Ad quam claris & magnis ra- lib. 21.
tionibus respondit beatissimus pater: Sic quidam eorū, cō-
tra quos defendimus ciuitatem Dei, iniustū putant, ut pro
peccatis quanlibet magnis, parvo, scilicet, tempore perpe-
tratis, pœna quisq; dāetur æterna, quasi v̄llusq; vñqua iu-
stitia legis attendat, ut tanta mora temporis quisque penia-
tur, quanta mora temporis, vnde puniretur admisit. Octo
genera pœnarum in legibus esse scribit Tullius, damnata, Tullius.
vincula, verbera, talione, ignominiam, exilium, morte &
seruitutem. Quid horum est quod in breue tēpus, cuiusq;
bona D pro

Cap. 25.

Cap. 3.

Super Psalm. 50. Homilia tertia.

pro peccati celeritate coarctetur, ut tanta vindicetur morula, quanta deprehēditur perpetratum, nisi forte talio? Id enim agit ut hoc patiatur quisq; quod fecit, illud est legis. Oculum pro oculo, & dentē pro dente. Fieri enim potest, ut tam breui tempore quisque amittat oculum seueritate vindictæ, quā tulit ipse alteri improbitate peccati? Quid in vinculis? Nunquid ibi tandem quisq; iudicandus est, esse se debere, quandiu fecit, vnde meruit alligari, cum instissime annosas pœnas seruus in compedibus pédat qui verbo, aut istu celerrimè transeunte, vel lacesciuit dominum vel plagauit? Iam verò damnum, ignominia exilium, servitus, cum plerunque sic infliguntur, ut nulla venia relaxetur, nonne pro huius vitæ modo similia videntur pœnis æternis? Ideo quippe æterna esse nō possunt, quia nec ipsa vita, quæ his plectitur, porrigitur in æternum, & tamen peccata, quæ vindicantur longissimi temporis pœnis breuissimo tempore perpetrantur, nec quisquam exitit, qui censuerit tam cito nocentium finienda esse tormenta, quam cito factum est & homicidium, vel adulterium, vel sacrilegium, vel quodlibet aliud scelus, non temporis longitudo, sed iniquitatis, & impietatis magnitudine metendum. Qui verò pro aliquo grandi crimen morte multatur, nunquid mora, qua occiditur, quæ breuis est, eius supplicium leges æstimant, & non quodeum in sempiternum auferunt de societate viventium? Quod est autem de ista ciuitate mortali homines suppicio primæ mortis, hoc est de ciuitate illa immortali homines suppicio secundæ mortis auferre. Sicut enim non efficiunt leges huius ciuitatis, ut in eam quisque reuocetur occisus, sic nec in illius, ut in vitam reuocetur æternam, secunda morte damnatus. Manifestum profecto relinquitor his rationibus æquum esse ac secundum iustitiam, legem ageare cum reo, quem diuturniori pœna castigat, quam fuit suæ delectationis, aut criminis morula. Quod enim alioquin quod

A quod delictum reatum inducat pœna æternæ, & quod sit æquum & iustum, sic amplius demonstrabimus. Quan-
titati culpæ respondet quantitas pœna secundum illud: Reatus pœ
nae æternæ
Pro mensura peccati, erit & plagarum modus, ipsumque lumen naturale docet. Peccatum vero quod cōtra Deum Deut. 25.
committiatur est infinitum, tanto enim grauius est pecca-
tum, quanto excellentior, ac sublimior est persona con-
tra quam peccamus, sicut grauius crimen est principis
læsio: quam hominis priuati percussio, Dei autem ma-
gnitudo maiestas, & bonitas, est infinita, ergo pœna in-
finita debetur peccato, quod contra Deum committi-
tur. Hæc autem pœna non est infinita quantitate, sed du-
ratione. Quia cum in peccato sint duo, alterum auersio In peccato
ab incommutabili bono: quod est infinitum, vnde ex auersio ex
hac parte peccatum est infinitum, aliud verò quod est in conuersio.
peccato, est conuersio ad commutabile bonum, & ex
hac parte peccatum est finitum, ideo ex parte auersionis
responder peccato, pœna damni, quæ est carentia visionis

D Dei, quæ est infinita, est enim amissio infiniti boni, sci-
licet Dei, ex parte autem inordinatæ conuersionis, re-

B spondet ei pœna sensus, quæ est finita. Vnde notate, quan Peccatum
tum malum sit peccatum mortale, quod quidem, quātum mortale
est de se, auferat à Deo suam diuinitatem cuidebetur, quod quantū ma-
sit finis vltimus omnium rerum, peccator verò constituit lum.
creataram, finem suum vltimum. Nunquid non maius ma-
lum hoc est, quā pœna, & flagellū. percutiēs ipsum peccato
rem? Multa de his inferius, cū de gavitate criminū nostro-
rū egerimus. Hæc in præsentiarum sufficiat. Illud solū non
rædebo, peccatum mortale quantum de se est inducere rea-
rum annihilationis, quia reus constituit homo læsa ma-
iestatis diuinæ. Neq; enim minus meretur, quis beneficio Peccator
essendi à Deo priuari, quā ab homine, sed constat ab homi annihila-
tione iustæ priuari aliquæ ipsoesse, & quantū ab homine fieri tiōis reus.
potest, annihilari, dum occiditur, incineratur, dispergitur
in illis.

cinis, &c. Per accidens namque est ad iustitiam humanam, quod remaneat materia, & anima separata, ergo multo iustius potest priuari peccator ipso esse totaliter, quod a Deo suscepit. Stat autem peccator sub statuto ordine à diuinaiustitia, quæ perpetuam statuit pœnam, & sic non incurrat reatum annihilationis, quia pœna annihilationis repugnat pœnæ perpetuæ. Hoc est chirographum decreti contrarium nobis, quod in vngue adamantino, stylo ferreo super latitudinem cordis nostri scribitur eo tempore, quo bibimus vinum humanæ delectationis, contra Dei legem, & decretum suæ iustissimæ voluntatis. Hæc est illa scriptura, quam cum legebat beatus Dauid, non erat sanitas carni eius, sed collidebantur ad se iniicem sicut de Balthasar legimus. Pro deletione huius scripturæ orat. Et secundum multitudinem miserationum tuarum dele iniquitatem meam, dele maculam, reatum, & chirographū quod est mihi valde contrarium.

Periculum magnipec catorum. Ecce magnum periculum vestrum, fratres charissimi, quod peccata quidem vestra sunt scripta super latitudi-

nem cordis vestri, sicut dicit Hieremias propheta, & Esaias, aperienturq; in die mortis vestræ, & magni iudicij Dei. Propter quod, dies illa, dista est manifestationis, &

Rom. 2. ca. revelationis dies, in qua absconditatem ebrarum, & consilia cordium manifestabuntur in omnium conspectu. Pro-

Hiere. 2. pter hanc scripturam dictum est: Arguet te malitia tua, & increpabit te auersio tua. Propter hanc scripturam, & chirographum scriptum est: statuam contra faciem tuam, &

Psal. 49. arguam te. Propter hoc chirographum decreti scriptum est: Aspiciebam donec throni positi sunt, & antiquos die-

Daniel. 7. rum sedit, vestimentum eius candidum, quasi nix, & capilli capitis eius, quasi lana munda, thronus eius flaminæ ignis, rotæ eius ignis accensus. Fluuius igneus rapidusque egrediebatur à facie eius, millia millium ministrabat ei, &

decies millies centena millia assistebant ei, iudicium sedit,

A & libri aperti sunt. Vides vulnus tuū magnū, & periculosis
simū ò peccator? Vides qualiter putruerūt, & corruptr̄e fa-
ctæ sunt cicatrices tuæ? Recipe & audi medicū cœlestē hea-
tissimum Petrum, qui curaturus corda eorum, qui crucifi-
xerunt dominum nostrū Iesum Christum, hanc super po-
suit medicinam. Pœnitēmī & conuertimī, vt deleātur
peccata vestra: vt cum venerint tempora refrigerij à con-
spectu dñi & miserit eū, qui prædicatus est vobis, dñm Ie-
sum Christū, quēm op̄ortet quidem cœlū recipere vsq; in
tempora restitutionis omniū, quæ loquutus est Deus per os
sanctorum suorū à seculo prophetarum. Ecce medicinā
ad omnem infirmitatē pœnitentiā & conuersionem ad
dñm. Quale obsecro poterit esse crimen, dum in hac mor-
tali vita viuimus, quod pœnitentia deleri non possit, si qui
dem magnum illud piaculum, quod in Christi morte com-
missum est, expiari potuit per pœnitentiam, sicut testatur Remissio
princeps apostolorū beatissimus Petrus? Magna voce cla- omnium
mabat ille angelicus prædictor Esaias ad impios & scelle- peccatorū
B stissimos homines, quibus per pœnitētiā 'veniā, 'promit per pœnitētiā.
C tebat: Lavamini, mudi estote, auferte malū cogitationū ve Cap. 1.
straçum ab oculis meis, quiescite agere peruersę discite be-
nefacere, querite iudiciū, subuenite oppresso, iudicate pu-
pillo, defendite vidqam & venite, arguite me dicit dñs. Si
fuerint (eia attende) peccata vestra vt coccinum, quasi nix
dealbabūtur, & si fuerint rubra, quasi vermiculus, velut la-
na alba erunt. Audite eundē Esaiam lucidissimē hanc veri-
tatem docentem, nullum, scilicet, esse peccatum, quod per
pœnitentiā nō dimittatur. Dixit Sion, dereliquit me dñs Cap. 49.
& dominus oblitus est mei. Esaias verò respōdet in nomi-
ne domini. Nunquid obliuisci potest mulier infantem
suum, vt non misereatur filio vteri sui? Et si illa obli-
ta fuere, ego tamen non obliuiscarui. Ecce in manib⁹ meis
descripta. Exeat nunc in mediū hæreticus & præfigat cer-
tum limitēm misericordiæ diuinæ. Certe in Sion, ecclæ-
-123 012

Actoru. 3.

Super Psalm. 50. Homilia tertia.

Hier. c. 3. si intelligitur, sicut in fine huius operis demonstrabimus, & quæ ad Sion dicuntur, ad quanvis fidelem animam refert doctores. Hieremias verò quid inquit de remissione peccatorū per pœnitentiā? vulgo dicitur si dimiserit vir uxorem suam, & recedens ab eo duxerit virum alterū, nunquid reuertetur ad eam ultra? Nunquid non polluta est & contaminata mulier illa? Tu autem fornicata es cum auctoribus multis, tamē reuertere ad me, dicit dominus, & statim. Cōuertimini filij reuertentes & sanabo auersiones vestras. Et pulcherrimè hanc tantam Dei patientiam & benignitatem commēdat beatissimus Gregorius in hæc verba.

Greg. homil. 33. in Euang.

Ecce paradigma turpis mulieris dedit. Ostēdit quod post turpitudinem recipi nō possit. Sed hoc ipsum paradigma quod protulit, per misericordiam vincit, cum dicit. Fornicantem mulierem recipi nequaquam posse, & tamen ipse fornicantem animam, ut recipiat, expectat. Pensate fratres pondus tantæ pietatis. Dicit quod fieri non potest, & tamē demonstrat, quia hoc ipse facere, etiam contra morem potest. Alias etiam per eundem prophetā clare testatur, nunquam se tam iratum fore, aduersus aliquam gentem, quin placari ei possit, & reconciliari per pœnitentiam. Repete loquar aduersus gentem & aduersus regnum, ut eradicem & destruam, & disperdam illud. Si pœnitentiam egerit gens illa à malo suo, quod loquutus sum aduersus illum,

Ambr. 2. cap. 6. agam & ipse pœnitentiam à malo, quod cogitavi, utfa-de pœnitentia cerem ei. Iure quidem beatus Ambrosius, interalia pœnitentia elogia & præconia, hoc quoque dixit: Tanta est firmiter, pœnitentia medicina, ut mutare videatur Deus suam sendesum, tri tentiam. Hoc etiam antiquitus ab Ecclesia diffinitum est. nit. & fide Petrus vertex & caput Apostolorum clarissimè hanc tracatho. didit veritatem. Non tardat (ait) dominus promissionem 2. Epi. c. 3. suam, sicut quidam existimant, sed patienter agit, non Concilium lens aliquos perire, sed omnes ad pœnitentiam reuerti: Lateranē. omnes inquit. In Concilio Lateranensi sub Innocen-

Actio tertio ita legimus: Et si post susceptionem baptismi, quisquam prolapsus fuerit in peccatum, per veram potest semper poenitentiam reparari. Vides quomodo ianua vniæ aperitur semper & omni peccatori per poenitentiam? In concilio etiam Florentino sub Eugenio quarto in bulla vnionis Græcorum & Latinorum, quæ incipit, Lætentur cœli & exultet terra, diffinitum est, eos qui post baptismum peccauerunt, posse omnes peccatorum maculas per poenitentiam, & dignos poenitentiæ fructus usque adeò diluere, ut mox, ut hinc decesserint, ipsum Deum trinum & unum, sicuti est, clare intueantur. Et nouissime, Concilium Tridentinum hanc rem diffiniuit. Qui vero ab accepta iustificationis gratia, per peccatum exciderunt, rursus iustificari poterunt, cum excitante Deo, per poenitentiæ sacramentum merito Christi amissam gratiam recuperare procurauerint. Quod statim patrum auctoritate & sacrarū literarum testimonij comprobatur.

Blicet ergo alicuius peccatum tanquam indeleibile in vngue adamantino, & non tatum in plumbi lamina, aut in silice, sit scriptum, piissimo Christi sanguine per poenitentiam deleri potest. Cum nec tempus nec locus congruus videatur ad loquendum de peccato in Spiritum sanctum ab omni eius consideratione supersedimus. Nullū ergo est peccatum q[uod] per poenitentiā remitti non possit: quia certenō omnibus sua impoenitentia esset vitio dāda, quod manifeste aduersatur sententiæ beatissimi Pauli apostoli, qui ad cū ētos impoenitentes peccatores sic loquitur: Secundū autem duritiam tuā, & impoenitens cor, thesaurizasti ibi iżā in die iræ, & revelationis iusti iudicij Dei. Quod & aliter manifestatur evidenti argumēto. Ante constitutionem sacramentorum in lege naturæ & Moysi nullus erat peccator, qui sanari non poterat per poenitentiam, cū scriptum sit. Sanabiles fecit Deus nationes orbis terrarum. Igitur & nunc cū instituta sunt ampliora ac diutoria remedia sacramenta, sci-

Conci. Flo.

Cōci. Trid.
de lapsis et
corum re-
paratione.

Cap. 14.

Rom. 2. c.

Sap. 11. cap.

licet nouæ legis, quæ continent & conferunt gratiam. Sed C de hoc satis ne forsitan usq; ad satietatem dixisse videamur.

Nota Val. Cum ergo aperta scriptura probauerimus scriptū esse delictum & peccatum nostrū superlatitudinem cordis nostri, apertaque scriptura demonstrauerimus omnia posse deleri per pœnitentiam. Pœnitemini (inquit beatissimus Petrus) & conuertimini, ut deleantur peccata vestra, vnu quod superest anno tādum in hac sententia nō rasebo. De

Christi satisfactionis factio letionem nostrorum peccatorum non solum sanguini & satisfactioni Christi ascribere scripturā, verum & nostrā

& nostra pœnitentia, quæ conuersio ad Deum dicitur. Propitiatio- pœnitentia rem posuit Deus pater filium suū dominū nostrum Iesum

Rom. c. 3. Christum, per fidem in sanguine ipsius, qui multo excellē

Heb. c. 9. tius sublimiusq; mundavit conscientiam ab operibus mor

tis ad seruendum Deo viuenti, quam sanguis hircorū, aut

taurorum, sicut olim in lege, sed cum sanguine hoc, qui per

spiritum sanctum effusus est, id est, cum plenitudine spiri-

tus sancti in illis, qui sive potestatis facti sunt, & prolapsi in

erimē in mortale, necessaria est propria pœnitentia adve-

D niam. Tulit dominus Iesus chirographū de medio, quod erat contrarium nobis, illudq; affixit cruci, deletumq; est

sanguine suo, sicut testatur Paulus. Petrus vero, pœnitenti,

ni, ut deleantur peccata vestra, inquit. Vides ergo quomo-

d sanguis quidem Christi, & pœnitentia nostra sunt ad sa-

lute mē necessaria? Hęc est fides catholica, quam ab Aposto-

lis domini accepimus. Hanc sequatur, hęc amplectamur:

firmamentum firmum hoc stat, aliud demonstrari non po-

2 Timo. c. 2. test, secundū nostrā sacratissimā fidei regulas. Fundamen-

tum firmum hoc stat, nouit dominus qui sunt eius, & discē-

dat ab iniuitate omnis qui intuocat nomen dñi. Discedat

ab iniuitate, conuertens se ad dominum Deum per pœni-

tentiam, sicut docet beatissimus Petrus. Pœnitenti & co-

ueritimi, ut deleantur peccata vestra. De qua quidē pœ-

nitentia multa in sequentib; diceimus.

Actoriū.

Sup. 3.

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

1001

SUPERPSALMVM QVINI

quagesimum. Homilia quarta.

Amplius laua me ab iniuitate mea, & à
peccato meo munda me.

ARGUMENTVM.

A **H**VMILITAS David, & perscrutatio magnitudinis sui sceleris, quam ardentem in confessione & oratione fecerint illum, qualiter ergo paruipendant nostri temporis peccatores, etiam grauia peccata sua demonstratur. Quibus exempla patrum ad eorum correctionem proponuntur, unde & scelera sua deprehendant, & affectus in orationibus cum David multiplicent, cognoscentes ac contemplantes faciem peccati. Iam deinde optimum remedium pro tentationis tempore, ad eam superandam proponitur. In interpretāda autem oratione David, cum beato Ambrosio de misericordia ac eleemosyna agitur ad animi munditiae valde conducentibus & cordis nostri lotionem opus esse Spitus sancti: & nostrum cū scripturis declaratur, quātaq; iram thesaurizent, qui oblatam a domino aquam salutis, contemnunt. Ultimo tandem loco de virtute sacratissimi nominis Iesu, deq; invocatione eius ad nostram munditiam disputat autor, cum exhortatione ad operandum in stanter nostram salutem.

Amplius laua me ab iniuitate mea, & à peccato
meo munda me.

VRget quidem calamum meum prophetæ profundisti Humilitas
ma humilitas, ignitumq; redditur eloquium meū ardo magna Da
re confessionis suæ, adeo quod sine hac consideratione in
utilles ad cætera videamus transire. O quibus vocibus, qua
libusq; appellacionibus & nominibus cōfiteretur, à se cōmis
sum flagitium. Iniuitatem, peccatum, & quod amplius in
mobasiz

Super Psalm. 50. Homilia quarta.

imm̄sum iudico, malum absolutē dicit fuisse delictū suū, nō inueniebat verbum quod sufficienter magnitudinem sceleris explicaret, & sic dicebat post confessionem iniqitatum & peccatorum. Et malum corā te feci. Hoc modo loquendi post v̄sus est Amos propheta, pōderans quod omne ciuitatis flagellum de manu domini veniebat, dicēs. Si est malum in ciuitate quod non fecerit dominus? Quasi aperte diceret. Omne malum doloris & vindictæ & castigationis de manu domini, deque eius prouidentia descendit. Sic hoc loco sanctus confessor, post vocem iniqitatis & peccati tādem malum se fecisse proclamat, omne, & maximum flagitium. Multa erant, quæ tristis nimis sacer David in mediæ noctis silētio pectore reuelabat, ad indagādam criminum suorum malitiam. Audite obsecro. Regulā optimam proponimus vobis hodie, secundum quam metiri debetis vel trā pœnitētiæ actus. Alienū torum violavit David contrectauitque vxorem Vriæ, ipsumq; occidit. D

Qualiter verò scrutatur magnitudinem scelerum, & callifcat à se commissum facinus? Hoc feci ego propheta, de gregibus ouium sublatuſ, de post fœtantes ad regni gubernacula assumptuſ, corporis fortitudine prædituſ, spirituallis gratiæ donis illuminatus. Qui tanto grauius cecidi, quanto celsius & regni gloria & excellentia virtutum cæteris præminebam. Gloriæ nanque præcedentis præconiuſ, sequentis culpæ adiūxit reatus, inquit beatissimus Gregorius. Quasi summam & recapitulationem omnium donorum cœlestium & divinarum misericordiarum quas liberali, & opulenta manu ei dominus concesserat, faciens statera fideli pondus immensum suæ malitiæ, cognoscet. Beatissimus Ambrosius inquit. Pleriq; in suis lapſibus gloriantur, & putat ea laudi esse, quæ criminis sunt. Alienū coinquinare torum, & pudicæ foeminae expugnare assētum, viduæ propositum fraude mutare, necēm hominis, latrocinijs insidias, & rapto viuere, de his putant esse gloriantum

Cap. 3.

4. Regula
optima ad
exercitan
dam pœni-
tiam.

Gregorius
super hunc
locum.

Apologia
David. I.
cap. 9.

A riandum. Heu quam in immensum eorum protenditur *Gloriatio in peccatis* iniquitas, se in suis flagitiis iactant, & putat insigne esse vir *in peccatis* tutis, vbi lapsus est criminis. Quibus dicitur a domino: *Fi-*
li peccasti? non adiicias iterum, sed & de pristinis depre-
care, vt tibi dimittantur. Ecce qualis David in confessio-
ne, & consideratione multæ iniquitatis suæ, quales etiam
multi sunt, qui gloriantur in rebus pessimis. Sed aliud est
etiam hominum genus, non quidem sic inuercundi, &
effrænes, vt glorientur in rebus pessimis, sed qui excu-
fare curant pectoris, & operis sui malitiam. Quos con-
siderans sanctus Hieremias propheta lamentabatur, Nec *Excusatio*
lacrymæ eius adhuc de maxillis eius deficiunt, auditur *in peccatis*
que vox gemitus eius. Attendi, & auscultavi, nemo *cap. 8.*

B recogitet magnitudinem scelerum suorum, & iniquita-
 tum, sed quasi nihilo reputantes, quod Dominum offend-
 erint, & iram eius concitauerint, dicunt: *Quid feci-*
mus? Contempsistis sanctum Israel, blasphemastis Do-
minum viuentem. Quid fecimus? (inquiunt) *Quid fe-*
cimus tota die ocium sequentes? Quid multum feci-
mus aduersus proximum murmurantes? non ieunantes
non sabbathizantes, aut in vanum nomen Dei assumen-
tes? Quod horum magnum, aut non obseruatissimum
apud omnes est? Quid fecimus domum mulieris circum-
cursantes, infigentesque millies fenestræ habitationis
eius oculos? Heu quam patua in conspectu vestro sunt
hæc, cum clamor eorum, ante tribunal, tremendū iudicis
terribilis audiatur, ascēdatq; ! Nunquid parvū vobis videtur
ianuam aperire diabolo immundisq; eius cogitationibus,
inquietare cor virginis, aures eius & mentem solicitare,
vñq; dum in vestram consentiat libidinem, & tota domus
eius & ciuitas scādado seminetur, cui' fœtor immanis alios
corruipat, trahatq; in præcipitum, & laqueum diaboli?

Quid

Quid excusationem in tanto malo queretis dicitis? Quid C
Ieiunium fecimus? Quid fecimus non ieiunantes? Multa mala pro-
 violare, factò animaduersioneque dignissima. Sacram Ecclesię
 quātū ma legem ac mandatum irreuerenter inhonorasti, in die,
 lum. qua ad fletum & cilicium, & planctum vocabat vos Do-
 minus, ad domandam superbiam multam carnis vestræ,
 & ecce gaudium & lætitiam, occidere vitulos, & bibere

Magnates vinum. Nunquid hoc parum vobis videtur? Et heu hoc
& princi- maxime: pud magnates, & duces populi Domini inueni-
 pes. tor, qui legem eius multa obseruantia dignissimam, debe-
 rent honorare, quia & Dominus illos superexaltavit capi-
 taq; populi sui fecit. Quid fecimus (iniquiunt) ocis sectato-
 res? Scrutamini scripturas, & coosulite antiquam vitam

Eccle. 33. vestrā, & oculis deprehendetis, quantum malum doceat
 ociositas. Seruo maleuolo tortura, & compedes: mitte il-
 lum in operationem, ne vacet, multam enim malitiam do-
 cet ociositas, in opera constitue eum, sic enim condeceret
 illum. Usquequo, si nostis, malum ociositatis ascendit?

Ociū quan Quantum malum, si nostis, docuit ocium? Taceam ego,
 tum malū & loquatur Dominus, & propheta eius Ezechiel. Ecce D
 docuit. hæc fuit iniquitas Sodomæ sororis tuæ. Superbia, saturitas

Cap. 16. panis, & abundantia, & ocium ipsius, & filiarum eius, &
 manum egendō & pauperi non porrigeant. Ecce, Sodo-
 mæ peccatum docet ocium. Et quos præcipue? Super-
 bos abundantesque diuitijs, & delicijs cibi, & potus. Quæ
 apud magnates & principes reperiuntur. Eia, dicetis ne
 amplius quid fecimus? Dicite & milles verbum hoc su-
 per peccata vestra. Quid feci? Scrutantes, & attentissi-
 mis oculis aspicientes, quam malum, & amarum fuit
 quam durum recessisse à Domino & timorem eius non
 esse apud vos, sicut docet nos sancti Davidis exemplum
 qui in multa amaritudine anima sua, quātum fuerit malū
 suorum peccatorū perscrutabatur. Cuius exēplo annume-
 ra patriarcha Iob sacrā exercitium, estoq; illorū diligens
 disci-

Ad discipulus, assidueusque imitator, ut simul haeres sis spiritus Exempla pa-
& gratiarum. Quid dicebat & faciebat sanctus Iob? Nunc enim ad no-
quoque in amaritudine est sermo meus, & manus plas- pene
gaz meæ aggrauata est super gemitum meum. Quis mihi teneat infor-
hitribuat, ut cognoscam, & inueniam illum, & venia vocationem.
ad solium eius? Ponam coram eo iudicium, & ostineum imple-
bo increpationibus. Coram solio super nitus maiestatis cum
venerit homo, cum apparuerit gloria vultus eius tremenda,
tunc quidem repletus os (quod gloriabatur, in tribus pessi- Increpatio
mis, vel excusabat delicta sua dicens, quid feci? tunc quidem sui ipsius,
replerur os increpationibus, aduersus semet ipsum. Tunc ar- ubi inue-
niatur mens nostra contra semetipsam, cōpungiturque con- piatur.
nostrum magno dolore. Hoc vidimus, & in Esaia, qui cum Cap. 6.
videret dominum sedētē super solium excelsum, & eleuatum, et
& gloriā, qua plena erat domus eius, & beata seraphim cla-
mantia, sanctus, sanctus, sanctus, dominus Deus exercitū,
statim dixit. Vae mihi quia vir pollutus labi, ego sum. Co- undique.
Brā dāo, & solio eius repletur os nostrū increpationibus, utrumq[ue] ad
Quod antea dicebat. Quid feci? Corā domino & tristis gloriā eiū ferit Esaias cor suum, voxq[ue] dolentis auditur.
Vae quia pollutus labijs ego sum. Hic quantum malum sit, utrumq[ue]
culpa & peccatum nostrum cognoscitur, corā domino & ad
solio maiestatis eius. Videte iam quā consideratione & Considera-
meditatione vobis sit opus ad plenam detestationem cri- tio quā ne-
minum & culparum vestrarum. Euntes ergo in solitudi- cessaria ad
nes, sedere solitarij, ut ad cor vestrum loquatur dominus, detestatio-
qui docebit quantum malum feceritis. Sed obsecro atten- nem crimi-
dite Iudæ, qualiter patri seni Iacob pro adducendo Benia- num.
min in Aegyptum, reducēdoque, coram oculis eius fidei Nota Val-
spopondit. Post multa, quibus fratres eius, & ipse curabat de- or. inq.
inducere sacrum senem, ut eis concederet Beniamin, hoc
ultimo loco adiecit: fortissima enim argumenta primo & Genes. 4.3.
nouissimo loco collocāda sunt. Mitte puerū meū, ut pro-
ficiamur, & possimus viudre, ne moriamur nos, & parui
li nostri.

Super Psalm. 50. Homilia quarta.

Hic nostri. Ego suscipio puerum de manu mea require illū, C.
nisi reduxero, & reddidero eū tibi, ero peccati reus in te,
Peccatum omni tempore. Non dixit Iudas generosus, Ero reus capi-
quantū ma- tis, & vita coram te. Hęc enim parua si conferas cum illis
lum. quę audisti, ero reus peccati, sub poena & reatu peccati:
cōmitte illū fidei meę. Maius malum, quod homini cōtin-
gere potest, peccatum est profecto, non infirmitas corporis,
non mors, non iniuria, huic valent cōparari. In conspectu
eius omnia hęc, arena sunt exigua. Sic cōsideranda sunt no-
stra crima, vt magnitudine eorum, doloris vim sentiat
cor nostrum & viscera, & in confessione humili aperiatur
os nostrum & in deprecatione pro indulgētia, sicut docet
sanctus David. Amplius laua me (inquit) ab iniquitate
mea, & a peccato meo munda me. Quia ita: ac tanta medi-
tatione magnitudinem iniquitarum suarū meditatur, hic

Amplius profecto cū David, magno affectu orat. Amplius laua me.
quātitatis Vbi notate quod aduerbiū illud, amplius, quantitatis est
aduerbiū, & significat, in multū, sicut ubiq; interpretatur D.
in apolo- beatus Ambrosius, & B. Hieronymus similiter vetuit ex
Danid.

Hierony. Hebræo, amplius, id est multū, & beatus Augustinus etiam
atq; etiā laua. Immūdus pānus & antiquatus, vt ad cādōrē

August. pristinū restituā, amplius, id est multū lauatur, & quidē at

Similitudo dētibus aquis, & fortibus, additurq; & acrimoniā saponis.
Sic Dauid recognoscēs in ueteratā multā malitiā suā (qua-
si per annū integrū permāfit in peccatis) rogat: Amplius la-
ua, id est multū laua me, etiā atq; etiā. O quis ardorē lacry-
marū suarū, vel digito rangeret, certe calefieret mēs eius.

Psal. 6. Persingulas noctes lacrymis meis stratum meū rigabo, &
poculum meū cū fletu miscebā. Vidissis abundatēs torre-
psal. 50. tes aquarē cōsiderate acrimoniā saponis. Peccatum meū cō-
tra me est semper. Non est sanitas in carne mea, à facie irę
tuę, & non est pax ossibus meis à facie peccatorum meorū
Stratum quietis et requietionis locum, post grandem diei
laborem, rigat lacrymis penitens ille, & poculum cum fle-

A tu miscer, ut iam apertissime demonstreret vñq; ad vitie finem, elegisse durissimum penitentiae flagellum, & fructus dignos penitentiae sicut docebat sacratissimus Ioannes. Nō est sanitas in carne mea à facie iræ tuæ, & à facie peccatorum meorum nō est pax ossibus meis. Cū vidi mulierem lauanam se in solario contéplatusq; est pulchritudine corporis eius, nebulam densissimam super aciem mentis sparsit cōcupiscentia inflamata à gehena, unde faciem peccatorum nō vidit. Iam autē cōuersus ad dñm, illuminatusq; claritate vultus eius, videt terribilem faciem peccati, & quam antea adamauit, iā timore eius corripitur, horrorq; maximus apprehendit eum. Habet peccatum faciem suam, qua dignoscitur, facies peccati & unusquisq; nostrū. Habet scapulas, quasi onustas de cati quo licijs, delectatiōibusq; plenas. Has nimirū ostēdit misero tempore coacſienti homini, vt amore voluptatum capiatur fugitq; gnita à Da velocissimo volatu, ne vñquā apprehēdatur & denudetur uid.

B era scriptura vigilantisime nos dōcet, & instruit scapulas iniqutatis depingit sapientia Salomon in hūc modū. De feneſtra domus meæ per cancellos prospexi iuuenem, & video

C paruulos, considero vñcordem iuuenem, qui trāſit per plaeſa iuxta angulum, et propè viam illius, scilicet, mulieris, graditur in obscuro aduersaſcēt die, in noctis tenēbris et caligine. Merito tēpus designatur. Ecce currit illa mulier ornatu meretricio, præparata ad capiendas animas, garrula & vaga, quietis impatiēs, nec valēs in domo cōſistere pedibus suis, nunc fortis, nūc in plateis, nūc iuxta angulos in ſidiās! Apprehēsumq; deosculatur iuuenē, & procaci vultu blāditur dicēns. Vicitas pro salute devoui, hodie reddidi vota mea, idcirco egressa sum in occurſum tuū, desiderans te videre & reperi. Intexui funibus lectulū meū, stravi tapetibus pictis ex Aegypto, aspersi cubiculū meum myrrha & aloe et cinnamomo, veni inebriemur vberibus, & fruamur cupidis amplexib⁹, donec illucescat dies. Nō enim est vir

Matth. 3:

Psal. 37.

2. Reg. c. II.

22 Super Psalm. 50. Homilia quarta.

vir in domo sua. Ecce quam pulchra quam delectabilis, ac C
suavis lese, cæcis peccatoribus in obscuro aduersa scen-
te die, in noctis tenebris, & caligine, iniq[ua]ta demost[ra]t.

Plato in dialogo de pulchr. Sicque capit[ur] miser homo amore cæco, in rabi luxu-
r[ia] sicut optimè placuit Platonii. Iam faciem iniq[ua]tatis, &
peccati intusmini, nam hoc loco describitur, & paulò ante-
t[em] suis depinxit coloribus sapiens. Statim autem sequitur.

Quasi bos duxus ad victimam, & quasi agnus lasciuens,
& ignorans, & nescit quod ad vincula stultus trahatur, do-
nec transfigat sagitta iecur eius, velut si avis festinet ad la-
queum, & nescit quod de periculo animæ illius agitur.

Prov. c. 5. Hic idem sapiens utrumque eleganter nimis coniungit. Fi-
line intenderis fallacia mulieris; fatus enim distillans labia
meretricis, & nitidus oleo guttur eius, nouissima autē
illius amara, quasi absinthium; & lingua eius acuta quasi
gladius biceps. Pedes eius descendunt in mortem, & ad in-
fersos gressus eius penetrant. Vide iam & considera quam
vere scriptum sit per prophetam Hieremiam. Scito, & vi-
de quam malū, et amarum est reliquie dominum Deum
tuū, & non esse timorem mei apud te, dicit dominus exer-
cituum. Vide iam & considera quam sapienter scriptū sit. D

Job. c. 41. Quis reuelabit faciem indumenti eius? Et medium oris
eius quis intrabit? portas vultus eius quis aperiet? Per gy-
rum dentium eius formido. Cum audis, quis reuelabit in-
tellige & cognosce quam pauci sunt, qui in iniq[ua]tatis faciem

Facie pec- reuelent, intueris turque horribilem aspectum eius, sicut cū
cati quam dicit propheta. Dñe quis habitabit in tabernaculo tuo, aut
pauci co - quis requiesceret in monte sancto tuo? Non vult significare
gnoscunt. qđ nullus habitabit in dñi tabernaculo, sed quā pauci sunt,
Psal. 14. declarat. Iā ergo sic expone sanctū lob cū inquit. Quis re-
uelabit facie eius? Quasi dicat. Quā pauci sunt qui pecca-
ti faciem reuelent. Quod cum alicui contigerit ex dono,
& gratia Dei, experietur quod & David expertus fuit cū
ingeniti fructu. Non est pax oīibus meis à facie peccatorū
meorum.

- A meorum. Cui pax, suavitatis ac delectatio ab scapulis peccata. *Psal. 37.*
 tu contigit plurima; iam a facie eius tremunt ossa, & carnes
 lascivientes. Hoc summae curae est inimico nostro, ut ab-
 scundat faciem suam, qua est Dei offensa, & iniuria, rea- *Facies pec-*
tus, & obligatio ad poenam eternam, cum denudatis scapu-
lis, delicias in omnibus promittat. Fugite, ne denudemus
*faciem indumenti eius, sicut per Hieremiam increpat *D*ominus Deus. Audite verbum Domini, domus Iacob, & omni- *Cup. 2.**
nes cognationes domus Israel, haec dicit Dominus: Quid
*inuenierunt patres vestri in me iniquitatis, quia elongaver-*Exercitium**
runt a me, & ambulauerunt post vanitatem? Ipsa quidem
*fugiebat ne facies eius videretur: peccatores vero post va-*miliare**
*nitatem ambulabat, ad scapulas eius. Hoc ergo sit vobis *tempo**
*miliare exercitium tempore temptationis vestrae, ut cum *pro tempo**
*primo tentator accesserit, proposueritque; & excitauerit, car- *re tentatio-**
nitatem alterius aut cuiuscumque alterius generis fuerit, apprehendere
*de obsecro vtraque manu vanitatem; & dein nudas facies eius, cōsi- *mit**
deta horribilem aspectum eius, plusquam inferni & ignis
deuorantis, ut sicessugas, refugium querens, & auxilium a

B Domino. Respice & considera, non delicias scapularum
 eius, sed faciem, qua Dei offensa, & iniuria est, vnde eius
 odium & inimicitia conciliatur, vnde seatus ad eternam
 poenam generatur, & quidem pro brevissima voluptate.
 Optimus ac salutis plorissimum consilium nec dimittendu-
 dum putes, si non vis miserrime capi, subhamo latetis cul-
 pa, sicut pisces, qui propter modicum cibum ab aquis extra *Coparatio-*
 hitur, capitur, occiditur fitque in escam homipis. Sic nimirum obitum
 contingit nobis peccantibus, quibus haec fortissima cul-
 pa, & transgressionis legis, non a spicie quibus accurrerit, si
 quis delectabilis, quos latetreatus, & chirographum, quod
 eadem manus scribitur, quo & cibus assumitur, sic sit in pra-
 dam diaboli miser homo, in cibis eius, & inferni. Propter *Genes. 25.*
 unam escam parvam leonis vestridu primogenita sua Elau.
 Hanc magnum doctrinam accepimus a magistro nostro

Super Psalm. 50. Homilia quarta.

Psalmus 37. David, cui placuit mulier nuda, & iam nuda culpa, visaq;
facie eius, adeo displicet, ut dicat: Nō est pax oīibus meis
à facie peccatorum meorum. Hæc erat acrimonia, & ri-
gor saponis, qui cum lacrymis coniunctus, laubant ini-
quitatem David, pro qua orat, Amplius laua me ab ini-
quitate mea, & à peccato meo mundame. Sciebat quam gran-
1. Corin. 6. luxuria, de qua sacratissimus Paulus. Omne peccatum quod-
cunque fecerit homo extra corpus est, qui autem fornicar-
tur, in corpus suum peccat. Et Elaias propheta de homici-
diis prædicans dicebat: Cum extenderitis manus vestras
non exaudiā, manus enim vestrae sanguine plenæ sunt.
Hec ergo cogitans noster propheta orat Amplius laua me
idest, multum laua me, etiam atq; etiam laua me.

Ambro- Summam facit beatissimus Ambrosius aliquorum, quæ
sius in A- animam lauant, de quibus breuiter, ut ad eius consideratio-
nem vltimam veniamus. Mundat sermo diuinus, mundat
polo. Dau. cap. 5. nostra confessio. Ille dum auditur, ista dum premittitur. De D
Cap. 13. sermone dicebat Dominus apud Ioannem. Iam vos mun-
di estis propter sermonem, quem loquutus sum vobis. De
Psalm. 31. confessione ipse David. Dixi confitebor aduersum me im-
pietatem meam Domino, & tu remisisti iniuriam pec-
cati mei. Remissio quidem iniurias, lauatio est animæ.

Mundat bona cogitatio, mundat honesta operatio, bonus
quoq; usus conuersationis. His mundatis, unusquisque fa-
cilius haurit, & tanquam in se rapit, splendorem gratiæ spi-
Similitudo ritualis. Denique non vna infusione velleris, statim pre-
ciosus succus irradiat, sed primo succo ignobili vellus infi-
citur, deinde alijs atque alijs succis, naturalis eius species
frequenter eluitur, & diuerso sepius colore mutatur, ac sic
postea velut plenioris lauacri adhibetur infectio, ut pur-
puræ verior atque perfectior fulgur irrutilet. Sicut igitur
muriacum in purpuræ infectione, ita in lauacro regenera-
tionis miserationum est multitudo cœlestium, ut iniqui-
tas

Aetas delectatur. Itaque qui in multum lauatur, ab iniustitia munatur, & a delicto, & peccandi quandam inolitam studijs ac moribus deponit habitudinem, & obliuiscitur qualitatem. Et bene lauatur ab iniustitia, & ab iniquitate, quæ maiori est, mundatur a delicto, quod minus est. p. idv. c. m. l. m. f. e. l. m. f. i. -

Inter omnia documenta, quæ ex hac oratione Davidi, & interpretatione beati Ambrosij, ad nostram salutem conducibilia, non ignobilis loco iacet, in modo supra regum capitata, ac diademata collocari debet hoc, quod ultimo loco propositum est nobis. Cui, cum non attendimus, ecce in foris nouum peccatum, & relapsi facti sumus, multoque periculosis redditur morbus. Alta mente recondite quæ ab Ambrosio scripta sunt, quem intendo interpretari simul cum David. Dixit beatus Doctor declarans orationem David. Amplius laua me. Itaque qui in multum lauatur ab iniustitia mundatur & a delicto, & peccandi quandam inolitam studijs ac moribus deponit habitudinem, & obliuisci

Btur qualitatem. Multiplex assiduaq; lauatio necessaria est, in multum, amplius, etiam atque etiam oportet lauari, quæ multiplex peccandi studium immaculavit usque ad inolitam habitudinem, & qualitatem. Generatur ergo, ac simul crescit quædam morbida qualitas, & habitudo quæ habitus a nostris doctoribus vocatur, ex consuetudine peccandi, qui quidem ad similes actus inclinat, sicut in auaroprest considerari, qui longa auaritiae suæ frequentatione habitum acquisivit, quo facile ad sestandam auaritiam inclinator duciturque. Sed & notate quod sape numero Nota. contingit unico actu cordis nostri hanc habitudinem ac qualitatem comparari nobis, nec pluribus indigere. Vnde & his necessaria David oratio est. Amplius laua me, id est, in multum laua me, etiam atque etiam laua me. Contingit plenū haustrum demissum, & stoliditatis diabolum animæ nostræ porrigere, sub ipso molieris aspectu. Hæc tota mentem, & cor in eius amore prostituit vnde habitum, & qualitatem pessimam.

Super Psalm. 50. Homilia quarta.

mam nimirum; in hærentem acquisiuit, ad cuius victoriæ
& curationem amplius, id est multum, etiam atque etiam
adhibenda est salutaris gratiæ medicina & exercitium vir-
tutum. Hoc est periculosissimum nostrorum temporum
malum, vbi quasi in omnibus peccatoribus pœnitentibus
impletur, quod scriptum est, canis ad suum vomitum sed-
ditus, & sus lota in volutabro luti. Quia valde securi reddi

De quo in- ti ex leuissimo dolore, non curant, nunquid inolitam habi-
fra homi- tudinem & qualitatem habeant, quæ multum lauari indi-
lia. 8. geat unde nec cum propheta orant præ solicitudine ac ti-

2. Pet. c. 2. more casus: Amplius laua me ab iniquitate mea, & à pecca-
Malum pe co meo munda nie, vñ sic orantes insciatur succo cœlestis
riculosi si- gratiæ multoties, & millies, vñsq; dum in purpuralm digna
mū nostro regio vestitu reddantur. Nunquid nō legisti quæ Eliseus
ram: tēpo- dixit Naaman lepra percusso, cum ab eo sanitatem, & mun-
rum. ditiam quereret? Vide (inquit) & lauare septies in Jordane,
& recipies sanitatem caro tua, atque mundaberis. Abiit
monitus seruorum suorum, & lauit se septies, iuxta sermo-
nem viri Dei, & restituta est caro eius, sicut caro pueri par D

4. Re. c. 5. uili, & mundatus est. Iussus est Naaman lauari septies in
Nota. Jordane, ad suæ carnis mundationem, & sanitatem. Tibi, o
homo præcipitur multiplex timor, & asidua salutis tuæ

eura, quippe qui habitudinem pessimam in hærentem vis-
sceribus tuis, ex multiplicatis iniquitatibus, aut ex plenissi-
mo opere contraxisti. Sique lubricus, & pronus manus est

ad peccandum, etiam post acceptam gratiam, & remissio-
nem. Huic considerationi spectat quod in Exodo legi-
mus. Hæc sunt quæ accipere debetis, scilicet, in primis,
azurum, & argéatum, & res, hyacinthum, & purpurā coccinūq;

Cap. 25. Mirabile profectò quod inter hæc omnia, de
Coccus bi- cocco solo dicitur quod sit bistonius; ad plenibrem eius
stinctus. perfectionem, ne forte si bishon fuerit inctus, antiquus, &
naturalis colore eius facile appareat. Septies iubetur Na-
aman lauari, coccusque bistonius in brad oblationem Domi-

ni, &

Ani, & David orat: Amplius laua me ab iniuitate mea, idest, in multum laua me, etiam atque etiam laua me, ut contractam habitudinem & qualitatem perfectè deponā. ne facile ad assueta reuertar delicta.

Inter illa omnia, quæ hanc animorum munditiam com
parant, non extreum quidem locum habet eleemosyna, *na.*
dicente Domino: Date eleemosynam & ecce omnia *Luc. c. 11.*
munda vobis. Omagna eleemosynæ potentia, multiplex-
que virtus eius. Ante hanc sententiam, multa quidem ac
grauia nimis, pharisæorum flagitia deplorans arguebat
optimus magister Christus, ad quorum remedium & re-
demptionem eleemosynam præcipit, multaque homi-
nem coinquinant docuit, ad quorum mundationem, mi-
sericordiam, quæ in eleemosyna relucet, proposuit. Bea-
tus Esaias valde prædicauit ac commendauit potentiam *Cap. 28.*
ac virtutem eleemosynæ, & quidem eo tempore (sicut an-
notauit optime beatus Cyprianus) cum iussus fuit à Do- *Cyprianus*

Bmino voce magna clamare ac reprehendere populi sui *in de opere*
grauia peccata. Quo facto, statim inquit: Frange esurienti *& eleemo*
panem tuum, & egenos vagosque induc in domum tuam, *syna.*
cum videris nudum operi eum, & carnem tuam ne despe-
xeris. Vide iam bona eleemosynæ. Tunc erumpet quasi
mane lumen tuum, & sanitas tua citius orietur & anteibit
faciem tuam iustitia tua, & gloria Domini colliget te.
Tunc inuocabis & Dominus exaudiet, clamabis, & dicet:
Ecce adsum. Cum effuderis esurienti animam tuam, &
animam afflictam repleueris, orietur in tenebris lux tua,
& tenebrae tuæ eront sicut meridies. Et requiem dabit ti-
bi Dominus Deus tuus semper, & implebit splendori-
bus animam tuam, & ossa tua liberabit, & eris quasi hor-
tus irriguus, & sicut fons aquarum, cuius non deficient
aque. Quæ omnia unico verbo complectens beatissi-
mus Paulus, dixit. Pietas, idest, misericordia ad omnia est *Ad Thim.*
vitis, promissionem habens huius vitæ, quæ nunc est & *1. cap. 4.*
ma

75 Super Psalm. 50. Homilia quarta.³

futuræ. Et hic noster Dauid. Beatus vir qui intelligit super C
egeum & pauperem, in die mala liberabit eum Domi-
Daniel. 4.

nus. Quorum memor beatus Daniel, cum Rex Nabucho
donolor aduerso somno territus æstuaret, pro auertendis
malis, ad diuinam opem impetrandam, remedium dedit
dicens: Propterea rex consilium meum placeat tibi, & pec-
cata tua eleemosynis redime, & iniustias tuas, miseratio-
nibus pauperum, & erit Deus parcés peccatis tuis. Cui rex
non obtemperans, aduersa, quæ viderat, & infesta, perpe-
sus est, quæ euadere, & vitare potuisset, si peccata sua ele-
Tobie. 18. mosynis redemisset. Raphael Angelus paria testatur, &
vt eleemosynæ libenter ac largiter fiant hortatur dicens:

Bona est oratio cum ieiunio, & eleemosyna, quia eleemo-
Cyprianus syna à morte liberat, & ipsa purgat peccata. Quam senten-
Vbi supra. tiā eleganter beatus Cyprianus exemplo, quod in acti-
cap. 9. bus Apostolorum scribitur, confirmat. In actibus Aposto-
lorum facti fides posita est, & quod eleemosynis non tan-
tum à secunda sed à prima morte animæ liberentur, gestæ

Tabitha. & completeræ rei probatione compertum est. Tabitha ope-
rationibus iustis, & eleemosynis præstandis plurimum de-
dita, cum infirmata esset & mortua, ad cadauer exanime
Petrus accitus est, qui cum impigre pro Apostolica humili-
itate venisset, circunsteterunt eum viduæ flentes, & rogā-
tes, pallia & tunicas & omnia illa, quæ prius sumpterant, in-
dumenta monstantes, ne pro defuncta suis vocibus, sed

Nota Val- ipsius operibus deprecantes. Sensit Petrus impetrari posse
de. quod sic petebatur, nec defutrum Christi auxiliū viduis
deprecantibus, quando esset in viduis ipse vestitus. Cum
itaq; genuis flexis orasset, & viduarum ac pauperum, ido-
neus aduocatus, legatas sibi preces ad Dominū pertulisset,
conuersus ad corpus, quod in tabula iam lotum iacebat, Ta-
bita (inquit) exurge in nomine Iesu Christi, nec defuit
Petro, quò minus statim ferret auxilium, qui in Euangeliō
dixerat dari, quicquid fuisset in eius nomine postulatum.

Cum

A Cū ergo tanta videas misericordiæ, & eleemosynis cōmittantia suffragia, diuinæsq; donationes, eousque, vt & mortuis vitam restituat, mundet à peccatis, quod summis votis erat Dauid cū orabat, amplius laua me ab iniuitate mea, sicut tibi indiuiduus comes familiarisque amica eleemosyna, & clemētia pietasq; in pauperes, nudos ac peregrinos, cæterosq; calamitosos. Tūc orabis. Amplius laua me, & citoius orietur lux tua, & tenebræ tuæ erunt sicut meridies.

Nota Val-

Sed notate diligenter, sicut paulò anteā dicebamus de de. pœnitentia, quod non solum rogandus est dominus, vt la- Concilium uet immunditiam cordis nostri, sed & oportet nos præcī Aray. c. 2 gere, & lauare corda nostra. Dominus enim Deus, qui mul- Augu. ta clementia sua sine nobis magna operatur in nobis, sicut Epif. 105. cum gratia sua præuenit excitat, & cooperationem nostri & in de liberi arbitrij expostulat ad nostræ iustificationis, & laua- gratia & tionis consummationē, vnde iam dona sua coronet in no- lib. arb. ca. bis, tanquā si à nobis processissent. Sic enim docemur per 15. & 16.

B prophetam. Lauamini mundi estote. Sic & Hieremias. & Ansel. Laua à malitia cor tuum Hierusalem vt salua sis. Vsque- super. 15. c. quo morabuntur in te cogitationes noxiæ? Et qui promi- 1. ad Cor. sitaquam mundam per Ezechielem prophetam, vt mun- & Genna daremur ab omnibus inquinamentis nostris, hic per hos sa- dius. cratos prophetas Esaiam, & Hieremiam dicit, lauamini, & Cap. 36. laua à malitia cor tuum Hierusalem, vt salua sis. Sed Esai. 1. & Esaias non solum docuit hanc magnam doctrinam, ve Hiere. 4. rum illam, quæ quam multum ad nostram salutem spe Eccle. 34. etat? scilicet, perseverantiam in nostra mundatione. La- Lege Euse. uamini (inquit) & mundi estote. Nam qui baptizatur à Cæs. lib. 8. mortuo, id est, qui tetigit in mortuum, & iterum tangit eum, de pparat. quid proficit lauatio illius? Sic homo, qui ieuniat in pecca Euag. c. 2. tis suis, & iterum eadem faciens, quid proficit humiliando 3. & 4. ex fæ? Orationem illius quis exaudiet? De hac perseverantia, Iosepho & multa in sequentibus dicemus; cum exposuerimus locum Philone In illum. Et spiritu principaliter confirmia me iugnatur 1000 dæo.

Super Psalm. 50. Homilia quarta.

Contēptus diuinægra Aliud hominum genus est pessimum quidem, qui suæ C
salutis immemores donorum cœlestium irrisores, misera tie.

tionibus diuinis valde ingratit, & tandem Deo odibiles, qui oblatam ab spiritu salutis aquam, ad eorū munditiam respunnt, despiciunt atq; abiiciunt. Hi sunt, de quibus pro-

Cap. 24. pheta Ezechiel dicebat: Multo labore sudatum est, & non exiit de ea nimia rubigo eius neque per ignem. Immunditia tua execrabilis, quia mundare te volui, & non es mundata, sed neq; mundaberis, priusquam quiescere faciam in dignationem meam à te. Ego Dominus loquutus sum. Veni & faciam, non transeam nec parcam, nec placabor. Lux tua vias tuas, & iuxta adiuentiones tuas iudicabo te, dicit Dominus. O magnum, periculosisimumque malum eorum, qui oblatam à Domino aquam mundam, ad lauacionem, respunnt, & contemnunt. Malitia sit execrabilis, & magna Dei conciliatur ira. Ad cuius placationem multa

Cap. 45. humiliatione opus est illis. Iam, vñ, illud æterni doloris per Esaiam prophetam comminatum est. Vñ qui contradicit factori suo testa de Samijs terræ. Qui factor est tan-

tus, vt statim de seipso dicat. Ego feci terram, & hominem super eam creavi ego, manus meæ tetenderunt cœlos, &

omni militia eorum mandaui. Ego sum Deus qui non in vacuum creavi terram, vt esset deserta & squalida, sed vt homines habitarent in ea. Ego extendi sine firmaui cœlos, vt Angelorum essent habitaculum. Stellarumque eos

varietate distinxí, & imperavi singulis, quo currerent ordine, & dierum ac mensium annorumq; diuersa spacia compleserent. Huic tanto, ac omnipotenti gubernatori, & creatori contradicit testa de insula Samis, lутum & cinis homo.

Contradicit quidem volenti, ac desideranti lauare multam immunditiam peccatorum. Cuius desideriū inde ma-

Luc. cap. gnum comprobatur cum dicit. Multo labore sudatum est & non exiit de ea nimia rubigo eius. Factus est sudor eius,

sicut gutta sanguinis in terram cadentis, cum desideraret curare

- A** curare hic bonus medicus noster Iesus vulnera nostra, cū
desideraret lauare immunditiam culparum nostrarum.
De quo sudore pertractans sanctus Ireneus cum probasset *Ireneus*
assumpsisse Dominum Iesum veram carnem ex sacratissi- lib. 3. c. 3.
ma nostra domina, inter alia argumenta, adiecit. Non la- *aduersus*
crymasset super Lazarum, nec sudasset globos sanguinis, hæreses.
nec dixisset quod tristis est anima mea, nec percusso latere Globos san-
exisset sanguis, & aqua. Vide ergo, & considera, o homo, guinis in
qui contradicis factori tuo, quanti peccatis sis reus, cum glo Sudore Do-
bos sanguinis, qui in sudore Christi apparuerunt, despici. mini Iesu.
Iustè dictum est per prophetam à Domino: Immunditia
tua execrabilis, quia mundare te volui, & non es munda-
ta, sed neque mundaberis, donec quiescere faciam indi-
gnationem meam à te, id est, quam habeo contra te. Iustissi-
me Domine irasceris contra nos, qui curam nostri gerens,
fanare desideras vulnera nostra, & lauare fordes iniquita-
tum nostrarum, & mundare super niueum candorem gra-
tiata tua, adhuc tamen amamus voluntari intra cœnum no-
strorum scelerum putridissimum. Vnde verè de nobis di-
B citur. Denigrata est super carbones facies eorum. Aspicio- Thre. c. 4.
mus ergo quam immunda facta sint corda nostra, squalo-
rem tetur longa peccandi traxerunt consuetudine, fa-
cta que est execrabilis immunditia nostra, quia lauantem
Dominum abiecimus. Rogemus cum David. Amplius, in
multum, etiam atq; etiam laua me ab iniuste mea, & à
peccato meo munda me. Lauamini & vos sicut docet Cap. 1.
Esaias. Gloriamini iam de candida veste iustitiae, quæ ani-
mam induit: sicut lux solis caliginosum aërem, omnem ab Similitudo
cotenebram exulans, ut impleatur quod dictum est à bea-
tissimo Paulo. Eratis aliquando tenebræ nunc autem lux
in Domino.
- Vltimo loco quandam sententiam beati Ananii inter-
pretandā iudico, ut vniuersa quæ diximus suis numeris ab
soluantur. Ingresso Saulo Damascum, postquam ad Domi-
num

Super Psalm. 50. Homilia quarta.

Actorum num conuersus est plenissimo animo totaq; mente dicens:
cap. 9. Domine quid me vis facere? Loquutus est dñs ad Ananiā:

Surge & vade in vico qui vocatur rectus: & quære in domo Iudæ Saulum, nomine Tarsensem: ecce enim orat. Et abiit Ananias, & introiuit in domum, & imponens ei manus dixit. Saule frater dominus misit me Iesus, qui apparuit tibi in via, qua veniebas, ut videas, & implearis spiritu sancto.

Cap. 22. Et nunc quid moraris? Exurge & baptizare, & ablue peccata tua inuocato nomine ipsius. Mirabile dictu profecto. Licet baptismus sit regenerationis & renouationis sacramentum, in quo cum Christo sepelimur & resurgimus in vita nouitatem, & renouationem addidit tamen Ananias ad hanc lauationem, & dixit: Festina, baptizare, & ablue peccata tua inuocato nomine Iesu. Et cum constet, magnificum hoc fidei nostræ sacramentum, in nomine patris, & filii, & spiritus sancti cōsummari, quid est, quod huic cōfessioni, nominis Christi inuocatio additur? Certe aperteissima scriptura constat nobis, non esse aliud nōmen sub D

Actoru. 4 cælo datū hominibus in quo oporteat nos saluos fieri, nisi nōmen dñi Iesu, neq; est in aliquo alio salus, nihil diuersum aut alienum afide & inuocatione sanctissimæ Trinitatis profitemur, cum nōmen Iesum inuocamus. Virtus huius

Virtus no sacratissimi nominis etiam in omnibus sacramētis latet & minis Iesu vngit corda nostra, & lauat animas. Cōsecrat in baptismo, *sacratiſi* - confirmat & roborat in confirmatione, absolvit in pœnitētia. Et quid dicam? Nullum medium, nullum sacramētum,

aut sacramentalē est, in quo nōmen Iesu non sanet, curat & lauet, & sanctificet & salget, & si quid amplius, aut magnificenter his, potest ex cogitari. Exules à paradise reduciti in cælestē regnū, inimicos, & diaboli filios regēnerat, & consecrat, & transire facit in diuinæ naturæ cōsortium, vnde verō nōmen Iesu, & simus filij Dei. Ne per hæc

Nota Val- quæ dicimus existimes, credere nos, esse necessariā ad baptismum nominis dñi Iesu in uocationē, sed ut virtutē eius de.

A ostendamus locum Ananiae exposuimus. Et vide si dici potest, quod baptizandus post expressam confessionem sanctissimae Trinitatis, inuocabat sacratissimum nomen Iesu. Ministrer vero sacri baptismi, in nomine Patris, & filij & Spiritus sancti sacramentum ministrabat. Et maximè cum Paulo, hoc actum est, qui spirans minarum & cædis in discipulos Domini, & confessoris sui nominis, veniebat in Damascum, ut vi obuillium ob
etos perduceret in Hierusalem, ut autem iam inuocare inciperet nomine, quod blasphemabat, iuslus est abluere peccata sua, inuocato nomine Iesu. De inuocatione huius sacratissimi nominis, extat manifesta scriptura beatissimi huius Apostoli dicentis. *Quicquid facitis, omnia in nomine Iesu Christi facite.* Extat & communis consuetudo, quam multi sapientes ac religiosi viri obseruāt, dum sacramentum absolutionis penitentibus ac confessis conferunt, quibus dicunt: inuoca nomē Domini Iesu dum ego te absoluo. Non tamē perficiatur hoc sacramentum in nomine Iesu, sed ego te absoluo forma illius est, & tamē nomine Domini Iesu inuocatur, dum ministratur. Sic videtur mihi dixisse Anania Saulo, abluere peccata tua inuocato nomine Iesu baptizare, non tamen conferunt hoc sacramentum in nomine Iesu sed in nomine sanctissimae Trinitatis, Patris, scilicet, & Filii & Spiritus sancti.

B Ad vos ergo charissimi, ac desideratissimi fratres conuersto sermonem meum cum verbo Ananiae ad Paulum. Festina & nunc quid moraris? Festinate ut quid mora trahitis? Festinate, & abluite peccata vestra lacrymis, orationibus, & eleemosynis, inuocato nomine Iesu. Festinate ut quid in crastinum animæ salutem, cordis munditiam, & ablationem dimittitis. *Quodcumque facere potest manus tua,* instanter operare, quia nec opus nec ratio, nec sapientia, nec scientia erunt apud inferos, quo tu properas. Magnum aduerbitum profectò adiecit vel apposuit verbo operare, sapiens Salomon. Instanter operare dixit. In instanter, id est, cum magna sollicitudine, ac diligentia. *Operari in*
Quia

Super Psalm. 50. Homilia quarta.

Quia certè tempus hoc ad lucrum, & meriti hominibus C concessum à Domino est, Sic itaq; ait. Interim dum tem-
pus habes meriti operare sedulò & solicite, quicquid boni
potes, vbi cunque occasionem nactus fueris boni operis
quicquam peragendi, ne negligas, sed cum diligentia &
feruore multo accepta occasione operare quod offertur

Similitudo boni, ad similitudinem negotiatorum hominum, & auarō
rum huius seculi, qui omnem occasionem temporalis lu-
cri quantumvis minimi, præterire non sinunt, semper so-
liciti, occasione oblata, aliquid lucri colligere. Sic & sacra

Gala. c. 6. tissimus Paulus docet. Dum tempus habemus operemur
Hebr. c. 4. bonum. Etad Hebreos. Festinamus ingredi in illam re-

quiem. Instanter operare quia ad inferos properas, vbi
non inuenitur tempus acceptum, in quo exaudiri possint
clamantes, aut dies salutis, in quo adiuuari, sed tempus no-
tis erit, & caliginis, iuxta quod Dominus in Euangeliō

Ioan. c. 9. ait: Operamini dum dies est. Veniet enim nox, quando
operari nemo poterit, idest, tempus post vitam præsen- D
tem, quando non erit ultra facere opera vitae æternæ me-
ritoria.

Cap. 10. Quod etiam in Apocalypsi signatum est per vo-
cem Angeli fortis, qui pedem dextrum ponens super ma-
re, sinistrum autem super terram, iurauit per viuentem in
secula seculorum quia tempus non erit amplius. Neque

erit ratio neque modus, neque sapientia, neque scientia,
neque ullum consilium ad recuperandum bona, per omis-
sionis negligentiam perdita, aut effugienda mala inuenta.
Congruentissimo ergo verbo vsus est Ananias ad Pau-
lum, & nunc quid mataris? Festina abne peccata tua.

Quod ad vos hodie in multo desiderio dicimus. Oran-
tes & obsecrantes per viscera Dei nostri, nolite progra-
stinare vestram sanctificationem, sed orate in multa, ama-
ritudine animæ vestræ cū propheta. Amplius lauame, vt
hic indulgentiam, & gloriari in futuro accipere mereami-
ni. Per Dominum nostrum Iesum Christum. *Obi.*

Super

CONVOCATUR RON. P. S. A. L. M. V. M. Q. N. O. T. Y. Non in aliis
quagesimum? Hoc illa quinta:
Quoniam iniuitatem meam ego cognosco, &
peccatum meum contra me est semper.

APOSTOLUS sacrorum patrum expositiones super hunc lo-
cum quantum sit peccatum nostrum, quamque ne-
cessaria eius cognitio, ad plenam detestacionem, pro-
ponitur, & quod maxime ex verbo beatisimi Pauli

Cap. 3.

ad Romanos, quem pater posuit propiciatore in sanguine ipsius,*ad ostensionem iustitiae sue. Vbi de iustitia Christi, qua satisfe-**cit patri pro Adae delicto, & omnium hominum, ait auctor**declarans quam necessaria sit sacramentorum receptio, &**Vsus, & poenitentia, & legis obseruatio. Iacet talis ac tanta fue-**rit Domini Iesu satisfactio. Deinde aliquorum peccatorum gra-**uitate cum beato Ambroſio, & Anſelmo declarat, proponit;**secundum principium, ad coruscandam ornatitudinem peccati**mortalis. Expositurusq[ue] secundam partem presentis versus, elu-**cidat quomodo peccatum David fuerit pro illo breui tempore,**contra illum vero semper, unde acriter reprehenduntur miseri,***B**ac inuercundi peccatores, quibus per totam vitam blanditur*delictum suum, & gloriantur in illo, in quos in hora mortis, tan-**quam armatus fortis, insurget. Ad quorum correctionem san-**cti David magna penitentia, perfectissimaque ad Deum con-**uersio adducitur, ubi Baruch propheta, & beatisimus Paulus**Apostolus de re hac exponuntur.**Quoniam iniuitatem meam ego cognosco, &**peccatum meum contra me est semper.***B**eatissimus pater Augustinus hunc locum sic interpre-*tatur. Non posui, scilicet, semper post dorsum meum, cum.**quod*

Augusti su-

per hunc lo-

cum.

ee Super Psalm. 50. Homilia quinta.

quod feci, non intueror alios oblitus mei, non affecto sibi
lam ejcere de oculo fratris mei, cum sit trabes in oculo
meo. Nondum erat peccatum coram eo, vsque dum Na-
than loquutus est ei, post dorsum erat, quod fecerat, sed
propheta ad hoc missus, abstulit a dorso peccatum, & ante
oculos posuit. Beatus Gregorius dixit. Quia peccatum
Gregorius meum ego ipse paueo, ideo ut tu me non punias, tam ve-
hementer exoro. Ideo agnoscō, ut tu ignoscas. Ideo mis-
serere mei, Laua, munda, quoniam iniuitatem meam ego
cognoscō. Quicunq; misericordiam Dei inuenire deside-
rat, necesse est, ut iam grauiter peccata agnoscatur, puniat cul-
pas fletibus faciem Domini in confessione præueniat, po-
nat ante cordis oculos, & culpas operis, & ultimæ terro-
rem animaduersiōnis, penitet, quam discretus iudex ve-
niat, qui ideo peccatores sustinet, ut eis conuersis, minus

Hieron. su-
per hunc lo-
cum.

te faciem meam culpas meas pono. Si tu pronūcias in con-

fessione peccata tua, Deus ignoscet tibi. Beatus Ambro-

Ambro-
sius Apo-
log. David
cap. 1.

sius sic interpretatur. Non mediocre est, ut agnoscatur vnuſ-
quisque peccatum suum: quia bona mentis est, vnuſ ſen-
tire peccati. Delictum meū contra me est semper, hoc est,
ſine interuallo aliquo recordatio, & species ipsa mei me
erroris impugnant. Considera quomodo nos confundat,
cum aliquid delinquimus, quomodo incurset oculos, quo-
modo in memoriam, semper recurrat. Quem commisſi pu-
det, nescit postea aliquid tale committere, unde ſimiliter
erubescat. Sic ergo continuabimus literam. Amplius laua
me, idest, in multum laua me, etiam atq; etiā laua me, quo-
niam iniuitatem meam ego cognoscō. Non repræſento
in conspectu tuo hodie iuſtitiam cognitionis iniuitatum
meum, ſed ideo rogo. Amplius laua me quoniam ego co-
gnosco iniuitatem meam, & grauitatem iniuitatis meæ,
quoniam iniuitatem meam cognoscō, & peccatum meū
contra me est semper & dum ſic clamauerit contra me pec-
catum

A catum meum, clamabo & ego. Amplius lauame, & san-
me Iam ergo haec duo, quæ in praesenti versu, nobis propo-
nuntur, attentissime consideremus, mediteturq; illa, quia
sublimia sunt profecto. Iniquitatem meam ego cognosco;
& delictum meum contra me est semper. O quanta sunt
haec & quam necessaria, his præcipue calamitis temporis
bus nostris, in quibus peccatores, nec illo quidem tempore
cum lamenta & suspiria pro magnis sceleribus suis de-
berent assumere, cognoscunt peccata sua, quam gravia, qua
in iuriosa Deo fuerunt. Vnde tam leuis, tamq; frigida est
eorum paenitentia, nec quidem sine magno eorum malo,
vnde nec aduersarium iudicant suum peccatum, nec per
horam clamat contra eos. Attende o homo, & considera
iniquitates tuas, ut vehementer orans, iustificeris a Domini
no. Audi clamorem earum, quia usque ad tribunal tremet
de maiestatis ascendit, cœlum iam iam contra te mouetur: *Clamor peccatorum ad*

B etiam alio loco sanctus noster propheta reprehendens se, *versus nos.*
gnitionem nostram, & proponens in oculis, quam pauci sunt,
qui iniquitates suas introspiciant dicebat: Delicta quis in-

C telligit? id est, quis est tantus, ut intelligat, non vix, nullus,
sed rarus. Sic beatus Ambrosius. Rarus & quasi nullus est; *Ambr. A-*
qui lapsus intelligat, quantumq; malum sit, vel unum mot polog. *Da-*
cale delictum. asto b A. sumus de te quoq; oup. mino l. mino uid. 1. c. 9.

Accipe haec duo principia, præter plura alia, quæ a sa- *Principiū*
pienteribus dari possunt, quæ quanto profundius, quanto primum ad
tum altius illa cognoverimus, tanto etiā malum iniquitatū cognoscen-
nostratum penetrabimur. Proponebat nobis beatissimus dum ma-
Paulus Iesum Dñm nostrū filiū Dei in cruce pendente, ad lum pecca-
mentationē honestatis, & summæ clemētiae Dei nostri, tū morta-
ad præconiū infinitæ illius misericordiæ. Cōmēdat Deus lis, *sup. 11. 11. 13*
charitatē suā in nobis, quoniam cum adhuc inimicissemus, *sup. 11. 13*
Christus pro nobis secundū tēpū mortuus est. Et ipse salua-
tor piissimus Nicodemo dicebat. Sic Deus dilexit mundū, *Ioā cap. 4.*

Super Psalm. 30. Homilia quinta.

versum sicut in uirginem daret, scilicet praesepionas cen-
te, & quidem mortuorum proximis omnibus. Ecce summa Dei
austeritatis sericordiam, ecce summam & infinitam charita-
tem, qui ut serum redimeret, filium charissimum libera-
tissimum tradidit. Sed scribens ad Romanos, alio magno clas-
mote nos vocat, ne propter considerandum infinitam Dei
institutam, quae in cruce, & morte Christi apparuit. Omnes
peccaverunt, & regent gloria Dei, iustificari gratis per gra-
tiam ipsius, per redemptionem, quae est in Christo Iesu,
quod propositum Deus propiciatore per fidem in sangu-
inem ipsius, ad ostensionem iustitiae suae, propter remissionem
precedentem delictorum, in sustentatione Dei, ad ostensio-
nem hemisphaerii et eiusdem hunc tempore, ut sit ipse iustus, & id
iustificas es tu, qui es ex fide Iesu Christi. Regent gloria Dei
idest, quod absidue Deus glorificetur in remissione pecca-
torum nostrorum, & cuiusque haec remissio contingit, gra-
tia ipsius iudicatur iustificans gratia, non tantum in his propriis duc-
tis, sed etiam in spoliis iustitiae in qua ex parte eorum, ex parte autem
Christi per redemptions, quae est in ipso, ut iure debita
sit Christo remissio scelerum nostrorum. Ut quid ergo pa-
ter celestis charissimum, & uirginem filium tradidit D
icitur, & cito? Ad ostensionem iustitiae se. Vizq; tunc first
Ad gloriam suam exposuisse verba beatissimi Apostoli per epistolam,
quod enim ad locum, quo properabamus. Ad ostensionem ergo
iustitiae Dei omnipotens mortuus est Christus Iesus. In-
deinde uero, quae in qualitate p. facit in rebus omnibus, unde
Dominus iustus, & ipsa iustitia dicitur. Secundum dum de lis
etiam misericordia & indulgens plagarum. Abstulisti iustitiam, & colliger-
as in te, tu donum in te redditis, iustitiam, & regum. Aliud autem factum
Inequalitas. Dixisti in te datus est in me, & a deo. Proxi-
mus que facta minorasti quidem eum, & colligimus famam iustitiae, & equa-
ta est per lataem lucis, & iustitiam. Ad ostensionem iustitiae di-
peccatum non habemus. Et Christus Dominus, & regis ergo facta est at
frumentorum inaequalitas ex delectu suo, & in diuino honore, & reu-
erentia,

Arēntia; quæ Domīno Deo debetur. O qualis, & quāta est
hæc inæqualitas, siquidem Deus & homo Christus Iesus
in ligno moritur, ad resarcendum eam! Aliquam ostensionem ^{Ostensions}
fecit Deus iudex iustus & fortis iustitiae suæ, cūm diuinæ iu-
miso Angelo de cœlorum sublimitate, eiecit parétes no-
stros Adam, & Euam de paradiſo voluptatis, in quo posuerat ^{Gene. c. 3.}
eos. Missi sunt in exilium super faciem vniuersæ terræ,
vt multis infirmitatibus ac laboribus fatigati, tandem desi-
cerent, absorberetq; eos mors, vt in puluerem, de quo for-
mati sunt, reuenterentur. Magnum flagellum profecto di-
uinae iustitiae, quo non solum primi illi homines percussi
sunt, verum, & ad nos vsq; plaga eorum peruenit. Videlicet ^{Gene. c. 7.}
Dominus Deus oculis suæ iustitiae multam, & magna vni-
uersorum hominum malitiam, & quod cuncta eorum co-
gitatio intēta esset ad malum omni tempore, missis aquis
magno diluuij perdidit omnem carnem, ab homine vsque
ad pecus, & reptilia quæ reptabant super terram. Ecce se-

Becundam ostensionem diuinae iustitiae. Accede ad tertiam,
& videbis ignem descendere de cœlo, ad delendas illas pes-
simas ciuitates Sodomam, & Gomorrham, Adamam, & ^{Ibi ca. 18.}
Seboim, sic enim vocabantur. Et inuoluit eos omnes intra ^{Deu. c. 29}
flamas ardentes, posuitq; quasi clibanum ignis. Jam vsq;
ad ignem accenditur zelus iustitiae eius. Jam in igne ostendit
iustitia Dei alissimi. Volens ostendere iustitiam
suam, mirabili ac nouo modo Dominus Deus, contra Da- ^{Num. c. 16}
than & Abiron, dixit Moyses: Si consueta hominum mor-
te inferierint, &c. Cohfestim ergo, vt cessat loqui diru-
pta est terra sub pedibus eorum & aperiens os suum de-
uorauit illos cum tabernaculis suis, & vniuersa substantia
eorum, descendebuntq; viui in infernum. Magna ostensio
hæc nimis dum diuinae iustitiae. Viui descenderunt in infer-
num, viuique in ardenti gehennalibus flammis,
nec tam consumentur. Quam inste & secundum æqui- ^{Job.}
tatem cum his agatur supra ostensum est, cum beato Augu-
stino,

Super Psalm. 50. Homilia quinta.

stino, & multis alijs rationibus. Hęc omnia tamē si in vnū
collegeris, non omnem ostensionem diuinę iustitiae de-
monstrabis. De Christo autem crucifixo dictum est à Pau-
lo: Tradidit illum Deus ad ostensionem iustitiae suę. Pon-
dera, & considera quantus sit Dei filius, qui in cruce pro-
delictis nostris moritur, ut sic iniuriam tuam agnoscas,
& pleio mentis affectu cum David proclames. Amplius la-
ua me, quoniam iniuriam meam ego cognosco. Agni-
taq; magna hac iustitia, quę in cruce Christi tibi ostendi-
tur, certus securusq; sum, recepturum te magnum illud cō-

Cap. 5. filium Spiritus sancti quod Ecclesiastice scribitur. Depropi-
Mors & ciatu peccatorum noli esse sine metu. Certus sum, si cognos-
crux Chri- ueris magnam hanc ostensionem diuinę iustitię, quod ape-
sti, quomo rientur aures tuę, vt cum David audias clamorem peccato-
do confide rum tuorum contra te. Attende ergo, o homo, & conside-
randa, disce magnam hanc doctrinam a beatissimo Apostolo,

cum Dominum Iesum sanguinolentum respicis, altero oculo infinitam Dei tui clementiam, misericordiam, & Di-

benignitatem, perpende, vt sic in spem veniam & misera-

riis erigatur mens tua, & in amorem, & gratiarum actionem

exardescat cor tuum, & aperiatur lingua tua. Altero autem,

iustitiam Dei omnipotentis, vt discas recipiasq; aliud Do-

mini consilium quod statim in Ecclesiastico sequitur. Ne

dicas. Misericordia Domini magna est, multitudinis enim

peccatorum meorum miserebitur. Misericordia enim, &

ira ab illo cito proximant, & in peccatores respicit ira il-

lius. Ne claudas oculum alterum sed respice magnam Dei

iram à sua iustitia procedentem. Hęc omnia discimus ex

sententia beati Pauli dicentis, ad ostensionem iustitiae pa-

tri traditum filium. Ut in magna hac iustitia scriptam vi-

deamus magnam iniuriam nostram. Abundantius qui-

dem hęc scriptura docebit & indicabit nobis quanta sit ini-

quitas peccati nostri, quam gehenna flammatum inferni,

carceres, & tormenta illius ante oculos nostros manife-

Nota. stissima.

A festissima. Plus multoque maius est, abundantius ostenditur diuinaiustitia in Christo, quam in vniuersis damnatorum pœnis, & flagellis. Cum autem dicimus quod abundā *Hebre.* 7. tius ostenditur diuina iustitia in Christi morte, quam in damnatorum pœnis, non intendimus per hoc docere esse grauiores pœnas mortis Christi, obviōe acerbiores illæ sint, nec tamen quanvis sint grauiores, vñquā facient & qualitatem ad satisfactionem, Christi vero mors benedicta & equalitatem fecit. Hi enim propter sua delicta, & adhuc inimici, tortoribus tradentur, ille vero, Christus in quam Iesus, existens Dei charissimus filius, innocens impollutus excelsior cœlis, & cunctis Angelis, in Crucenodus moritur, nec sic faciet equalitatem aeternus eorum dolor, & pœna, sicut fecit super benedicta mors Christi Iesu Domini nostri. Quod statim declaravit sacratissimus Apostolus. Ut sit (inquit) ipse, scilicet, Christus iustus & iustificans eum, qui est ex fide Iesu Christi. Iustus quidem quia obviliari

B ex iustitia soluit omnem debitum peccatorum nostrorum, fecitque equalitatem, in eo quod minoratum est in diuino honore ex inobedientia nostra, & iustificans, iustitia redemptiois sue.

Nec tam en cognomen hoc, Iustus, humile aut minus gloriosum est inter omnia illa, quæ de Domino Iesu in scriptura decantata reperiuntur: imo sublimè, & ex celsum aliquid & grande nimis latet sub illo. A Ioanne iustus vocatur Dominus Iesus. Siquis peccauerit, ad uocatum habemus apud patrem, Iesum Christum iustum. Et quid magni hoc? Nonne maius esset dicere, regem regum, & Dominum dominantium? Nonne maius esset fidiceret: Habetus apud patrem, Iesum Christum, magnum consilium, & futuri seculi parentem, aut admirabilem, aut fortē in prælio, aut aliquid huiusmodi; quæ multa sunt pie vniuersam scripturam? Et quid magnum hoc, vocare Iesum, Iustum? cum & Abel ore eius; ongili

42 Super Psalm. 50. Homilia quinta.

Mat. c. 22 iustus sit appellatus? Ut veniat super vos omnis sanguis iu-
stus, qui effusus est super terram, à sanguine Abel iusti usq.
&c. Non maius aut sublimius est, cum rex regum, & Do-
minus dominantium appellatur, aut pater futuri seculi, aut
fortis, & potens in prælio, quam cum iustus, à beatissimo
Apostolo describitur. Posset enim regnum & principatum,
& dominationem à mari usq; ad mare obtainere, dono &
liberalitate omnipotentis Dei, posset & fortis apparere in
prælio & certamine, astantibus sibi Angelis, & cœlestibus
virtutibus. Hæc autem omnia ex propria iustitia habet do-
minus meus Iesus. Tu quoq; in sanguine testamēti tui, edu-
Cap. 9. xisti viños tuos, qui erant in lacu sine aqua: dicebat ad il-
lum Zacharias propheta, hanc iustitiam (de qua Paulus
agit, respiciens). Et Abel iustus quidem vocatur à Domino
Iesu, sicut & ipse dictus est à Ioâne iustus, sed longè aliter,
Christus quidem propria iustitia iustus est, & adeò diues
Similitudo quod soluere potuit Adæ & filiorum eius debitum Abel
autem iustus est, iustitia & sanctificatione Christi, lucet D
Sol & Stellæ in calo, stellæ tamen à sole mutuant lu-
cem, & Luna. *Acto c. 2.* si filii suis ibidem in eponomiā
aduocatum ergo habemus apud patrem Iesum Chri-
stum, qui ex debito & iustitia mortis, & sanguinis sui aduo-
Ad Hebr. catum agit. Quod alijs verbis beatus Paulus docebat. Salua-
cap. 7. re in perpetuum potest, accedens per semetipsum ad Deū,
Ad Ephes. semper vivens, ad interpellandum pro nobis. Talis enim
cap. 2. decebat ut nobis esset pontifex, &c. Per semetipsum acce-
dit ad patrem, nos per illum accessum habemus ambo in
Acto c. 7. uno spiritu ad patrem. Et tandem beatus Stephanus testi-
monium perhibens de Christo, post multa inquit, & occi-
debante eos qui prænuntiabant de aduentu iusti. Vides ergo,
quanta est iniquitas nostra, ut eam perscrutari debeat
mus & cognoscere & confiteri? Adeius remissionem san-
guis Christi funditur, ad solutionem debitū decem milia
talentorum nostrorum Christus Iesus, xtemus Dei filios in
ligno

A ligno crucis moritur, unde facta est æqualitas, satisfactusq; est diuinæ iustitiae. Empti enim sumus magno pretio, & *Ad Corin.* copiosa apud Dominum redemptio. *cap. 6.*

Dicetis mihi forsitan, cum facta sit æqualitas hæc, satis- *Psal. 129.* factusq; sit diuinæ iustitiae in Christi morte, quid amplius à nobis requirit æternus pater? Ut quid iustitiam nostrā, idest, operum nostrorum, nobis habemus necessariā? Magnum est hoc argumentum scituq; valde necessarium, cui intendere propono, antequam ad cætera accedamus. Necessario huc duxit nos consideratio sacri Apostoli, ipsaq; doctrina Dauid, ad cuius explicationem, nullum aliud medium sublimius, & efficacius proponere potuimus: quam Christi mortem, quæ in redemptionem, & ad ostensionē iustitiae Dei proponitur à Paulo, ex quo comprehenditur, peccati nostri magnitudo, ut iure cum Dauid possimus dicere, Amplius laua me ab iniuitate mea, quoniam ego illam cognosco. Attente me accipite.

B Quanuistanta ac talis fuerit iustitia Christi Iesu domi Nostra in-
ni nostri, qua satisfactum est Deo ex iustitia, necessaria iustitiae-
men est sacramentorum receptio, mandatum obserua- *ceccaria.*
tio, & nostra pœnitentia. Hæc omnia expressa sunt in sacra
scriptura noui testamēti, in qua hic sanguis dicitur funden-
dus in remissionem peccatorum. De primo loquutus est *Cap. 14.*
Dominus Iesus ad Nicodemum: Nisi quis renatus fuerit *Ioan. c. 3.*
ex aqua, & Spiritu sancto, non potest introire in regnum *Sacramen-*
Dei. Hæc autem lex sub ipso exordio prædicationis Domini *torū rece-*
ni Iesu ab ipso præscribitur, & confirmatur ante horā ascē- *ptio nece-*
*sionis eius super omnes cœlos. Quo tempore iam verum *faria ad sa-*
erat quod postea scripsit beatissimus Paulus. Accessisti ad *lutem.*
testamenti noui mediatorem Iesum, & sanguinis aspersio *Ad Hebr.*
nem, melius loquentem quam Abel. De pœnitentia, prout *12.*
virtus est, in initio suæ prædicationis, edidit legem, quæ &
ab initio peccati semper fuit necessaria, dicens: Nisi pœni- *Matt. c. 4.*
tentiam habueritis, omnes simul peribitis, non sicut perie-*

Super Psalmis. Homilia quinta.

Luce. 15. rūnū illi super quos Silo et turris cecidit, sed in æternā dāmī nationem. De pœnitentia prout est sacramentum, præscripsit legem loquens ad Petrum: à quo omnis potestas, & iurisdictio in reliquos Ecclesiæ ministros. Tibi dabo claves regni cœlorum; & quodcumque ligaueris super terram erit ligatum, & in cœlis, & quodcumque solueris super terram, erit solutum, & in cœlis. Non potest autem huiusmodi solutio fieri, sine cognitione culparum, neque hæc haberi ab homine, qui minister huius ministerij institutus est, sine confessione. Necessaria est ergo confessio diuinum ad eorum solutionem. De sacramento autem al-

Ioan.ca. 6. ris expressam legem etiam proposuit. Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. De necessitate mandatorum, existimando - tant expressæ scripturæ. Prima sic habet. Si vis ad vitam rū necessaria ingredi, serua mandata. Quam loquutus est Dominus Ier- ria, Jesus quærenti quid illi esset necessarium ad vitam æter-

Matt. 19. nam, cui si vis ad vitam ingredi serua mandata. De quibus D

Matt. 28. ad Apostolos loquutus est post suam resurrectionem Do- minus, imo sub hora ascensionis eius. Data est mihi omnis potestas in cœlo, & in terra: eentes ergo (optima illatio) docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine pa- tris & filij & Spiritus sancti. Et ut ostenderet non sufficere

sacrum baptisma, quod fidei est sacramentum, & regene- ratio, sine obseruantia mandatorum, dixit: Docentes eos

Jacob.c. 2. seruare quæcumque mandauit vobis. Vides quomodo sa- lus nostra non solum pendeat ex sanguinis effusione Do- mini Iesu, aut ex sola fide eius, quæ sine operibus mortua

Nota Val- de. est, aut ex sola sacramentorum receptione & vsu, sed etiā, & quam maxime, ex obseruantia præceptorum. Has au-

tem leges sacramentorum & operum & pœnitentiarum, ipse iustus, & iustificans Iesus Dominus noster, qui iustitia san- guinis sui fecit æqualitatem inter Deum & homines ipse- met tulit, non ab alio præscriptæ sunt. Quod si de hac re

alicuius

A alicuius querela esset audienda, maxime Domini Iesu, qui Deo pati pro Adæ, & filiorum eius debito plenissime satisfecit. Sed hic Dominus, æ qualitatem faciens, iustus, & iustificans, has leges tulit, & mundo vniuerso seruandas proposuit. Et ut quid exulem à regno facis, gentilem aut *Nota.*
 paganum, quam fidelem in peccato existentem, cum pro *Inexpug-*
omnibus satis redditum sit à Christo, & eterno patri. Dices nabile ar-
 mihi, quia Christus Iesus positus est propiciator per si-*gumatum.*
 dem in sanguine ipsius secundum Paulum. Optimè val-*Roma. 3.*
 deque necessaria responsio. Quid est per fidem? Per fi-
 dem eius, ut scilicet credamus in eum, & quæcunq; ab ipso
 dicta sunt esse vera, ac saluti necessaria. Manibus ambabus
 venio in sententiam tuam, imo tu subscribis fidei nostræ,
 nec longe es à regno Dei. Dominus enim Iesus, in quem
 oportet credere, & cui necessarium est credere, hæc om-
 nia mandauit & instituit, ergo hæc omnia fides, sacra-
 mentorum usus, mandatorum obseruatio, & pœnitentia,
 B tia, pro eorum transgressione, sunt ad salutem necessa-
 tria, & ad nostram gloriam & exaltationem multum
 conducibilia.

Quod argumentum eleganter pertractat beatus Ire. *Irenæus. 3.*
 næus respondens cuidam quæstioni, & querelæ fatuo - lib. adver-
 sum hominum qui dicebant. Oportebat Deum neque sus hæres.
 Angelos tales fecisse, ut possent transgredi eius diui-*cap. 72.*
 num mandatum, neque homines, qui statim ingratiti exi-
 sterent in eum. Omnes eiusrationes, vim & robur qui-*Coronari*
 dem habent, prout mihi videtur, in statu naturæ cor-*ex merito*
 ruptæ, vel plures illarum, prout suo cuique loco an-*quam vti-*
 notabitur. Primo quidem si naturam nostram consi-*le & glo-*
 deres, quantum antecellat, magnificataque sit, supra *riosum.*
 naturam, & conditionem animalium facile comproba-
 bis congruere nobis ex merito ac proprio labore coro-
 nam gloriæ possidere. Rationales enim existimus, no-
 strarumque actionum Domini. Quod dicebat beatus

Super Psalm. 50. Homilia quinta.

Irenæus , examinatores & iudiciales facti sumus , & non C
quemadmodum irrationabilia , quæ sua voluntate nihil
possunt agere. Sed necessitate , & vi ad bonum trahuntur,
in quibus unus sensus & unus mos inflexibilis , & sine iu-
dicio , quæ nihil aliud esse possunt , præterquam , quod fa-
cta sunt. Hoc primum argumentum (vt dixi) peritum est à
nostræ naturæ conditione , quia rationalis extat , cui bo-
num supernaturale contingere habet ex dono Dei , & pro
Deus solus pria electione , & operatione. Vna enim natura sola est ,
à seipso beatæ à seipsa est beatæ perfectissimæque. Hæc est diuina na-
tura quæ Deus est. Hic beatus Deus perfectissimusque à
seipso est , vnde , & infinitam perfectionem , & beatitudi-
nem habet. Carteri , scilicet Angeli , & homines , etiam si
de illis dicamus (prout infra declarabimus) quod fuerint
creati in gratia iustificante , propter quam diuinæ naturæ
facti sunt confortes , non tamen bonum beatitudinis , sine
electione & operatione propria obueniret illis , sicut neq;
Angelis datum est sine vsu propriæ voluntatis. Habue- D
runt enim suum præceptum , &c. & eius obseruantiam per
quam beatitudine donati sunt. Si enim solo dono Dei ha-
berent beatitudinem , nec suave esset eis , idest , ita suave
quod est bonum , neque pretiosa communicatio Dei , neq;
magnopere appetendum bonum , quod sine suo proprio
motu , cura , & studio prouenisset , sed vltro & ociose in-
quisitum , inquit sanctus Doctor. Iam quæ sequuntur ratio-
nes ad nostrum statum post peccatum magis conueniunt.
Quæ autem corona his , qui non eam vt vñctores in certa-
mene consequuti sunt ? Quæ autem gloria , his qui non stu-
duerint illud ? Fuit etiam studium , & certamen sanctis An-
gelis sicut testatur sacratissimus Ioannes. Factum est præ-
Apoc. 12. lium magnum in cœlo Michael & Angeli eius prælia-
bantur , &c. Sed sine labore & sudore . Quod & primis pa-
rentibus nostris contingere , si in originali iustitia per-
mansissent , sicut infra dicemus. Iam propter nostrum cer-
tamen

A tamen laboriosum quidem Dominus violentum dixit re *Matt. 11.*
 gnum cœlorum, & qui vim faciunt diripiunt illud. Pro. *Regnū cœ.*
 pter hoc & Paulus ad Corinthios inquit: Non scitis quo- quare vio
 niām hi, qui in stadio currunt omnes quidem currunt sed *lentiam pœ*
vnius accipit brauium; sic currite ut comprehendatis. Om. tiatur.
 nis enim qui agonizat, in omnibus quidem continens est. *1. Cap. 9.*
 Illi quidem ut corruptibilem accipient coronam, nos au- *pe. amol*
 tem incorruptam. Ego autem sic curro non in incertum,
 sic pugno non quasi aërem cædens, sed liuidum facio cor
 pus meum, & in seruitutē redigo, ne forte alijs prædicans,
 ipse reprobus efficiar. Bonus igitur agonista ad incorru-
 ptelæ agonem adhortatur nos, ut coronemur, & pretio-
 sam arbitremur coronam, videlicet quæ per agonem no-
 bis acquiritur, sed non vltro coalitam. Et quanto nobis per
 agonem aduenit, tanto est pretiosior, quanto autem pretio-
 sior, tanto eam diligimus. Labor plus ad amorem, quam
 ad segnitiem excitat. Prætiosior siquidem corona est, quæ
 B laboribus, & agoni, & luctæ redditur. Sed neq; similiter di-
 liguntur ea, quæ vltro adueniunt, (inquit sanctus Irenæus) *2. ad ador.*
 quam illa, quæ cum multa solicitudine adiuueniuntur. Pro
 nobis ergo est diligere Deum, & habere beatitudinem cum
 agone, siquidē dulcior, & præclarior corona, ut supra pro-
 batum est, non ergo contra nos sic ordinavit diuina sapien-
 tia, quæ omnia suaviter gubernat, & disponit. Iam simili-
 dinibus, & exemplo Domini Iesu rem hanc confirmat. Vi-
 dere, non tantum nobis esset desiderabile, nisi cognouisse-
 mus quantum esset malum non videre. Et bene valere au-
 tem, malevolentis experientia honorabilius efficit, & lu-
 cem, tenebrarum comparatio, & vitam mortis. Sic regnū
 cœleste, honorabilius est his, qui cognoverunt terrenum.
 Quanto autem honorabilius, tanto magis diligimus illud.
 Et si plus illud dilexerimus, clariores erimus apud Deum.
 Audi magnum ac stupendum exemplum, quod quidem
 si comprehenderis optimam ac salutis viam hanc, ad vi-

24 Super Psalm. 50. Homilia quinta.

ram & regnum iudicabis agōn, & lucta, ac propriatua C
voluntas & studium. Pro nobis (inquit) omnia hæc su-
stinxit Dominus, ut per omnia eruditus, in omnibus in
futurum simus cauti, & perseveremus in omni eius di-
lēctione (hac autem mandatorum obseruantia perfici-
tur, dicente Domino , qui diligit me mandata mea ser-

Ioann. 24. uabit) rationabiliter edociti diligere Deum. Quid est
rationabiliter edociti ? Edociti sumus quidem sacramen-
ta Ecclesiastica recipere, pœnitentiam agere, seruare
mandata, obedire præpositis, & regibus. Vim infer-
re nobis, & nostris desiderijs carnalibus, quæ aduer-
sus animam militant, &c. Magnum est hoc exemplum.

Hebr. 13. Is enim ante oculos nostros proponitur, qui naturalis
Dei filius est, & à beato Luca sub lucta & agone, & mag-
no certamine prædicatur, adeo ut factus sit sudor san-
guinis eius, sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram.
Luc. 22. Quem sudorem hic sanctus Doctor globos sanguinis

4. li. ad uer sus hære. 5. cap. vocat alio loco. Hunc oportuit pati, ut intraret in glo- D
tiam suam. Quanto magis ad te expectat agōn & lu-
cta, qui venundatus es sub peccato ? Satis de hoc ad ma-

gistrum reuertamur. Inquit, Deo magnanimitatem præ-
stante in apostasia primi hominj: homine autem eru-
ditio per eam quemadmodum propheta ait. Emenda-
bit te abscessio tua, perficiente Deo omnia ad hominis
perfectionem, & ædificationem, & manifestationem
dispositionum, uiri & bonitas ostendatur, & iustitia
perficiatur, & Ecclesia ad figuram imaginis filij eius
coaptetur, & tandem aliquando maturus fiat homo in
tantis maturescens ad videndum & capiendum Deum.
Vides quantis rationibus auctoritatibus, similitudini-
bus, & exemplis comprobauit sanctus Irenæus necessa-
riam luctam nostram, & laborem, etiam si tantus fue-
rit redemptor, & iustitia eius ? Sit satis. Usque huc in no-
stra disputatione, quærentes, & perscrutantes patris iu-
stitiam,

A stitiam, & Christi satisfactionem, deuehimus, quo sa-
ctum est ut gravitatem magnam nostrorum peccatorum
cum David cognoscamus, ad quorum redemptionem
opus fuit tali redemptore, & effusione sanguinis eius,
quo ostendit nobis Deus pater suam magnam iustitiam,
de quo Paulus ad ostensionem iustitiae sue. Quam cum
cognoueris, & iniquitatem tuam magnam deprehende-
ris, dicere debes cum David. Amplius laua me: quoniam
iniquitatem meam ego cognosco.

Quod si hanc magnam considerationem Pauli non
capis, humilioribus verbis loquar ad te, & quidem in
multo desiderio animæ meæ. Vide & considera qui-
bus sermonibus loqui sunt sancti Dei prophetæ & præ-
dicatores, qui iniquitatem populi sui arguebant, &
desiderabant propalare ponereque ante oculos pecca-
torum, sicut proposuit Nathan Dauidi. Primum ver-
bum quod de re hac auditur ab ore Esaïæ hoc est, imo

Cap. I.

B ab ore Domini Dei nostri. Spreuerunt me. Ut autem *Despectio*
cum hac despectione sua, coniungeret nostram ma- *Dei.*
gnam ingratitudinem dixit. Filios enutriui & exalta-
ui, ipsi autem spreuerunt me. Heu quanta est pecca-
ti nostri iniquitas. Væ nobis, qui Dominum, qui exal-
tavit nos, & enutriuit sanguine, & corpore suo spre-
uimus. Spreuit & illum pessimus ille Herodes cum exer-
citū suo, indutum veste alba. Indica mihi, ô homo, quan- *Luc. c. 23.*
ta indignatione commouetur cor tuum aduersus Herodē
cum audis spreuisse illum, Dominum Iesum vestitum ve-
ste alba? & ostendam tibi, quanta ira aduersus temetipsum
insurgere debeas ad vindictam, & flagellum peccatorum
tuorum. Spreuisti Dominum Deum, qui nutrit & exal-
tavit te. Ut autem magnitudinem huius despectionis intel-
ligas, considera quid sanctus Hieremias querula voce cla-
met imo Dominus. Quid iniquitatis inuenierunt in me pa- *Hiere. c. 2.*
tres vestri, ut me derelinquerent, & ambularent post va-
nitatem?

34 Super Psalm. 50. Homilia quinta.

Dereli- nitatem? Quasi diceret. Qui derelinquitur, propter suam C
Etus Deus iniquitatem oportet relinquatur. Quid ergo inuenerunt
à peccato- in me iniquitatis patres vestri, & vos filii eorum, quid ini-
ribus. quid iniquitatis in me inuenistis? Præcipue quod derelictus sum
propter vanitatem, ut ambularent post vanitatem, inquit.
Hoc quidem commune est omnibus peccatoribus, secundū
magis, & minus ut verum sit de illis dicere quid s' preuerut
Dominum, eumq; dereliquerant, & quidē propter vanita-
tem. Perpendis iam, o homo magnitudinē iniquitatis tuę?
Attendis quale est crīmē, & delictū tuum, quā dignum fle-
tibus, & lacrymis, & ira aduersus temetipsum? Nūquid nō
pro tanta iniquitate oportet te esse sollicitū? Nonne ope-
ter orare: Amplius in multum, etiā atq; etiam laua me: quo
niā iniquitatē meā ego cognosco? Perscrutemur iam, quas
apud beatissimum Paulum de re hac legimus voces, ut in
ore triū stet hoc verbū nostrū hodie. Habemus ex Esaiā,
& Hieremia has voces, derelictus, & despectus Dñs Deus
à peccatoribus. Despectus & derelictus expolietur bonis, D

Ad Galat. priuetur & hæreditate sua, mittaturq; in exilium. De quo
cap. 3.

Paulus ad Galatas inquit. O insensati Galatae ante quoru-
oculos Iesu Christus proscriptus est. Scio de quo scelere

Proscri- sermonē ageret sacraissimus Paulus, sed & scio suo modo
ptus quid. hæc nostris peccatis conuenire. Ad cuius intellectum no-

tandum est, quod proscripti homines dicebantur, qui pro-
pter scelera eorum, bonis, & patria priuati, in exiliū mitte-
bantur. Hæreditas Christi nos quidē sumus, quos sanguine
suo tanquam pretio magno emit, & redemit de manu, &
potestate diaboli. Cum autē aduersus legem insurgimus,
ecce hærediras eius datur alienis, id est, Satanæ & Angelis

Heb. c. 10. eius,mittiturq; in exiliū. Audi & viliorē despectionē, quā
Conculca- aduersus Dñm Iesum cōmittis. Cum de supplicijs antiqua-
tus Dens à legis transgressoribus taxatis ageret idem Paulus, statim in
peccatori- tulit: Quanto maiora existimatis mereri supplicia, qui fi-
bus. lium Dei conculauerit? Nolo mihi dicas præsenti loco
sicut

A sicut in superiori ad Galatas, Apostolum sermonem agere de infidelitatis peccato. Audi quid de re hac scripsit beatus Ambrosius. Quomodo conculcat quis filius Dei? *Ambro. su* Quando enim indignus eo participatur per sacramenta, per ca. 10. nonne grande peccatum committitur nonne illum *con* ad Hebre. culcat? nonne ipsum contemnit? Sicut enim ea quae oculi. Habet haec eamus, nullius momenti penitimus, sic & qui libere peccat doctrinam absque timore, & absq; pœnitentia Christum nullius mo^r apud beatamenti existimant, neque eum futurum iudicem formidat. *tum Atha* Factus est per gratiam corpus Christi, & seipsum facit cor nasi in de pus diaboli, & sanguinem Christi polluit, in eo quod mun^r *Cruce et* datus est, & ad vomitorum redditum pristinum, & seipsum passione do per pœnitentiam mundare negligit, spiritum gratiae iniun^r mini in f^rians, &c. De quo Ambrosio, Anselmus per omnia suscep^r ne.

pit expositionem suam super eundem locum. Vide ergo, & considera quanta sit iniquitas peccati nostri, (loquere tu aduersus singula peccata populi tui.) A nobis derelictus est

B Dominus, & spretus, missus in exilium, calce abiectus, & conculcatus. Heu heu heu Domine Deus, quanta lacrymae, quot gemitus, qualis ignis & tenebrae nos excipient, pauci tere nolentes. Heu, vobis, qui in Deum & Dominum nostrum peccauimus. Nunquid pro hac iniquitate non est rogandus Dominus? Amplius laua me quoniam iniquitatem meam ego cognosco. Nunquid pro hac iniquitate non est facienda magna pœnitentia? Nunquid non iuste diffinitum est, nisi pœnitentiam habueritis omnes simul peribitis? Nunquid non iuste decernuntur dolores, & ignis æternus, aduersus iniquitatem nostram? Nunquid non iuste scriptum est, Secundum duritiam tuam, & corporis pœnitentie nesciens thesaurizas tibi iram, in die iræ, & revelationis & iusti iudicij Dei, qui reddet vnicuique secundum opera sua? Consule ergo, o homo tibi, & salutis tue, cognosce cum David iniquitatem tuam magnam, & ora in tota amaritudine animi tui: Amplius laua me, id est, in multu laua me;

Rom. x.

etiam

Super Psalm. 50. Homilia quinta.

etiam atq; etiā: quoniā iniquitatē meā ego cognosco, quā C
ta sit & quā grauis, & ex multis diebus adhārēs inueterata.

Et peccatum meum contra me est semper. Vnde sermo
nis exordium faciemus? Nunquid sanctissimi prophetæ
aperiemus spiritus diuitias multas & magnas, aut nostram
deplorabimus paupertatem, & condemnabimus audaciā,
& arguemus inuercundiam, sumimamque stultitiam eo-
rum qui gloriantur in rebus pessimis, & prædicant, ac si es-
sent heroica facinora adulteria sua, stupra, & homicidia?
O tempora, o mores, sed virilius, iudico, procedemus si in
conspicu oculorum nostrorum posuerimus mentem san-
cti David. Iniquitatem meam ego cognosco, & peccatum
meum cōtra me est semper, inquit. Quasi diceret: Brevis-

tempore fuit pro me, cum forma & pulchritudo mu-
lieris alienæ placuit in oculis meis, & obscuravit eos caligi-
ne implens. Tunc amplexibus potiri, gratum erat. Iam, D
cum aperti sunt oculi mei, ut cognoscam iniquitatem
meam, & magnitudinem scelerum meorum, peccatum
quidem meum cōtra me est, clamat contra me, & sem-
per, sine interuallo aliquo, recordatio, & species ipsa mei
me erroris impugnat. Contra me est semper, clamans sicut

Genes. clamabat olim effusus à parricida Caino sanguis Abel fra-
2. Reg. 12 tris sui. Clamat contra me peccatum meum, etiam si à te

Job cap. Domine magna pieratis, & misericordiae, sit dimissum,
& à me translatum, sicut propheta tuus Nathan indicauit
mihi. Et cū semper sit cōtra me, semper repleo os meū in-
crepationibus ponens iudiciū meū corāte. Contra me est
semper. Séperq; percutio in tota amaritudine animæ meæ
peccatus meū, quod tantā cōcepit, ac peperit iniquitatē. Con-
tra me est semper, humiliās vsq; ad profundi inferiora cor
meū, & condēnans in durissimū carcerē corpus meū. Con-
tra me est semper, quia & vigilās & dormiēs coabitatus eius
affligit vehementer animā meā. Contra me est semper, di-
gnum morte & doloribus iudicahs tantū peccatorē. Con-
tra me

A contra me est semper, & in omni loco, & in oculis omniū. Tū enim Dñe fecisti illud in cōspectu omnis Israel, & solis hu-
iū. Omne hominē aspicio tanquā vindicē tuū, arguentē. *Nota.*
& increpatē me, arguerq; mē mūdus vniuersus, vsq; in si-
nem seculi, in generatione, & generationē narrabitur ma-
gna ingratitudo, & iniquitas mea. De quo Dñe non ange-
tur dolor, aut tristitia cordis mei, imo ex hoc gratulor mi-
hi & dico: Euge animæ meæ, & tibi reddo immortales gra-
tias. Contra me est semper ferit acutissimo gladio viscera
mea, vnde abundāter fletus mei rigant maxillas meas, &
stratū meū, neq; ex rēpore, quo calix vini solet lētificare
cor mārētis animi, cessat oculus mēus à lacrymis, imo po-
culū mēū cum fletu misceo. Certe quantū ingeniuū meum
scrutatur spiritum, & mentē Dauid, secretaq; animæ eius,
credo præuidisse futurū vsq; in sempiterñū, ut argueretur
ab hominibus, eius iniquitas, & in spiritu humiliato, hanc
manifestationē sui criminis, & increpationem ingratitudi-

Bnis, acceptauit, & gratias reddidit. Nec mēsis nec dies vlla
prætereūt, in quo non prædicatur homicidiū, & adulteriū
Dauid, nullūq; nō mouemus lapidē ad eius exaggerationē.
Et quid dicam? diffamatū est verbum hoc vsque ad hanc
diē, & vsq; in sempiterñū, in auribus omniū gētiū. Videte
quanto mansuetius nobiscū agat Dñs Deus, in remissionē
peccatorū nostrorum. Quia in aure sacerdotis iubet cōfite-
ri, & sub pallio absolutionē tegit ab oculis suis, & omniū.
Ecce qualis fuerit Dauid in pœnitētia ac doloribus suis
videamus iam quales sumus & nos. Nee tamē his animis
mihi est aduersus impurissimos, & stolidissimos peccato-
res scribere, quibus æternā pœna & flagellum vehementis
vltionis dabit intellectum. Quibus non solū pro ipsis, sem *Psalm.*
per est peccatum eorum, gloriante in malitia, quia poten-
tes fuerunt in iniquitate, qui peccarū suū prædicat in aur-
ibus omniū ore præconis, sicut Sodoma, verū eriā aduersus
semeripso fallūm testimoniū dicūt, cū eriā de illis peccatis
meu
glorian-

gloriantur, quorum gaudium obtinere non potuerunt. Heu quis dabit capi si hostro aquam, & oculis meis fontem lacrymarum & plorabimus die ac nocte super interfertos

Exo. c. 10. filiae populi nostri. Non fuit Aegyptus sicut tenebris aggrediebatur. *Eze. c. 23.* uatus sicut obscuratum est insipiens cor eorum. Quibus congruit quod dictum est aduersus Iudam & Israelem.

Cumq[ue] venissent ad eam filii Babylonis ad cubile mammarum poluerint eam stupris suis, & pollutum est ab eis.

Peccatum & saturata est anima eius ab illis. Denudauit quoque forniciando procreationes suas, & discooperuit ignominiam suam, & insani peccatore, ut libidine super concubitum eorum quorum carnes sunt, quando ut carnes asinorum, & sicut fluxus equorum, fluxus eorum.

ro contra De eis etiam dixit Esaias. Peccatum suum quasi Sodoma ipsum. prædicauerunt, nec absconderunt. Ecce quomodo peccatum pro ipsis fuit, attendite qualiter contra eos converte-

Ezech. 23 tur. Hæc dicit Dominus Deus: Ego suscitabo omnes amatores tuos contrate, de quibus satiata est anima tua, & congregabo eos aduersum te in circuitu.

O quam durus, & fortis erit hic exercitus inimicorum. D

Cap. 3. Quis auertet manus illorum? Qui sustinebit? Iam Esaias,

Cap. 14. Vx illud æterni doloris proclamauit. Vx animæ illorum quoniam redditæ sunt eis mala. Et in libro sermonum Hiæ remiæ prophetæ scriptum est. Nunc recordabitur Dominus iniquitatum eorum & visitabit peccata eorum. Heu qualis erit exitus animæ eorum, aduersus quos suscitabit Dominus magnum exercitum peccatorum, de quibus glorianti sunt. De quibus sit satis. Abeant cum patre suo diabolus in æternum supplicium, ubi certe aperientur oculi eos

rum, ut cognoscant nuditatem, & ignominiam animarum suarum & oculos quos culpa clausit, aperiet poena, arguetque eos malitia eorum, & increpabit, statuetque Dominus eos

tra eos omnia sceleria eorum, exercitum grandem nimis;

Apolo. Da neque effugient. Si placet legi beatum Ambrosiu[m] de hac re

ad. 1. c. 9. Peccatum meum contra me est semper. Quod per nos

-ne fit ergo uem

A uem mensum spatiū aut decem fuit prome; pladen sac Peccatum delectans animam meam, ecce contra me est etiam dimis quanto tēsum, & semper dolore consumor, oculi mei facti sunt vepore pro luto fluius inundans, & rugitus fletus cordis mei velut David & leonis auditur. O quam plene Baruch propheta præuidit quanto cō in David hanc pœnitentia imaginem perfectissimam, tra illum. cum dixit: Sicut fuit sensus vester ut erraretis à domino, sic cap. 4. decies tantum conuerentes, requiretis eum. Sensus oculorum fuit David scandalum, cū vidit mulierem pulchram, se lauantem in solario, vnde captus est, & errauit à via domini, & à sancta lege eius. Videte quomodo castigat illū eunde in sensum, propter quem à domino errauit. Exitus *Psalm. 118.* aquarum deduxerunt oculi mei, quia non custodierunt legem tuam. Et quid dico solum decies tantum requisiuisse David dominum in toto corde suo? Imo milliestantū profecto. Imo assumpsit pœnas, & sicut aquila volavit mitans fortitudinem, & non defecit. Mutauit fortitudinem, quam in multis peccatis ostenderat, & fortis, & fortissimus factus in pœnitentia est. Sed beatissimus Paulus præuidens

B magnam cordis infirmitatem, & quasi nullum zelum nostrum, quo armare deberet peccator cor suum, aduersus se metipsum, non decies tantum in nostra conuersione requirebat à nobis, sed tantum, Humanum dico propter in *Roman. c. 6.* firmitatem carnis vestrae. Sicut enim exhibuisti membra vestra seruire immunditiae & iniquitati, ita nunc exhibete membra vestra, seruire iustitiae, in sanctificationem. Super quod eleganter dixit Adamantius senex Origenes. Pudorem per hoc quandam incutit Ap̄stolus auditoribus, vt *Libr. 6.* su hoc saltem obsequij dependat iustitia & sanctificationi, per. *cap. 6.* quod immuditiae & iniquitati detulerat. Quid enim tā humanum, hoc est rā leue, quid tam sine onere, & quod nulla ratione, prorsus possit infirmitatis excusari? Sicut inquit, exhibuisti membra vestra, seruire iniquitati, ita nūc exhibete membra vestra, seruire iustitiae in sanctificatio-

Super Psalm. 50. Homilia quinta.

nem. Ingloriosum quidē est, ut ita quis virtutibus, sicut vi
tijs, seruiat, multo enim amplius, & multo intentius honos-
rāda iustitia est: sed ego inquit humanè & cōmuniter ago,
Humanū eadē postulo, similia requiro. Dudum currebant pedes ve-
stīs ad dæmonum templā, nū ne autem concurrant ad eccl-
esiam Dei. Currebant prius ad effundendum, nūncau-
tem ad libādum sanguinem currañt. Protendebantur ma-
nus prius, vt aliena diriperent, nūn protendantur, vt pro-
pria largiantur. Circunspiciebant prius oculi mulierem
aut alienum aliquid ad concupiscendum, nūn circunspil-
ciant pauperes, & debiles, & egenos ad miserendum: au-
res deletabantur auditu vano, vel bonorum derogatio-
nibus, nūn conuertantur ad audiendum verbum Dei, ad
explanationem legis, & ad capiendam sapientiam & disci-
plinam. Lingua, quæ conuitijs, maledictis & turpiloquijs
assueta, nūn autem conuertatur ad benedicendum Deum
omnipotentem in omni tempore, sermonem sanum pro-
ferat & honestum, vt det gratiam audientibus, & verita-
tem loquatur cum proximo suo. Sed quid opus est hæc sin-
gula persequi cum pateat etiam tibi vnius cuiusque mem-
bri ministerium, quod exhibuit vitijs aptare virtutibus, &
actum, quæ exhibuit immunditiae, ad castitatem nūn sancti-
ficationemq; cōuertere? Videtur sane hic iustitiā pro om-
nibus simul virtutibus nominasse, sicut ē cōtrario iniquita-
tem pro omnibus simul vitijs posuisse. Verecundum cer-
tē hoc est, leue, & humanum, vt non maiora & altiora ope-
ra, in seruiendo virtutibus, à nobis exigat sacratissimus
Apostolus, quam in sequēdis vitijs, fuit nostrum studium:
Relinquamus Dauidi, & perfecte penitentibus, Baruchi
magnum doctrinam, & saltim, tanquam infirmi, Pauli re-
gulam amplectamur. Sicut exhibuisti membra vestra ser-
uire iniquitati, & impudicitiae, ita nūn exhibete seruire
membra vestra iustitiae in sanctificationem. Sit tantum,
tantoq; tempore, & tam plena voluntate peccatum ve-
strum

A ffirmum contra vos, ut vindictam sumatis de concupiscentijs oculorum & aliorum sensuum, sicut fuit pro vobis & de-licijs vestris. Iuxta delictum, & nefariam delectationem eius, sit & modus plagarum. Iuxta gaudia, hoc est ad mentes foras gaudiorum vestrorum, sit & luctuum tempus, & modus. Ut in tam tantum bonum nostris pœnitentibus hoc tempore conting eret, ut beatissimi Apostoli doctrinam amplectentes, tantum per omnem modum impeditet iustitia, & pœnitentia, quantum iniquitati, ad certam eorum perditionem exhibuerunt. Heu quod nec hanc doctrinam sequuntur, tantum abest, ut decies tantum converentes requirant dominum. *Quid dicam vobis? Quid a nobis scribendum aut loquendum expectatis?* Non propheta non Apostoli sequuti elli doctrinam, cœlestaque magisterium. Cuius discipuli eritis? *Quis docebit vos?* Sensus quidem carnis vestrae, quæ amara horret & fugit, quæ gemitus & lacrymas declinat, ut vel sic in sententia perseverans, trahat in sempiternum interitum se

B & miseram animam. Vnde hoc magnum & periculo plenum malum vestrum? Ad eod lethale factum est vulnus cordis vestri, ut expers factum sit doloris, & sensus. De quo dicebat beatus Ambrosius. Bonæ mentis est, vulnus *Ambros.* Sentire peccati: Nam qui expertes doloris sunt, non sentiunt vulnus acerbitudinem, quod est immadicabilis ægri-*Apolog. 1.* David c. 4. tudinis. Qui autem aliquo dolore penguntur; sicut doloris sensu non carent, ita etiam non carent sanitatis profectu. Vbi enim doloris sensus ibi etiam sensus est virtus. Sentire enim vitalis vigoris ac munieris est. Sit ergo ò homo contra te peccatum tuum, pungat, & stimulet, nec recalcitres contra stimulum quia durum, & amarum. Sic cupis misericordiam magnam inuenire, cognosce iniquitatem tuam, ut vindictam assumas, præueniens faciem domini in confessione. Pone ante oculos cordis tui culpas operis, & recognita vltimæ animaduersionis iudicium, & iusticiam,

91 Super Psalm. 50. Homilia quinta.

Isa. cap. in quod ardor seriti iudicis ira, labia eius indignationis plena, de quibus exierit gladius, utraque parte acutus, sicut te, *Ioan. c. 1.* statur beatus Ioannes in sacra Apocalypsi, in quo (inter*1. Richar.* pretante Richardo de sancto Victore) sententia iudicis, *super 1.ca.* quæ corpus & animam perdet in gehenna ignis, intelligitur, *Apoc.* Nunc enim gladius diuinæ ultionis altera tantum parte acutus animam miseram peccatoris ferit, recondito corpore intra terræ viscera usque ad generalem resurre*Sententia* etionem. Tunc autem, totus homo audiet: Ite maledicti iudicis in eum in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis *Ultimo iu-* eius. Iamque est redditus gladius utraque parte acutus, dicio. *Hæc* reuolue o homo intra cordis tui arcanum multoties, *Matth. c.* vi concipias timorem domini a facie iræ eius, & parias *25.* spiritum salutis. Cum dono Dei fuerit peccatum tuum contra te, tunc ascende tribunal mentis tuæ (sicut docet *Gregorius* beatus Gregorius) constitue temetipsum contra te, vide & *super hunc* considera fæditatem ac turpitudinem iniquitatis tuæ, sis locum. tibi iudex incorruptus, torqueat timor, erumpat confessio, ut cum propheta dicere possis. Iniquitatem meam *cap. 11. 1.* ego cognosco & peccatum meum contrame est semper. Hoc *ad Cor.* iam docebat sanctissimus Paulus. Quod si nos metipso di judicaremus, non utique dijudicaremus. Dum enim iudicamur, a domino cotripimur, ut non cum hoc modo dam nemur, sed gratiam consequentes per penitentiam, it & gloriam donet clementissimus pater per dominum nostrum Iesum Christum filium suum.

SUPER PSALMVM QVINQ
quagesimum. Homilia sexta.

Tibi soli peccavi, & malum coram te feci: ut justificeris in sermonibus tuis, & vin-

cas cum iudicaris.

A R G V M E N T V M .

PO ST sacroru patru præsentis loci expositiones, ex quibus non solum literalem sensum ad ipsi scimus verum & aliud magnum principium ad indagandam peccati mortalis gravitatem: Iam ad reges & huic seculi potentes, auctor orationem conuerit, ut domino Deo & legibus eius & ecclesiasticis subjiciatur, sicut vere subditi sunt etiam suis legibus: adducto in exemplum magno Theodosio imperatore, per omnia beato Ambrosio Episcopo, subdito. Secundo loco euidenter probatur ex scripturis Deum habere in notitia cernere; omnia nostra, omniaque fieri in conspectu eius, & qualiter Deus sit in omnibus rebus per essentiam, præsentiam, & potentiam. Cuius fides & consideratio omnis boni origo, firmamentum, & robur est, & inter primas beatitudines virtus iusti describitur. Cuius ignoratio, & oblitio, omnis peccati fons, & principium habetur. tandem post multas expositiones verbi & malum coram te feci) valde spiritualiter depingitur, cum illis, quæ deinde in prophetarum habentur.

Tibi soli peccavi, & malum coram te feci: ut iustificeris in sermonibus tuis, & vin-

cas cum iudicaris.

Varie quidem à sanctis patribus, præsens locus exponitur: nec tamen eorum varietas officit, sed valde proficit, sicut & horum & rotarum, quibus quinatur campus, ut pulchrior & amoenior apparcat. Illud in primis, & super

17 Super Psalm. 50. Homilia sexta.

omnia curabimus, ne hac, & illac per vagantes minus utili- C
ter loquamur. Huc profecto nostri sermonis scopus intendit,

charitas enim Christi urget nos, & dilectio vestra. Nec
nos ipsos prædicamus, ut non tanquam adulterantes ver-
bum Dei dilapidemur. Adulter certe, non prolem, non ge-
nerationē querit, sed suas delicias, sic & prædictor, qui va-

ne verba componit, secundum inanem philosophiā huius
mundi. Verbū autē Christi, non in humanę sapientię or-
natu sed in ostensione spiritus, de quo multa in sequētibus.
Primo ergo loco, germanā & literalem, & quasi grāmati-
calē expositionem queramus, ut secūdo, quo nos dicit spi-
ritus, altitudinē & sublimitatē cōsiderationū prophetę cō-
sideremus. Tibi soli peccauī (inquit) quia ego quidē rex a-
tedñē constitutus super hæreditatē & populum tuum, à ne-
mine iudicor, quia nec superiorē habeo in terris præter te
dñē, regem regum & principem dominantium. Tibi ergo
soli peccauī, quia ad te solum multorum scelerum meo-
rum spectat vindicta. Peccauī quidem contra Vriam, cuius
vxorem rapui & pollui, cuius sanguinem crudeliter fudi,
gladijs filiorum Amon. Non tamen ad quēquam horum,
aut parentum ipsorum pertinet flagellum aduersum me,
sed ad te solum, dñm meum, regem meum & iudicem vni-

Distinctio uersorum. Maximē inter sepe peccare in aliū & peccare
alij distat. Peccamus in illum, quem iniuria afficimus, pec-

camus vero illi, cui demandata est à domino emendatio,
qualis est rex & iudex ab eo missus in vindictam malo-
rum, & laudem bonorum. Peccamus ergo iudici & pec-

camus in proximum. Vel aliter exponitur præsens lo-
gor. super cus, cum beato patre Augustino, & Gregorio. Tibi soli
hunc locū. peccauī: quia tu bonus solus & per essentiā bonus, quod val-
de norate, forsitan thesauros cœlestes inueniemus, & diui-
tias plurimas.

Homo homini peccat (inquit sanctus doctor) quia eum
aut par, aut grauior culpa inquinat. Deus solus iuste pecca-
ta

2. Cor. 4.

1. Cor. 2.

1. Pet. c. 2.

Aug. Gre-

gor. super

cus, cum

beato

patre

Augustino,

& Gregorio.

Tibi soli

hunc locū.

gimmo

30

A talviscitur, quia ipse solus est in quo inueniri non potest, Amb. Apo-
quod puniatur. Sic dicebat beatus Ambrosius confirmans logia Da-
superiorem expositionem. Rex utique erat, nullis ipse legi uid. 1. cap.
bus tenebatur, quia liberi sunt Reges à vinculis delicto-
rum, quod verbum etiam signa ut illud deinde considere-
mus. Neque enim illis vocatur ad poenam legibus, tunc im-
perij potestate. Hominis non peccavit, cui non tene-
batur obnoxius, sed quantum tutus imperio, devotione
tamen, ac fide, erat Deo sudditus, & legi eius subditum
se esse cognoscens peccatum suum negare non poterat, sed
quasi reus cum amaritudine fatebatur, &c. Vide te quam
eleganter, & utiliter dixerit omnia beatus Ambrosius. Sa-
cer Hieronymus in sententiam Augustini venit, elique
subscribit. Hier. super
hunc locu..

B Iam duo magni ponderis, & utilitatis, alta mente pense-
mus. Primum omnibus conuenit, & ad omnium doctrinam
spectat, alterum ad principes hiscas mundi, & potentes, qui
si male fecerint, potenter tormenta sustinebunt. Propo-
sui duo principia in superioribus ad cognoscendam inmag-
niam grauitatem, & malitiam peccati mortalis, deprehendimusque ex illis, quasi a posteriori quantum malum sit,
siquidem ad detendum illud Christus dominus mortuus
est, supplicioque eterno ac ignibus traditur ipse peccator,
qui tam effrenis inuentus est, ut non dubitaret, sanctam do-
minis legem violare inobedientisque inueniri. Iam accipite
originalem rationem ac primariam, unde declarabimus, ac
cōprobabimus, quantum malū sit peccatum mortale. Offen-
ditur quidē bonitas infinita, Deus qui summe bonus & ipsa
iustitia est, in quo nullum reperiri potest peccatum. Ecce
& lauari debet. Huc attende o homo, cum penitentiā de
antiquis peccatis statuis, quia bonitatem infinitam of-
fendisti, summamque violasti iustitiam. Inde qui-
dem habet infinitam malitiam ex parte aversionis culpa-

Originalis
ratio ad cō
probationē
peccati mor
talis.

Super Psalm. 50. Homilia sexta.

nostra, quia bonitatem, & justitiam infinitam contempsisti. C
mus omnes. Inde ergo debet & curari. Ascende ergo &
descende a primo usq; ad ultimum, & ab ultimo usque ad
primum. Ascende tamen imperfectus, a supplicijs, & igne,
qui paratus est diabolo, & angelis eius, usq; ad supplicium
crucis, in qua pro delictis tuis crucifixus est Dei filius, usq;
dum consideres infinitam Dei bonitatem ac justitiam, quam
inuria affecisti, ut sic concepto Dei timore, ostensu ubi
gladio, ac iustitia rigore, quæ maxime apparuit in morte
Christi, (sicut supra dicebamus interpretantes beatissimum
Paulum) deprehendas, quantum bonitatem obscurasti, quan-
tague sit malitia culpetrix, & quantus, & qualis debeat esse
dolor, & gemitus cordis tui. Descende a primo usque ad
nouissimum, cognosce quam bonum, & quam solum bonum
Deum & patrem, factis negasti, ut confitearis agere
tecum non quidem iniuste, si in perpetuum exilium & car-
cerem mutaris. Vides ergo quomodo ascendendo ab in-
fernali carceribus usque ad judicis tribunal & infinitam Dei
bonitatem erumpis in confessione peccati tui, & dicas, ex to-
to corde: Tibi soli peccavi, Iustissimeque eternas penas de D

Vexillum
paeniten-
tiae.

Paenitentia
de bonis
actis:

anti-

cernis aduersus me. Nam ex hoc comprobabis, quod pecca-
tum etiam dimissum, semper debeat esse contritum, qualiter
eriam si salutare usque ad vitæ finem vexillum paeniten-
tiae manibus tenere aduersus inimicum erectum, quia nec
finem habet bonitas quam despeccimus. Non sit ergo in do-
lore nostro finis, quia nec finem habet summa illa iustitia
quam contempsimus. Sufficit quidem in hominē peccan-
tes si illum accidimus, sufficit innam parque redditur si
sumus morte plectamur. Dominum autem affidentes in
iuria, nec mors nec dolor emendar eternus. Sed heu qua-
le & quantum est malum nostrum quibus sepe numero con-
tingit de bonis antea actis peccare, cum interim i memo-
ria nostra, omnia flagitia ac scelera exciderint, de quibus
poenitere valde oportebat. Hoc argumentum pertractat

Antiquus Tertullianus, in principio libri de poenitentia, in hæc verba. Quam autem in poenitentia actu irrationali redivisentur, vel uno isto satis erit expedire, cum illam etiam in bonis factis suis adhibent. Poenitentia dei, amoris, simplicitatis, patientie, misericordia propter quid in gratia cecidit. Semetipso exercentur quia benefecerint, eadem maxime poenitentia speciem, quæ optimis operibus regatur, in corde figuræ meminisse curantes ne quid boni pœnstant, contra poenitentiam malorum leuius in cumbati. Denique, facilius per eam delinquunt, quam per eandem recte faciunt. Quod si Dei, ac per hoc rationis quocumque compotes agerent, merita primo poenitentia expenderent, neque unquam eam ad augmentum peruersæ emendationis adhiberent, modum denique poenitentia temperarent, quia & delinquendi tenerent, timentes dominum, scilicet. Vix, huc nostra descendit per persitas, ut quod ad salutis remedium institutum est, in crimine, & peccatum holū cōuenientius. Sed de hoc satis. Ad propositum redeamus.

B Tibi soli peccavi inquit David, quia a te solum species peccatorum meorum vindicta, tutus imperij potestare, de uotione ramen & fide ero tibi subditus. Ecce ego in flagel *psal. 37.* laparatus sum, paratus cor meum Deus, paratus cor meum, *psal. 6.* & dolor meus in conspectu meo semper, ne arguas me in furore tuo nec corripias me in ira tua, supplex et castum miseris of diam posco. Et nunc reges intelligite, eruditini qui iudicatis terram. Iudicem quidem habetis super tribunal tremenda majestatis sedentem. Ecce ad vestram instrutionem adduco vobis Davidem regem magnum, qui confessetur peccatum suum, & quod in flagella corpus suum deputat, ecce in flagella paratus sum, inquit, recognosco futurum, quod commisi, ecce tradocor corpus meum in flagella. Subiecte Deo vosmetipso reges, & judices, qui supra homines constituti estis capita populorum. Attendite Riba ratione durissimo ac rebelli, cui dominus per Moysen dicens *exod. 10.*

Super Psalm. 50. Homilia sexta.

*Reges legi bat. Usquequo nō vis subiici mihi? Et vos nolite obdurare G.
bus diuinis corda vestra, sed erudimini, & scitote diuinę legi subditos
Ecclesia vos esse, sicut & Ecclesiasticis, secundū vtrāq; legis faculta-
tēs subdi tem, quibus dirigere habet & coercere. Vestris etiam legi
bus parere necesse est, licet ab earum pœnis sitis alieni,
& liberis.*

*Cum proprius locus ad declarandū principū, & regum
obligationem & obedientiā, quam legibus debent, is sit,
dimittēdus à nobis nō est, quin rē hanc suis numeris absolu-
amus. Quod princeps sub obedientia legis diuinæ ac natu-*

*Marc. VI-
timo.*

*ralis sit, o ciōsum quidē esset disputare. Docete omnes gen-
tes dixit Christus dñs dominorum & rex regum, seruare
quæcunq; mādani vobis. Quod etiā legibus ecclesiasticis
inuoluantur sicut reliquus populus, ab eodem fonte dimi-
nat, quia pōtificis, & ecclesiæ auctoritas diuina est, à Chri-
stadoño concessa supra omnem aliam potestatem, quæ non
solum dirigere habet, verum coercere. Excommunicatur
etiam rex, sicut populus, expoliaturque regnō propter in-
obedientiā in summum pōtificem, propter infidelitatem,*

*&c. Manifestū ergo relinquitur, subditū quo ad omnia his D
legibus esse principem. Et secundū hanc sententiā David
quidem pœnitere tenebatur, lex enim exstabat diuina de-
pœnitentia, sicut & nunc. Alia est lex ab his duabus longe*

*Prou. c. 8. distincta, licet à domino Deo concessa sit auctoritas & po-
tentia. Scriptum est enim: Per me reges regnāt, ac legum*

*conditores iusta decernunt. Et alia scriptura: Omnis pote-
stas à domino Deo est, & qui auctorati resistit Dei ordi-
nationi resistit. Nam ergo de ijs legibus dicamus, quæ &
vīm habent directiūam, & coerciūam. De illis statuitur*

*Lex pri- tanquam certissimum, princeps solutus est à legibus, id est,
ceps. ff. de à pœnis in legibus statutis. Quoniam coactio eiusdem ad
legibus.*

*seipsum esse non potest, non est enim intellectu possibile,
cap. 23. ut vim quispiam subi ipsi inferat, atque adeo se sua lege col-
lat. Unde getinanus sensus est illius sententia, quæ in pro-
nad uer*

A uerbijs scribitur. Sicut divisiones aquarum; ita cor regis in manu Domini. Quod cum priuatorū voluntates, & actiones sint in manu Domini, & per suos ministros eas gubernet moderetur, ac cogat, cor tamē regis in solidis divinis mandibibus positum est. Et sicut ipse solus Deus posset ingēiem amnem supra naturam, aliorum diuertere, aut subsistere, quam aliueus dicit, sic solus ipse regem, qui suæ subiacet voluntati, potest vel remorari, vel in aliam partem auertere, trahereq; in contrariam sententiam. Propter quod manus *Legebeatū* festē sequitur debere regem rationi, & Deo vigilantius *Greg. libr.* obaudire, qui liberior factus est, exemptus à vi coerciuale *26. Mora-* gum & poenit in eis taxatis, ne in illud domini Iesu impro *cap. 19.* perium impingant. Qui dicunt & non faciunt, & qui alijs *Matt. 23.* onera grauia imponunt, & ipsi neque digito volunt ea mouere. Vnde extra cōstitutionibus legimus, quodquisq; iuris in alterum statuit, ipse debet eo vti. Vbi citatur sa- *Cap. cū em-* pientis auctoritas. Patere legem, quam tu ipse tuleris. Et nes. *129109*

C Codice de legibus & constitutionibus aiunt imperatores

B ipsi. Digna vox est maiestatis regnantis, legibus alligatū *Lege. 4.* se principem profiteri. Alligatum inquam secundum direc-
tivam virtutem, ac facultatem, quam leges habent. Non enim est princeps extra rem publicam, sed membrum eius, caput, scilicet, & cum lex humana ex eo obligat in conscientia, quia ab eterna per naturalem deriuatur, inde certe est quod princeps alligatus est legibus, sub discrimine peccati, sicut reliquus populus. Eo vel maxime quia iam iussum opus sub virtutis specie constitutum est, sicut lex ieiuniis sub abstinentiæ virtute constituit ieiuniū quadragesimæ, lex festorum ad religionem spectat, &c. Cum autem statuimus principem subditum esse legibus suis, intelligitur de legibus quæ ex quo ad ipsum perinde atq; ad subditos spectant. Præcepit rex neminem gladio succincto incedere, aut serico indutum, non est par ratio cur ipse eisdem abstineat. Indicit autem papa ieiunium

aut festi solennitatem; eadem est æquitas in ipso, nisi iusta de causa secum, vobis cum alijs dispensauerit. C

Et qualiter potero tacere magnum ac salutarem illum sermonem, quem sapiens regibus ac reipublicæ principibus prædicauit. Audite reges & intelligite, discite iudices si iustum erat. Præbete aures vos qui continetis multitudinem & placetis vobis, in turbis nationum, quoniam data est à domino potestas vobis & virtus ab altissimo, qui interro-

gabit opera vestra, & cogitationes scrutabitur, quoniam

cum essetis ministri regni illius, non recte iudicauistis, nec

custodistis legem iustitiae, neque secundum voluntatem

Dei ambulastis. Horrende & citè apparebit vobis quoniam

iudicium diuissimum in his qui præsunt. Exiguo enim con-

ceditur misericordia: poteris autem potenter tormeta pa-

tientur. Fortioribus autem fortior extat cruciatio. Audite

& intelligite, qui iudicatis partem domini. Nunquid effu-

gietis manum eius omnipotentem, & flagellum forte, quod

potenter cruciabit, vsq; ad inferni nooissima? Non com-

munis aut vulgaris erit pœna sed potenter tormeta patien-

tur, nec tamen in patientia, sed in multo furore ac rabie, unde & dolor augeatur. Erodimini qui iudicatis terram, ser-

uite domino intimore! Non enim quia sub lege humana

non es sis, id est, sub pœnis ac doloribus eius, ideo manus do-

mini effugietis. Timeretur populus gladiū, quod vobis ad vin-

dictam malorum cōcessum est, timete & vos iudicem ve-

strum, qui gladium habet utraq; parte acutum. Timeretur po-

plus vobis commissus exilium, propter quod à malo ma-

nus retrahit, timete & vos exilium illud, quod etiam dia-

bolus & angelicus horrent. Heu quam durus, & amarus est

à facie dñi mitti in gehennā ignis æterni. Timeretur flagel-

lū in manu vestra missorum q; vestrotū, sed & vobis

doriera flagella parata sunt, sicut scripsum est: Scilicet quis

scit voluntatem domini sui & non facit eam vapulebit multi-

tis. Vobis enim dicitur: a sapiente: Neq; secundum voluntatem

*Tormenta
potentia.*

Apoc. 1.

D

A) tate D^{omi}nⁱ ambulastis. Placet quidem mihi huic loco inserere, *Theodosius*
& ante oculos proponere, magnū ac stupendū illud exemplū *suis in exercitu*
plum, q^{uod} velut clarū solis iubar, ad magnitudinē ac principiū *plum primum*
illuminationē, mundo ostēdit Theodosius imperator. Cu*cipum.*
ius seruus ab eius comitatu & charus cū Thessalonica & tu *In lege se*
multuāte populo fuisse interfectus, dissimulauit quidē in *vindicari*
perator, vocataq^{ue} plebe Thessalonica ad ludos Circenses, ius C. de p^{ro}
fit plures illorū interfici. Hunc tantū Cæsarē vnum Ambro*nis.*
suis Mediolanensis episcopūs, quae nimis civitas, nō tā am *Ambro*
pla, sicut nunc, extabat, ab Ecclesiā foribus eiecit, anathe- *suis episco*
matis enīse vulneratum. Reuertitur Cæsar in domum agno *pūs Media*
scens & quissimū esse, vt Christi legibus cedat humanæ po*lanensis.*
tentia fastigium. Non obtinet Russinus aulæ p^{rae}fectorus à
constantissimo episcopo, etiam si instarent festa natalis
domini, vt Theodosius absoluatur. Quinō irā impatiens
ad iūt episcopūm nec quidē in ecclesia, ne iterum reijcere-
tur, sed ad eum locum, vbi causas hominum iudicadas ex
peccata episcopūs. Supplex petit veniam, promisit publi-
cam ac solem̄ penitentiam. Iurat laturum legem, vt
etiam per triginta dies suspenderetur imperiale edictum,
si quis a rege iubaretur occidi. *Quod & adimpleuit.* Mox
posito regis diademate, rei personam agit, humili prostra-
tus & lacrymis fusis, & rigans solum, sicut noster Dauid,
supplici voce deprecatus est domini misericordiam. Et
quid dicam? Cum in sacerdotū loco resideret misit ad eū
diaconum suum beatus Ambrosius, vt locū suū recogno-
ceret alienumq^{ue} relinqueret. Purpura (inquit) imperato-
rem facit, Sacerdotem minime. Ijs placide auditis abiit in
locum p^{raescriptum}, & reuersus Constantinopolim, cum
invitaretur, vt maneret intra cancellos dum peragerentur
mysteria, negauit se facturum, addens neminem se vidis-
se, qui sciret episcopū agere, p^{raeter} ynum Ambrosium.
Magnum exemplū hoc est profecto, in admirationem
que rapit animos audientium & legentium.

Nec

77 Super Psalm. 50. Homilia sexta.

Principia- Nectacebo quidē iustorum & maximē perfectorum C
tus iastorū magnā felicitatem quibus concessum est, priuilegio & ho
lege beatū nore principū gaudere, non enim eos lex constringit aut
Grego. lib. coeret, sicut & principes. De quo beatissim⁹ Paulus: Iusto
moral. 26. non est lex posita. Quod Vrbanus Papa confirmat, qui ait
cap. 21. Qui alege priuata ducitur, scilicet Spiritus sancti: nulla ra
1. Tim. tio exigit, ut lege publica, pūta, humana, quæ vniuersis po
cap. 1. sita est, constringatur. Nec latuit hoc philosophos, quin
19. q. 2. ca etiam eadem dissinierunt, & scripsierunt. Aristoteles ait:
nō dux̄ sunt Ob id legibus in omni vita opus esse, quod multitudo ne
10. Eth. c. cessitati potius & pœnis, quam honestati paret; & ideo le
9. gislatores, & honestatis gratia ad virtutem prouocare de
bet. Nam hi qui probi sunt, ob consuetudinem præci
pue obtemperabunt. Aduersus autem inobedientes & he
5. Polit. c. betiores castigationes pœnasque instituere. Et alio loco
dixit: Excellentes virtute, & potentia, non sunt legibus
astringendi, sed sunt ipsi lex, ob idque inter homines, ut dij
æstimandi: Vides quomodo, & naturalis disciplina & sa
cræ literæ regibus annumerant virtuosos, & non quoscun
que, sed excellentis virtutis? Iis quidē lex non est posi
ta, ut cogat & coerceat. Nam delectabiliter, & promptè
2. Ehti. oportet operetur qui virtuosus extiterit, non coactus
& formidine pœnæ, ut autem dirigat & obliget ad sui
obseruantiam, iusto lex est posita, aliquin iustus non
esset. Sic est interpretandus locus Pauli, & Urbani Pa
Paulus in- pœ. Appellat enim legem priuatam Vrbanus Ponti
terpreta- fex singularem ductum Spiritus sancti, contra quem ne
tur. mo tenetur obedire legibus communibus. Ille ramen est
Spiritus sancti ductus, & impulsus, ut subditorum quisque
suis propositis obtéperet, neque omni spiritui credat con
tra prælatorum obedientiam, intus obloquenti, ne sit for
san angelus Satana, quem lucis esse putat. Hæc omnia di
ximus locū priorē huius versus exponentes, in quo regius
propheta soli Deo se peccasse constituit, qui solutes apoc
nis

- A** nis contra homicidas statutis erat, & tutus regia dignitate. Dñm n-
hillatere.
- Et malum corā tē feci. Iam fidem suā ostendit sacer propheta, & quidē cū ingenti fructu pectoris sui, & nostri. Ni mirū cœlestē circa res nostras prouidentiā & curā profitetur. In omni loco oculi Dñi cōtemplantur bonos, & malos, contēplātur inquit. Omniaq; nuda, & aperta sunt ante oculos eius, & nulla creatura est ei inuisibilis. Scrutator est etiā rēnum & cordis. Tenebrae q; non obscurabuntur ab illo, imō sicut lumen ita & tenebrae, & in oculis Dñi nox sic ut dies illuminatur. Viuus est enim sermo Dei, & efficax & penetrabilior omni gladio ancipi, & pertingens vsq; ad diuisionē anima & spiritus, cōpagū quoq; ac medullarū & discretor cogitationum & intentionū cordis. Hæc omnia sacra testatur scriptura multis locis. Hæc est fides sancti Dauid, augens dolorē producensq; fluum lacrymarum, quia malū in oculis Dñi fecit. Vtrunq; ergo doceamus, & meditemur, scilicet, quā viuī sit hæc doctrina, qua dōcemur. Dñm Deū nostrū, omnia bona & mala nostra inspice, quantumvis fugiētes hominū oculos, latere intra abditissima loca curemus: quamq; acutissimus aculeus feriat pœnitētū corda ad dolorē, cū attenta mēte cōsiderāt ante oculos altissimā maiestatis, & bonitatis Dei deliquisse. A contrario primū doceamus. Paulus beatissimus, in ea, quæ ad Romanos est, epistola, descripturus gētiū grauiissima scelera, quærēsq; radicē, & originē tātorū malorū, dīgi to ostēdit ex eo traxisse principiū, quia non probauerunt Deū habere in notitia. Quod quidē scelus forsitan primus omniū docuit Cainus ille patricida, qui à Dño requisitus vbi esset Abel frater eius respōdit: Nescio. Nūquid custos fratris mei sum ego? De quo inquit beatus Irenaeus: Malū est occidere fratrem, multò peius sic audacter & irreuerēter respōdere omnia sciēti Deo, quasi posset frustrari eū. Propter hoc & ipse maledictionem portauit, quoniam ad se peccatum attulit, non reveritus Dēum, neq; consulus in frātricidio
- ¶
- B** cere, quantumvis fugiētes hominū oculos, latere intra abditissima loca curemus: quamq; acutissimus aculeus feriat pœnitētū corda ad dolorē, cū attenta mēte cōsiderāt ante oculos altissimā maiestatis, & bonitatis Dei deliquisse. A contrario primū doceamus. Paulus beatissimus, in ea, quæ ad Romanos est, epistola, descripturus gētiū grauiissima scelera, quærēsq; radicē, & originē tātorū malorū, dīgi to ostēdit ex eo traxisse principiū, quia non probauerunt Deū habere in notitia. Quod quidē scelus forsitan primus omniū docuit Cainus ille patricida, qui à Dño requisitus vbi esset Abel frater eius respōdit: Nescio. Nūquid custos fratris mei sum ego? De quo inquit beatus Irenaeus: Malū est occidere fratrem, multò peius sic audacter & irreuerēter respōdere omnia sciēti Deo, quasi posset frustrari eū. Propter hoc & ipse maledictionem portauit, quoniam ad se peccatum attulit, non reveritus Dēum, neq; consulus in frātricidio

*Prou. 15.**Hebre. 4.**Psal. 138.**Hebre. 4.**Cap. 1.**Mala quā**multa non**probātum**Dēū habe-**re in noti-**tia.**Cain proui-**dentie im-**memor**negator.**Gen. 4.**Irenaeus.**li. 3. aduer-**sus hæres.**cap. 36.*

Super Psalm. 50. Homilia sexta.

Ambros. tricidio. Et beat^r Ambrosius: Exiuit & Cain a facie dñi, nō C.
Apolog. solū post parricidale cōmisum, sed etiā postquam putabat
David. 1. Dēū esse fallendū: Audiamus iā de re hac Apostolum Pau
c. 14. lū: Et sicut nō probauerūt Deū habere in notitia tradidit
illos Deus in reprobum sensum, vt faciant ea, quæ nō con
ueniunt, repletos omni iniuitate, malitia, fornicatione,
dolo, malignitate, susurrōnes, detractores, Deo odibiles cō
tumeliosos, superbos, elatos, inuentores malorū, parētibus
nō obedientes, insipientes, incompositos, sine affectione,
absque fœdere, sine misericordia. Vides quot capita ignē
& virus insanabile serpens ille émittit, scilicet nō probare
Deū habere in notitia, etiā illa opera quæ in occulto sūt?
Duobus modis exponitur ille locus Pauli à sanctis patrib^s:
Nō probauerunt Deū habere in notitia, id est, nō nescie
runt, sed minimē probaueront. Ille enim probat se Deū ha
bere in notitia, qui semper illum in præsenti habēs, pecca

Hierony. re nō audet. Sic beat^r Hieronymus. Vel aliter & forsan ma
super illū gis congruit literæ. Non probauerunt Deū habere in no
locum. D

Anselmus ibidem. Non videbit Dñs, nec intelliget Deus Iacob. Sic B. Tho
mas, & gloriōsus Ambrosi^r Impunitatē horū r̄estimaverūt

Thomas. incuriosum Deū iudicantes. Sic scriptum est in libro Job:
cap. 23. Et dicas quid em nouit Deus? & quasi per caliginē iudicat.
Nubes latibulum eius, nec nostra considerat & circa cardi
nes cœli perambulat. Ac si apertius diceret: Quid fieri potest,
vt De^r, eorum, quæ hic aguntur, singularē habeat & deter
minatam notitiā? Quod si quis forte potetur nosse de his
inferioribus, nō potest fieri vt determinata & distincta sit
ista cognitio, sed tantū obscura & cōfusa, veluti, cū quis alia
ge aliquid p̄spicit per caliginē intermedia. Ipsa siquidēn
biū intermedia q̄ obiectio ne ab inferiorib^s istis diffugiat
eisq;

A eisque impeditur, ne videre possit distincte singula, quæ aguntur à nobis. Insuper habet ipse in superbris cœlorum habitationem, & occupationem suam in cœlorum altitudine habitans, & in illis versandis, atq; voluendis se occupans, ita ut nostra, quæ hic agimus in insimis terræ, non illic vel libeat, vel liceat signifikatim per noscere. Hic originalis mundi nascensq; orbis antiquus fuit error, & vefania. Aduersus quam vehementi spiritu sanctus propheta *Psalm. 93.* inuehitur. Intelligite insipientes in populo, & stulti aliquando sapientie. Qui plantauit ausem non audiet, aut qui finxit oculum non considerat? Qui corripit gentes non arguet, qui docet homines scientiam. Et nota quam fideliter de Domino Deo scribat sanctus propheta. Mæbra tulit efficacias dedit, ne in Anthropomorphitarū harresim incidemus, qui Deū mæbra tribuūt. Quid inquit propheta? Qui plantauit aurem non audiet, aut qui finxit oculū non considerat? Et non dixit. Qui plantauit aurem, ergo ipse autem non habet: non dixit, Ergo ipse oculos non habet: sed quid dixit? Qui plantauit aurem non audiet, qui finxit oculos non considerat? Membra tulit, efficacias dedit. Hæc *Aug. Ep. beatus Augustinus ex sancto Hieronymo.*

*Nota.**Stol. 111.*

B Cum fundamentum magnæ huius considerationis hoc sit, oportet quidem vigilanter eidem intercedere usque dum ad perfectionem illud deducamus. Ingentem himnum ab eo spero fructum. Lumen naturæ sapientes, & circunspectos viros docuit Deum esse infinitum ens, per omnia perfectum & absolutum. Quod cum multa indigeret sapientia ad sui cognitionem, nec rudiis populus tantum sermonem caperet, traditum est, ac manifestatum in sacra scriptura, dicente domino per Hieremiam: Cœlum & terram *Cap. 33.* ego impleo. Ut autem simul doceret nō implere, sicut corpus locum replet, a quo & circumscribitur, orans dixit sapiens Salomon, cum magnam domum sacremq; templū *2. Par. c. 2.* Domino Deo consecrasset. Si cœlum, & cœli cœlorum te simo

Super Psalm. 50. Homilia sexta.

capere non possunt, quanto magis domus hæc, quam ædificat. Cum ergo Deus infinita sua virtute sit omnia replens cœlum, & terram, & quasq; res omnes, quæ in illis continetur, iam recognoscet homo diuinam præsentiam creatoris omnium in ipsis rebus creatis, vnde earum exactam & clara

Libr. 4. de ram habet cognitionem. Hinc Seneca dixit: Nihil ab eo benef. c. 8. vacat: opus suum ipse implet. Quocunque te flexeris, ibi

illum videbis occurrentem tibi. Ex hoc quicunque sapientes fuere, Deum esse in omnibus rebus per essentiam potentiam & præsentiam dixerunt. Quod valde eleganter, nec minus subtiliter dixit, ac exposuit beatus Iustinus mar-

Parte. 1. Baptismo Christi, Deum esse in rebus omnibus per essentiam, &c. Sic est intelligendū, est in omnibus diffundēs virtutē omnibus in pondere & mensura, cōseruans omnia ac portās verbo virtutis suæ, est in omnibus in seipso nō comprehendens ab illis non cognitus, quia inuisibilis, non manūgitur.

cōtactus, quia spiritus, sed omnia cōtinens, omnia prospiciens ē vicino, quia intimē astat omnibus, finges sigillatim

corda hominum, & intelligens omnia opera eorum. Conoscit quidem omnia, omnium habens formas, & ideas, omnia disponens ac gubernans, voluntate ac cognitione sua.

Sap. 8. Attingens à fine usque ad finem fortiter, ac disponens omnia suauiter gubernansque omnia prouidentia.

Sap. 14. Hæc sunt verba beati Iustini Martyris. Qui est in sinu Iustinus in patris, scilicet, per essentiam, is, sine partium distinctione, & divisione est in omnibus. Nec ita eum in patre tuōis fidei.

esse dicimus, vt in cæteris rebus, non quod essentia, cum est in cæteris rebus, contrahatur, sed quod captus eorum,

qui recipiunt, in diuina accipienda essentia, deficiant.

Verba Richardi sunt hæc: Nec cum dicitur totus ubique, intelligendum est, quasi omni creaturæ secundū plenitudinem se infundat, sed ubiq; est totus in seipso est, id est, ubi cung; est, se totum habet. Gubernat ergo vniuersorū pater

omnia

A omnia prouidentia sua, cognoscitq; illa, & nos & mala nostra. Ad perfectam enim cognitionem, & malum spectat, quod per bonum cognoscit. Vnum quodcunq; enim secū *Malū* quod quod est, est cognoscibile, vnde cum hoc sit esse malum modo colli, quod est priuatio boni, per hoc ipsum quod Deus cognoscitur gnoscit bonum, cognoscit etiā malum, sicut per lucem co-Deo. gnoscutur tenebra. De quo dicit beatissimus Dionysius: *Dionysius* Quod Deus per semetipsum, tenebrarum accipit visio de diuinis nem, non aliunde videns tenebras quam à lumine. De quo *nom. ca. 7.* sit satis. Iam ergo cum manifestum habeamus rationibus, & scripturis Deum nostra singularia considerare, annumeram si potest, quot & quanta scelera, & quam graui sequuta sunt illos, qui non probauerunt Deum habere in notitia apud Psalmistam. Populum tuum Domine humiliavit *psal. 39.* uerunt (inquit) & hereditatem tuam vexauerunt, vi- duam, & aduenam interfecerunt & pupillos occiderunt.

Vnde tanta licentia, & ad malum omnis audacia? *Quia* **B** dixerunt: Non intelliger Deus Iacob. Ex hoc etiam Do- *psal. 53.* minus Jesus parata sibi esse omnia mala clamat in psalmo, oratque liberari, quia non proposuerunt Deum ante conspectum suum, vt expositionem beati Hieronymi amplectamur. Deus in nomine tuo saluum me fac, & in virtute tua iudica me. *Quoniam* alieni insurrexerunt aduersum me: & fortes quæsierunt animam meam, & non proposuerunt Deum ante conspectum suum. Præcepserunt in omne malum, & sacrilegium, qui aut non probauit Deum habere in notitia, aut non ponit Deum in conspectu suo. Paratissimusque erit ad omne bonum, accingeaturque ne aliquo modo impediatur, aut retardetur, qui præsentem habet Deum, ante oculos mentis, & cogita- *psal. 118.* tus sui. Seruani mandata tua & testimonia tua (inquit Da- *Deū habe-* uid) quia omnes via meæ in conspectu tuo. *re in noti-*

Aliter contingit non probate Deum habere in notitia, *tia & pro* & hoc cū vera fide reperitur cōmuniter inter peccatores. *bare illud.*

Non probant, scilicet, eo tempore, cum consummare vo- C
lunt sua peccata, Deum habere in notitia, id est, non reco-

gitant, ut ab incepto desistant. Non habent Deum in con-
spectu suo, abiiciunt a mente & cogitatu suo, tremendam

presentiam maiestatis, ut libere peccare contingat, auer-
tit, immo claudit oculos suos peccator, ne ex reverentia, a de-

siderio suo discedat, & abstineat. Sicque clausis oculis mor-

Nota Val- tuum tangit, amplectiturque peccatum. Contingit nanque
de. legem Dei violare reclamante conscientia, non solu tem-
pore temptationis, verum in medio criminis, & operis pec-

Clementia caminos. Clamat Deus proponitque seipsum ante oculos
Dei quam peccantis, ut sic retrahatur ab opere malo, quod quidem
magna. magni beneficij indicium est, & dilectionis, nec omnibus

conceditur, reperitur tamen in viris timoratæ conscientiæ, cum primo legem Dei sui relinquere parant. Quasi

presentem Deum mentis oculos cernunt, rogantem audiunt, docentem considerant, comminantem sustinent,

Malum fa- nec tamen ab incepto opere retrahunt manum. Hic maxi- D
cere cora mè dicitur. Malum coram te feci, non solum quia conside-
Domino. rabam, & sciebam, docente me fide mea, te habere omnia

in notitia, apertosque esse oculos tuos, omni tempore &
loco super bonos, & malos, verum, malum coram te feci,
& coram facietua, & admirabili præsentia, quam non sum

reveritus, immo clausi oculos meos, & abieci te a sensu, & co-
gitatu meo, ut vsque ad satietatem, delicijs fruerer. Hoc iu-

dico confiteri sanctum prophetam, & torquebat cor eius, morabaturque in magna amaritudine oculus eius. Gladius

hic transfodiebat animam eius, quia in oculis Domini pec-
cauerat. Probetur obsecro tibi hæc sententia, augeatque do-

lorem, quod culpam grauem fecit. Sit vehementior gemi-
tus, quia sub oculis Domini fecimus malum, non taceat pu-

pilla oculorum nostrorum a lacrymis, quos clausimus, ne
Dominum videremus, qui summa liberalitate gratiae suæ

loquebatur ad cor nostrum.

A Ad confirmationem omnium, quia diximus, proponam
mus ante oculos nostrorum mentis sanctam fœminam Susannam,^{Susanne}
& quid responderit Semini illo Chanaam, senibus tunc re-^{exemplum}
poris iudicibus, qui in amorem eius, & concupiscentiam & magne fa-
rabi luxuriae exarserant, audiamusq; eorum voces. Surrexit de.^{parting}
runt duo senes, cū abijsse rupiellæ eius, & accurrerūt ad eam, ^{Daniel. 3.}
& dixerunt. Ecce ostia pomatis clausa sunt, & nemo nos sy-
der, & nos in concupiscentiam tui sumus, quod si inglueris,
dicemus cōtra te testimonium. Ingemuit Susanna, & tādem
elegit mortem, magis quam peccare in oculis domini. Me-
lius mihi est absq; opere incidere in manus hominū, quam
peccare in conspectu Domini. Ecce fidei & confessionis ^{Ad Hebr.}
magnam devotionem, ecce Dei reverentiam, quem inuisi ^{cap. 11.}
bilem, tanquā videns sustinuit, de quo verbo forsitan vel ali
quid dicemus, & digne quidem tantæ fidei præmium libe-
rationis redditur, puhiturq; magnum illud peccatum se-
num impiorum. Senes iudices inquiunt, nemo videt nos,

B sacra fœmina Deo fidelis, melius est incidere in manus
hominum, quam peccare in conspectu Domini. Vides
ergo quomodo sustinere inuisibilem Deum, acsi oculi
carnis cerneretur, effugium est omnis delicti, & non
probare eum habere in notitia, sicut antea exposuimus,
præcipitum est ad omne peccatum? Rem hanc alijs exem-
plis scripturæ probemus. Magnificat beatissimus Aposto-
lus Paulus (& iure quidem) sancti Moysi fidem, in ea Epi. ^{Cap. 11.}
stola, quam ad Hebreos scripsit, & inquit. Fide Moyses
grandis factus negavit se esse filium filiæ Pharaonis, magis
eligens a filii cum populo Dei, quam temporalis peccati
habere iucunditatem, maiores diuinas estimans thesauro
Aegyptiorum improprium Christi. Aspiciebat enim in re
muneratorem. Fide reliquit Aegyptum, non veritus animo
statim regio, inuisibile enim tanquā videns sustinuit. Ecce
duo principia fidei nostra, ad omne bonum efficacia, ad om-
nis voluntatis contemptum, ad omnis persecutionis & affi-
ctionis

Super Psalmis. Homilia sexta.

Vt illisima
duo fidet
noſtre
principia.
e. lib. 1. C

etionis tolerantiam, ad omnis perfectionis magisterium. C
Et quid dicam? Omne bonum huius exili later intra ipsa
Quæ sunt illa? Aspicere in remuneratorem, & sustinere
Deum inuisibilem, quasi ipsum cernentes. Vnde obsecro
contemptus regni temporalis, & incunditatis eius in san-
cto Moysè? Aspiciebat in remuneratorem. Vnde est
quod Aegyptum reliquit? Quia inuisibilem, tanquam vi-
dens sustinuit. Fugitque in solitudinem, ibiq; per mul-
tos annos, idest, quadraginta, morabatur, sicut restatur bea-
tus Basilius magnus. De hoc satis. Sapienti sufficit dare oc-
homil. 1. le. casionem. Vnde tot mala illi fornicario contigerunt sicut
ge Philone describit Ecclesiasticus: ca. 13. Homini fornicario omnis
Jud. de vi- panis dulcis, non fatigator transgrediens vsq; ad finem. Di-
ta Mosis
lib. 1. cebat: Quis me videt? Tenebræ circūdant me, & parietes
cooperiunt me, & nemo circunspicit me. Quem vereor? Delictorum mebrum non memorabitur altilissimus. Et nō
intellexit, quoniam omnia videt oculus illius, quoniam expel-
lit a se timore Dñi, & non cognovit, quoniam oculi domini Dl
multo plus lucidiores sunt super sole, circunspicientes om-
nes vias hominū, & profundum abyssi: & hominum corda
intuentes in absconditas partes. Domino enim Deo, ante-
quam erearentur, omnia sunt agnita. Moyses respicit inui-
sibilem, & sustinet tanquam videns, fornicarius homo in-
quist: Quis me videt? David: Maleam coram te feci. Hunc
sequens, illum dimitte charissime frater. Altamente recon-
de verbum sacræ mulieris Susannæ: Melius est incidere in
manus hominum, idest mori, quam peccare in oculis Do-
mini. De hoc quanta diximus in nostris opusculis, quæ pa-
tria lingua ad plurimum utilitate in scriptis.
Vltimum manum præsentí considerationi imponétes,
videamus quid de viro qui in tēte, & cogitatu suo habet
Deum, & sustinet inuisibile tanquam videns, dixerit Eccle-
siasticus. Beatus vir, qui in sapientia morabitur, & qui in lib-
eritate sua meditabitur, & in sensu suo recognoscit circūspe-
cione

A Etionem Dei. Primum, & vixitum verbum à nobis sunt exponenda. Beatum prædicatur virum, qui in senatu suo cogitat, multib[us]q[ue] meditatur circumspictionem Dei. Beatus, qui recogitat magnæ fidei nostræ documentum, quod scilicet oculi Domini circunspiciunt nos & nostra opera, & cogitationes & consilia cordium, hic nimis raro ex reuectione tantæ maiestatis, tantæq[ue] potentie manum suam retrahens ab omni malo, ad bonum extendet illa sollicitus, quia sub oculis Domini stat omni loco, & tempore. Hic solitus cum Deo suo ambulat, seruies ei in multo timore, in tota corde ex marha reuectione. In quo obsecro agro ratum thesaorum absconditum ioueniri. In eod certè quod in sensu cogitat circumspictionem Dei. De qua dictum est à sapiente, quod si beatus. Beatus vis qui in sensu cogitat. *Eccle. 14.* circumspictionem Dei.

Debet quidem magitudinem ac nobilitatem premij, ante oculos vestros propонere, ut vel sic ascendatur mens vestra in eius desiderium, accingaturque totus homo ad sacrū hoc exercitium, quo magna voce Ecclesiasticus nos vocat, nimis raro, ut redigitemus Dominij circumspictionem in omni loco, sacramq[ue] & tremendā presentiam suam reuecsemus. Nobilitas quidē hominē magnis cōdīcēt. De nostri tātae doctrīna & aliorū nos. Beatus vir, qui in sensu suo cogitat. *Beatus.* circumspictionē Dei. Sacer Ambrōsius exponens primum. *Ambro. sa.* verbum libri psalmorū, inquit: Quām aptum, quām iōportū per. 1. *Psal.* num principiū. Nāq[ue], ut iū, qui in agone s[ic!] aliquiam solēt, Vesta se coram nobis in tāte, q[uod] nō cōstat ut isto lū maiorē condēnari. In cuius propositore, dicitur et r[ati]o Domini. Iesu Christi. *Matt. c. 5.* qui corde suis gloriā, perpetuā quietis gratiā, quām aut h[ab]et beatitudinē, ad virtutis humantē in cōfessione proposuit. A p[re]mio cōcepit, ut p[ro]dus futuri certa b[ea]tais elemaret, mercede deinde p[ro]misi. ut & nos quisq[ue] p[ro]fase quām oculū sollicitudines ac labores corde trāsferens, ad mōrē etiā p[ro]lactu[m] dñe b[ea]titudinē b[ea]tūtū.

1. T. i. 6. auidafestitudine contendere. Beatus vir, &c. Quid plus Q.
 potuit homini donari, quā quo nihil amplius potuit Deo
 Apostolica auctoritate deferri? Beatus enim & solus potēs
 & rex regum & Dūs dominantium Deus dicitur est. Ille se
 lūs potēs ille rex regum, ille Dominus dominantū, beatit
 tudinis tamē non supergreditur potestatē. Donauit nobis
 appellatione eius commune consortium, quā dignata estis
 mata est honore divino. Hęc beatus Ambrosius. Vides
 quantum est hoc nomen beatus, quod priori loco Deo do
 natum est ab Apostolo? Vides quātam intrasse claudat ex
 cellentiam ad dignitatem? Vides quanto honore afficitur
 qui illud meretur? Habe ergo & recogita in sensu tuo cir
 cūspitionē Dei. Beatus dicitur est vir qui in sensu suo rec
 gitat circūspitionē Dei. Cogitas circūspitionem Dei
 sanctus Moyses despexit amplissimū AEgypti regnū, ele
 gitq; cum populo suo afflictionē. Cogitas circūspitionē
 Dei fugit in desertū vastissimū, ibiq; per continuos quadra
 ginta annos, sub oculis Dei morabatur. Cogitas circunspe DI
 ctionē Dei beata Sisanna, mori elegit, potius quā in cōspe
 ctu Dñi peccare. Cogitas David circūspitionem Dei, in
 multa amaritudine animæ suæ inquit: Tibi soli peccavi &
 malū corā te feci. Hi omnes beatitudinis nomine magnifi
 cati sunt, quo superexaltarunt Dūs Deus. Quāta autē mala,
 ac quā grauia flagitia sequantur illos, quinō probant Deū
 habere in notitia, multis cōprobauimus scripturis, quo for
 te nimis redditū est argumentū. Iam ad ultimū veniamus:
 Ut iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cū iudicaris.
 Nō una sed multiplex est huius loci explanatio. Difficilis
 quidē later intrahat cōverbā sensus, habeoq; capiū ac ducū
 nostrorū propōnere in mediū sentētias, ut rādē ultimā ma
 nū imponētes, nē dubiā, ac latente aperiamus. Beatisimus
 Augustinus, & inclitus Hieronymus, & priori parte expo
 Super hūc sitionis gloriiosus Gregorius, omnes isti patres dñm Iesum
 locum. à Pilato iudicatū, nihilq; iniurētū in eo morte dignū cōside
 rant,

Arrat, siveq; locū istū interpretatur. Propter nos trāgessores, & peccatores ille fuit iudicatus & dānatus. Iustificatus es dñe Iesu cū pro populi peccatis ad mortē nō est inuētus in ore tuo dolus. Viciisti iudicatus, cū in te nihil dignū morte princeps tenebrarū inuenit. Quasi eiusdē formē & coloris sunt verba Augūstini, & Grégorij. Quibus nihil cōtradicimus, sed eorū veneramur & magnā sanctitatē, & admirabili sapientiā. Illud tamē addēdū iudicauī, ex beato Damasce. *Damasce-* no, & Basilio nō deberē quēquā latere, causa, aut cōsequu-
tio, vt, in præsenti loco nō causam, sed eveniū ac cōsequu-
tionem significare. Sic beatus Basilius, & Theodoretus. *Basilius*
Quod itaq; dicit ut iustificeris, ne quaquam causam expri- *Theodore-*
mit. Neq; enim ea de causa vel Dauid, vel eius subditū pec-*tus super*
cauerūt, ut iustificetur Deus, verū ē cōtrario ex occasione *hunc locū.*
peccati, iustitia Dei manifestata est. *Quod apertius propo-*
nit beatus Damascenus. *Animaduertēdū quod mos sacræ* *4. li. ortho-*
scripturæ est, quæ secundū euētū debet intelligi, cau fid. ca. 20.

BI saliter dicere, vt illud. Tibi soli peccauī & malum corā te
feci, vt iustificeris in sermonib; tuis, & vincas cum iu-
dicaris. Non enim peccauit, vt vinceret Deus quod pecca-
uit. Neq; indigeret Deus nostro peccato, vt ex illo victor ap-
pareret. Reportare enim Deus aduersus omnes etiā nō pec-
cātes incōparabiliter victorias, qui cōditor est incōprehen-
sibilis, & inreatus, & naturalē habēs gloriā, & non acquisi-
tā. Sed quia nobis peccātibus nō iniustus est, afferens iram
suā, & poenitētibus parcēs, viator mali nostri demōstratur.
Non autem ad hoc peccamus nos, sed ita evenit res. *Quem* *Similitudo*
admodum si se deat quis operans, superueniat autem qui
spiam amicps, ait; Ne hodie operer, aduenit amicus. Atta-
mēt amicos nō, vt non operaretur aduentauit, sic au-
tem evenit. Nam occupatus circa amici susceptionem,
non operatur. Non contēmnenda annotatio profecto,
quia valde utilis est, & plurimum necessaria, præcipue ad
intelligētiā plurium locorū epistolarū Apostoli Pauli,

Super Psalm. 50. Homilia sexta.

- Rom. c. 11* sicut est illud: Conclusit Deus omnia in incredulitate, & Q
1. Cor. c. 11 omnium misereatur. Et alio doceo inquit. Oportet haec esse, ut, &c. Aliorum expositio illo tendit, ut orans David pro venia delictorum suorum, quæ quidem magna fuerunt, inueniensque locum indulgentiae, apparat Deus misericors, ac propicius, qui in offensionum suarum vindicta, quam passim assumebat de peccatoribus, durus & nimis im patiens iudicabatur. Acs diceret. Ecce Dominie brachium potentiae, & fortitudinis tuae, usque ad diem hanc sustinuerunt omnes peccatores terræ (quis enim illorum, vel quam pauci, à te non sunt percussi ac condemnati) unde iniustus & immisericors apares, iudicariisque ab impensis, & infidelibus hominibus, ut ergo illorum infamiam dimittens mihi, hanc vexam, & manifestabuimus. *Gen. ca. 3.* magna potentia tua, & multiplex misericordia. Percutisti prium patrem propter eius ipso obedientiam, affixisti quecumque eum per omnem vitam, misistique in exilium, ut in sudore vultus sui vesceretur pane suo. Tandem sententiam in capitib. subiicit. Et quid dicam de filio eius patris Ambr. su- ejda Cain? Qui licet accepit signum ne eum aliquis occideret, non ut vita suauitate frueretur, sed ut mortua- 35. signū ferret eternam, ut percussione suum quoniam timentem Cain. do pateretur. Peccatumque te quod creaveras hominem, *Gen. ca. 6.* & percussisti eum, & interfecisti omnem carnem bestiarium iumenta, & reptilia. Expertique sunt flagellum, poten- tissime manus tuæ, in deserto omnes patres nostri, prostrasti eos, nec terram, patribus eorum promissam, opere federunt. Taceo quod milia absumpsi ignis proprie- *Exo. c. 33.* rum seditionem. Taceo quomodo aperata fuit terra, & dea glutiuuit Datan, & Core. Maximeque tenet memoria ver *Num. c. 26* bishi illud à te promulgatum: Ego sum Deus zelotes via *Exod. 20.* sitans iniquitatem patrum in filios, usque in tertiam, & quartam generationem. Ecce quoniam ex multis iudicaris, non durus,

Adūcens, & non placabilis, aut prestabilis super hominum malitia. Dimittit ergo mihi magnam iniqitatem meam, ut iustificeris, & vincas cum iudicaris infanorum hominum sententiam. Ecce ego in flagella paratus sum sicut omnes peccatores, meritoque poteris condemnare corpus, & animam meam in supplicium ignis æterni. Sed appareat in me, o Domine misericordissima voluntas tua, ut vincas, quia iudicarist anquam minus iustus. Ardenie de-sidero sceleris mei veniam, sed ardentius multò, nomi-nis tui gloriam. Glorifica ergo temetipsum in me, parcens mihi, & vince aduersariorum voces & insanias. Bene qui- dem, nec à vero discordat, possemusque ædificationē non per huc lo-paruam lucrari. Sed non omnia in omnibus. *Gregor. fō
cum.*

Placet iam in fine huius considerationis, annotare quæ beatus Ambrosius, magnusque Basilius super hunc locum *Ambros.* scripserunt. Ego mihi ipsi (inquit Basilius) malorum ho-Basilius. rum omnium auctos sum, iustitia vero tua etiam in iudi-cium vocata resplendet. Et enim si quæ tu mihi contulisti expendantur, & cum ijs, quæ ego rependi, conferantur tu quidem iustus, & benignus, ego verò prævaricationis, & ingratitudinis reus deprehendar. *Quod quidem non se.* *Ezai. ca. 5:* mel fecisse Deum apparet. Tanquam teum in medio iudi-cij se ostendit cum viros Iuda interpellaret, ut iudicarent inter ipsum, & vineam suam. Commemorauitque omnia beneficia, eiusque ingratitudinem, ut iustificaretur, cum iudicabatur. Sic & cum nostro David egit per os Nathan *2. Reg. 12.* prophetæ. Ego vñxi te, &c. Vincit etiam Deus cum iudica-tur, qui pro lapsione vniuersorum probavit quæcunq; de nostra iudicauit fallacia, dissimiluit quod non sit homo qui non peccet. Omnes enim declinauerunt, simul inutiles fa-Psalms. 13. sti sunt. Si autem dixerimus quia iniqitatem fecimus iu-*1. Iean. 1.* stificamus Deum in sermonibus suis. Si autem dixerimus quia non peccamus, mendacem facimus Deum. Sed im-Rom. 3. possibile est mentiri Deum, sit enim Deus verax, omnis autem

20 Super Psalm. 50. Homilia sexta.

autem homo mendax, & sic iniustitia nostra, Dei iustitia
commendat, & mendacium nostrum concelebrat. Dei va

Lege Ori- ritatem. Optimè ergo inquit sanctus propheta: Ut iustifi-
genè super ceris, & vincas cum iudicaris. Tibi soli peccavi, & malum
hunc locū. coram te feci. Iudicem suum reueretur, & deprecatur con-
3. Ad Ro- fessione præmissa mali sui, quam ut agrauaret, cum pon-
man.lib. 3. dere doloris coram oculis Domini, ac sub conspectu eius
se deliquisse profitetur, vnde veniam meruit, & indulgen-
tiam. Humiliatus quidem sub potenti manu Dei, sicut do-

1. Pet. c. 5. cet sacratissimus Petrus, exaltatus est, & magnificatus.

Quis enim dubitavit aliquando omnes Psalmos aut
plures eorum post hanc pœnitentiam, & confessionem
David ab ipso fuisse conscriptos? Certe cum primo, re-
gnis gloria in Hierusalem potitus est in hæc crimina pœ-
cepseruit, egit tamen pœnitentiam, sicut manifestissime
nobis constat. Inter gemitus & lacrymas, & orationes
eius illa à Domino exaudita fuit. Redde mihi lætitiam sa-
lutaris tui. Iamque cœlesti lumine eleuatus, vatem, & Di-
psaltem egit multosque concinuit psalmos in antiquam
amicitiam, & familiaritatem restitutus. Humiliatus fuit
sub potenti manu Dei, subiiciens collum sub flagello di-
uinæ vltionis. Tibi (inquit) soli peccavi, & malum co-

2. Ti. ca. 1. ram te feci. Hic humiliatus, exaltatur. Omnia in illo

ad instructionem eorum qui credituri sunt Do-
mino Deo in vitam æternam, quam nobis
concedat piissimus pater. Per Domi-
num nostrum Iesum Chri-
stum filium suum. Amen.

Super

SUPER PSALMVM QVIN
quagesimum. Homilia septima.

Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum : & in
peccatis concepit me mater mea.

ARGUMENTVM.

A **P**RIORI loco beatorum Basilij, & Theodoreti ex positiones proponuntur ex quibus multa in sequenti bus satis utilia, & ad nostram edificationem spectantia colliguntur. Quibus Doctribus cæteri patres in confessione ac fide peccati originalis subscribunt. Cuius fides sub predicatione beatissimi Ioannis Baptiste claruit, & de scripturis noui ac veteri testamenti comprobatur. Inter haec de triumpho Christi in descensu eius ad inferos cum Eusebio Cesar. vel verbum unum proponit auctor. Descripturusq; peccatum originale, & penas illud comitantes, de multiplici bono nature nostræ antequam exterminaretur, disputat, ostendens quod licet peccatum hoc in sacro baptismo deleatur, ac remittatur, manet tamen ardor nostræ concupiscentie, unde lucta & plusquam ciuale bellum aduersus rationem quotidie oritur, ad cuius victoriæ principes terra Petrus & Paulus nos instruunt, quorum doctrina cum Origene proponitur. Tandem post coniugatorum exhortationem ad sobrietatem, & pudicitiam, in disputando de vocali confessione peccatorum actualium clauditur sermo.

Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum : & in peccatis concepit me mater mea.

B **A**Daget confessionem suam, non excusat delictum & peccatum suum, scrutator factus incomprehensibilis miseriae, ac vilitatis suæ, vsq; ad radicem & originem hominæ infirmitatis descendit, ut vel sic profundius humiliet

Super Psalm. 50. Homilia septima.

cor suum. Ecce (inquit) in iniquitatibus conceptus sum, & C
in peccatis concepit me mater mea, ecce in originali cul-
pa conceptus sum, cui addidi graue homicidij & adulterij
scelus. Habeo ducum nostrorum ac magistrorum propone-
re sententias, ut bonum militem agam, eos in sequens, sicq;
fructuosius (quod summe in omnibus curamus) sermo no-
Basilius, ster currat. Beatus Basilius magnus, & Augustinus, Ambro-
Augusti. sius, & Gregorius, primo eos haereticos accusant, & cōuin-
Amb. Gre cunt, qui stultissime dixerūt Dauidem damnasse hoc loco
gor. super nuptias. Quod lōge nimis est à sensu, & fide prophetar̄, cū
hunc locū. verē primorum parentū nostrorum in obedientiā, & trās-
gressionē, in mediū adducit, hācq; perennē scaturiginē es-
se omniū delictorū ostendat. Nā nisi illi deliquerint, mor-
tis vtiq; pœnā meriti haud fuissent, sicq; morti obnoxij fa-
cti nō fuissent neq; corruptioni. Incorruptio autē impassi-
bilitatem, in comitatu suo habuisset. Quod si hunc tenuis-
sent, quasi clauū, peccatū locū inuenisset nullū. At quoniā D
peccato se obstrinxerūt, corruptibiles facti sunt, consimi-
les sibi posteros procrearūt, quibus concupiscentia, metus,
voluptas, & alia his similia adh̄arent. In hac lucta & ratio-
versatur, quę si victoria potita fuerit, laudatur, si verò succu-
buerit, cōdēnatur. Hęc Basilius, Theodoreus dixit. Triū-
phalibusq; coronis coronat. Symmachus pro eo quod est,
Symma- cōcepit, peperit, trāstulit. Eadē sunt omnino verba Theo-
chus. doreti, præterquā quod probat hoc peccatū originale à pri-
mi homini cōceptione, ac nativitate incepisse. Siquidē (te
Conceptio ste scriptura) prævaricatio ac mādati trāsgressio, cōceptio-
Cain in ori nē Cain præcessit. Eiectus siquidē Adā propter suā inobe-
ginali cul- diētiā à paradiſo cognovit Euā vxorē suā, & peperit Cain,
pa. &c. Perpēde obsecro quā magna quāq; scitu necessaria di-
Hieron. su gnissimāq; consideratione sint ea, quę patres isti præsenti
per hūclo- loco nos docuerunt. Beatus Hieronymus de peccato origi-
cum. nali præsente locū etiā exponit. Hic versiculus totius gene-
Cap. 15. ris humani casum declarat, sicut in Iob. Ne si vnius diei fu-
per

A per terram potest esse mundus à sorde peccati: Concipitur namq; & nascitur, in originali peccato. Eandē fidem profiteretur beatus Augustinus mille locis, Ambrosius & Gregorius. Sed nota aurea verba Ambrosij, quę adificationē non paruam auditoribus adducunt, de quibus vel vñ verbum infine huius homiliæ. Adauget (inquit) confessionem ini-
quitatis suæ, & in perpetua secula toto canendā orbe transmisit. Quod valde notate, ut de cōfessione vocali agamus, siquidem tam multus, & assiduus est sermo noster de intē-
riori pœnitentia.

Dimitentes ergo omnem Theologicam disputationē, ac cōtrouersiā illa solū modo in prēsentiarū declarabimus, quę à patribus nobis proponuntur. Et cū apertissimis scri-
pturis constet nuptiarum sanctificatio, mundaq; earū copula, dicente dño: quos Deus coniunxit, homo non separat, nō opus est nos aliquid dicere aut scribere. Præcipue quod dñs Iesus sanctificauit eas sua præsentia in Cana Galilææ

B astans ibicum beatissima Maria matre sua ac discipulis suis ornaueritq; magno ac primo signo suæ diuinitatis, cū aquā cōuertit in vinum. Quid autem liceat ipsis coniugatis ex-
pediatque, quid etiam sit interdictum suo loco dicemus.

Licet apud patres, etiam ante legem scriptam manifesta fuerit fides, & cognitio peccati originalis, prout evidenti bus testimentijs beati Iob comprobari potest & postea no- c. 3. 15. Et ster David clare confitetur fuisse conceptum in iniuita- tibus etiam de legitimo matrimonio, non tamen omnes Hebræi habuerunt exactam cognitionem tantæ ac tam generalis infirmitatis, licet scirerit, necessariam illis ad salutem circumcisionem, dicente domino ad Abraham, Masculus Genes. 17. cuius præputij caro circuncisa non fuerit delebitur anima illa de populo suo: quia pactum meum irritum fecit. Ex Circunci- quo verbo colligunt doctores & nimis sapienter pro- fecto, circumcisionem fuisse sacramentum veteris legis in mentum, remedium peccati originalis institutum, siquidē si solum esset

40 Super Psalm. 50. Homilia septima.

præceptū, parvulis oītu dierū præscribi non potuit, quod tamē factū est. Iam vero post Christi dñi aduētum, prædicatumq; regni cœlestis Euangelium, claruit veritas hæc dicente Ioanne de illo. Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi, sic Beda & S. Tho. 3. p. q. 1. arti. 4. Quod oīm prædixerat Esaias: Omnes nos quasi oues errauimus, vnuſ- quisq; in viam suam declinavit, & posuit in eo Deus ini- quitatē omniam nostrā. Quam obsecro iniquitatē. Actualēm ne an originalēm? Certe nulla fuit iniquitas, ad quam vniuersus mundus conueniret. Quia hominum ge- nūs neq; vno contineri potuit loco, nec tempore circūscribi. Patres nostri fuere ante nos, & mortui sunt, & nos in locum eorum surreximus. Vides ergo quomodo sanctus pro pheta de originali culpa, quæ omnes & quæ commaculat, fecerit sermonem? Quod statim apertius indicatur: Et Do- minus voluit cōterere eum in infirmitate, inquit, si posuerit pro peccato animam suam, videbit semen longævum, & voluntas domini in manu eius dirigeatur. Si posuerit pro D peccato animam suam, inquit, quod obsecro cōsideres attē te, ut enim apertissime ostenderet esse aliquid peccatum, quod generatione ipsa contrahitur, sicut David ingemi- scit, dixit: Si posuerit pro peccato animam suam, & statim intulit, videbit semē longævū, aesi diceret, quia generatio ne carnali sterilis est, cū ex illa omnes generētur extranei, & filij iræ, quia in originali concipiuntur, si posuerit pro hoc peccato animam suam, videbit semen longævum, re- generatione spirituali in baptismo. Huc tēdunt voces illæ beatissimi Apostoli. Et vos cum essetis mortui in delictis & præputio carnis vestræ coniuvicauit cum illo, donatis omnia delicta. Hic iam Apostolus de virisq; peccatis agit de actualibus, & originali, scilicet. Ad viros namq; ratione 1. Cap. 2. vtentes scribebat. Quod manifestius beatus Petrus Apo- Col. 2. stolorum princeps docet. Tradebat indicati se iniuste, qui peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignis cru- cis, vt

Acis, ut peccatis mortui, in litia viuamus. Iam audite Paulum de originali pulcherrime concionatem. Delens quod aduersus nos erat chirographum decreti, quod erat contra trium nobis, & ipsum tulit de medio affigens illud cruci. & expolians principatus, & potestates, traduxit confidenter palam, triumphans illos in se. Super quod beatus Ambrosius inquit: Deleuit sanguine suo atramenum Euar. Amb. Adeo erat cō polo. 1. Da trarium nobis ut etiam iustissimi, & Dei amicissimi, iuxta uid ca. 1. 3. omnem virtutem & si dem defuncti, exules à regno permanerent, vsq; dum de medio tolleret illud, & cruci affigeret. Tunc expolians principatus, & potestates (vide de quā De pluribus Angelorum ordinib; ceciderunt cum apostata bus ordini Satana) traduxit confidenter palam, triumphans illos in se bus Ange metipso. Quod olim prædixerat Zacharias propheta ad lorum ceci Christum sermonem agens. Tu quoq; in sanguine testa deruit ali méri tui emisisti vincitos tuos, de lacu in quo nō erat aqua. qui.

BVictos quidem prævaricatione primi patris, vnde & om Cap. 9. nium peccatum. De quo sanguine Dominus Iesus in nocte suæ cœnæ dicebat. Hic est sanguis noui testamenti, qui pro multis effundetur. Sed obsecro lege mirabile valdeq; Libr. 10. de honorificam considerationem Eusebij Cæsar. de hoc triū demonstr. pho Christi apud inferos. Cui nullus Angelorum adfuit Euang. Vl aut cœlestium potestatum in descenso eius ad inferos, ne tima demo vlli eorum hic magnificus triumphus ascriberetur sed soli stra. Christo. Non enim cuiquam Angelorum subdidit Deus Triuphus orbem terræ futarum, sed soli Christo. Ipsi honor & Christi gloria. Amen. Ad Hebr.

Aperiisse docuit fidem peccati originalis cœlestis ca. 2. spiritus cui in Ecclesiastico legimus. Amuliere factū est De quo in initium peccati, & per illam omnes moriuntur. Et multo fra Hom ante ipsam, vir ille simplex & redemptimens Deum, & enī ultima cedens a malo lamentabatur super diem conceptionis, & cap. 25. nativitatis sua. Aperoit lobos suis in qua scriptura, & una cap. 3.

70 Super Psalm. 50. Homilia septima.

ledixit diei suo, & loquutus est. Plerorū dies in qua natus
Cap. 14. sum. Eratlibi: Quis potest facere mundū de immundo con-
Cap. 25. ceptum semine? Nonne tu qui solus es? Nemo mundus
absq; sorde, neque infans cuius est vnius diei vita super ter-
ram. Et beatissimus Apostolus Paulus multis locis suarum
Rom. 5. Epistolarum, præcipue in illa, quæ ad Romanos scribitur,
hoc argumentum pertrahat. Vbi ostendit Iudeos & Græ-
cos, id est, vniuersum hominum genus, sub culpa, & pecca-
to esse, & egere gloria Dei. Per unum hominem peccatum
in mundum transit, & per peccatum mors, & ita in omnes
homines pertransiit in quo omnes peccauerunt. Pertransiit
etiam in illos, qui non peccauerunt in similitudinem præ-
varicationis Adæ, id est, actualiter propria voluntate. Ecce
non solum pena mortis in omnes homines pertransiit, ve-
rum & culpa. Et ad Ephesios inquit, Eramus omnes natura-
Cap. 2. Efai. c. 48. filij iræ. Et alia scriptura inquit: Ab utero transgesso-
rem vocavit e te.

Vidistis quod verè & realiter sit originalis culpa pro- D
pter prævaricationem primorum parentum, deriuata qui-
dem in omnes homines, testificatè hoc vniuersa scriptura.
Ut autem magnum hoc nostrū malū perfectius possit in-
telligi, & deplorari, necessarium iudicauit bonū naturæ no-
stræ integræ, antequam exterminaret rueretq; in tantū
præcipitium, describere, & proponere ante oculos mentis
vestræ. Cum multaloca ex veteri testamento occurrāt, ex
quibus totam hanc cōsiderationē texeremus, illud semper
Cap. 7. placuit mihi, quod in Ecclesiastē legimus. Fecit Deus ho-
Bona mul- minē rectū, ipse verò se miscuit infinitis quæstionibus Nō
ta ac ma- solū creauit eū rectū, ea rectitudine, qua anima ferebatur
gna natu- in Deū, & subdebatur ei, verū & alia rectitudine, qua vires
re nostre inferiores rationi, & regulæ divinæ erāt subiectæ, quod si
in statu in ne dono supernaturali nullo modo poterat contingere ho-
nocentie. mini. Hoc nimis ex cōditione nostræ naturæ facile est in-
telligere. Cū enim rationali anima, & animali corpore cō-
stet

A stet homo, maximaq; inter hæc duo vicinitas, & ylo inqu
niatur, oportet quidē animā cōdelectari suis sensibus qui,
bus est cōiuncta, nisi alias eleuetur per dōnū supernaturale;
vnde cū pace & trāquillitatē sensum, & appetitus rationa
lis, retrahat seipsum & manū suā ab omni inordinata dele
statione. Habebat ergo originalis iustitia illū effectū face *Tranquilli*
re, scilicet, perfectā trāquillitatē in anima quātū ad oēs po
tas mentis tētias, itā quod natura inferior, quæ est corpus, nō inclinat, & corpo
retur cōtra iudiciū rationis superioris, aut si inclinaretur, ris.

quātū est ex se, posset tamē à superiori regulari, & ordina
ri sine difficultate superioris, & sine tristitia inferioris.
Quod sic declarari potest. Volūtas cōiuncta appetitui sen
sitiuo nata est: cōdelectari sibi: sicut intellectus coniunctus
sensibus pēcipit ac intelligit sensibilia, & itā nō tantū illū
appetitū nō potest retrahere à suo delectabili, sine aliqua
cōtraria inclinatione, & difficultate ex parte ipsius appeti
tus: Sed nō eq; etiā se ipsum potest retrahere sine difficultate

B à cōdelectando illi appetitui. Ad hoc igit ut sese delectabi
liter retrahat oportet cā in aliud ferri sibi delectabilius quā
sit illud delectabile, appetit inferioris, cui cōdelectaretur,
si hoc nō esset. Quod quidē cū naturale hoc nō inueniatur, Officiū iu
vit ad tantā eleuationē mēris posset attingere, hoc nimirū stitit e ori
officiū ac munus erat iustitiae originalis, qua dirigebat ho
mo totus in Deū, sine aliqua difficultate, a quo abūdantior
dilectio emanabat, qua tracta mens nostra, facile sensu de
lectabilia inordinata despiciebat, sine aliqua sui, ac sen
su amaritudine. Faciebat nanque originalis iustitia ma
gnam hanc restitudinem mentis ad Deum, & ipsam dele
ctabiliorem ipsi voluntati, quam aliquid delectabile ali
cuius vis inferioris. Propter quam delectabilius se retrahet
a cōdelectando appetitū sensitivo, quam receden
do ab illo delectabili, scilicet, sine. Ex hoc quidem seque
batur, ut tolleretur omnis rebellio, adeo ut omnis poten
tia se retraheret delectabiliter a suo delectabili proprio.

22 Super Psalm. 50. Homilia septima.

Cui dele stabiliter eleuaretur mens nostra in Deum, totus homo sensus, & eius appetitus sine tristitia aliqua alienarentur a suis sensibilitibus. Iustitia enim originalis in voluntate tanquam regina omnibus imperaret, tanquam frumentum nullum motum inordinatum sineret exire. Per illud enim donum, voluntas quasdam delectationes appetitus sensitio i praeueq[ue] sit ne v[er]nquam ille inessent, scilicet adulerandi cum aliena uxore, quasdam imperaliter, & bene illis v[er]sus fulisset homo: puta cognoscendo suam, obediendo

Genes. 1. praecepto divino, illis scilicet: Crescite & multiplicamini, &c. Ita quod istas delectationes licitas quandoque habendas, pro rumpendo quando adesserint, non haberent eas voluntas pro fine, nec figura ibidem desiderium, & intentio eius, sed ad suum debitum retulisset, scilicet ad Deum: A quibusdam etiam delectabilibus licitis auertisset semetipsum & sensus suos mens nostra. Quodcunq[ue] horum siue praeuenire ne insurgeret desiderium, & delectabilem appetitus, veliam insurgentes reprimere, sacerdoti quidem haec omnia sine aliquo sui aut sensuum tristitia & difficultate per donum illud cœlestis, & supernaturale. Ista omnia non potuit habere homo ex puris suis naturalibus. Potuit enim visus habere turpe visibile, & auditus audire turpe audibile, & virumq[ue] potuit offendere appetitum sensituum; sicut & conueniens sensibile delectare, sed voluntas tunc bene v[er]sa fuerit istis tristitijs, ita quod non conristaretur inimoderata, sicut bene etiam viceatur delectabilibus sensuum, non inimoderata condelectando. Magna sunt haec profecto, dulcissimaq[ue] harmonia, ac conuentus ordinatissimus in omnibus animis & sensibus in appetitibus inuenientur, uero n[on] i qui metu illis immortalis. Altius effectus nimis gratus hominibus ascribitur iustitia originali, quia esset nostra vita conseruatio, sine aliquo mortis gustu aut experientia. Quod quidem donum non propriè immortalitas appellatur, sed possiblitas non moriendi q[ui]c[unque] debet. Que possiblitas esse v[er]a esset in actu per

A per multa adiutoria, per eum, scilicet, ligni vitæ, per custodiam Angelorum, per protectionem diuinam, & bonū regimen intrinsecum, quod sic potest declarari. Stante innocentia nō accidisset alicui hominum mors. Quia quilibet fuisset translatus in paradisum antequā fuisset alteratus alteratione improportionata, ac vitæ destructiva & cōtraria formæ, & hæc translatio non fuisset miraculosa sed regularis. Fuisset enim translatus unus prior alio, & cuilibet fuisset redditū præmium suorū meritorū, antequā virtus alicui sent. d. 19. ius tantum fuisset debilitata quod necessario adest corru^{q. 1.}

ptio. Nec fuisset ibi corruptio ab extrinseco per subtractio nem alimenti stante innocentia in vniuersali in omnibus hominibus, quia parētes prouidissent paruulis suis ac sibi, alias essent nocētes, nec adultus passus fuisset talē defectū ab alio illatum, stante innocētia in omnibus alijs. Nec esset mors per violētiā, neq; ab alia causa extrinseca, neq; ab animalibus, quia omnia animalia essent homini amicabilia,

B vel saltē nō inimica, neq; ab Angelo malo, quia Deus cōseruasset eū, nō quia nō posset corpus innocētis scindere, & dividere, cū malus Angelus cunctis sit fortior. Ex his omnibus habes quod homo posset non mori, & de facto nō moreretur, quod donum immortalitas vocatur. Iam sequitur si homo primus perseverasset in innocentia, & iustitia, tales quidem generaret suos filios, natīq; fuissimus in ea non tamē confirmati in iustitia. Non enim plus habuissimus perfectionis in nostra nativitate, quam concessum est homini in sua creatione, qui per proprium actum suæ volūtatis, primē tentationi resistētis habebat mereri cōfirmationē in bono, vnde nec nobis sine nra bona volūtate dādū esset.

Iam cōsiderate obsecro quāta bona ex illa rectitudine, Cognitio. in qua creatus est homo tāquā à suo fonte dimanarēt. Poterat homo in illo statu innocētiae & originalis iustitiae, cognoscere & velle, & operari totū bonum suæ naturæ, scilicet agere secundum rationē in ordine ad Deū, prout finis

Super Psalm. 50. Homilia septima.

naturalis est hominis. Poterat expiere omnia præcepta legis naturalis, quo ad operis substantiam, non tam ut mereretur Dei amicitiam aut gloriam, nisi teneamus creatum fuisse in gratia, de quo infra dicemus. Num autem naturam ac conditionem illius doni expedimus. Poterat diligere Deum super omnia, naturali dilectione, non tamen ut esset meritoria. Quod ex sen-

Dionysius tertia beati Dionysii cōprobatur dicētis, Deam convertere inde diuinū omnia ad amorē sui ipsius, ita ut arbores & ligna, sub hac

nisi nomini ratione cōprehendatur. Quātū & dignius homo? Poterat

bus. homo in illo statu perseverare, si voluisset, quod probat

Augu. in beatus Augustinus libro de Correctione, & gratia: ubi ait:

de Corre- Primo homini, cui datū est posse non peccare, datū subinde

ctione, & adiutoriū perseverantiae, non quo fieret, ut perseveraret,

gratia ca- sed sine quo, per liberum arbitriū, perseverare non posset.

pit. 12. Vsq; hoc ne verbum unum de gratia iustificante à no-

Perseuerā- bis est scriptum, nunquid in illa fuerit creatus homo pri-

tia. mus, an vero in sola iustitia originali? In omni quidem

statu Angelorum, & hominum vera est sententia beatissimi D.

Ad Ro. c. mi Pauli: Gratia Dei vita æterna. Multa illa & magnifica

dona, de quibus sermonem fecimus, nullum ius ad regnum,

nullam amicitiam ad patrem, nullum pignus hereditatis

æternæ homini contulerunt. Gratia sola est quæ amici-

tiam, & consortium diuinæ naturæ confert habenti illam.

Hugoli. 1. Merito ergo queritur, an in gratia fuerit creatus homo?

de sacra. c. Non una & eadem est magistrorum sententia de re hac.

6. 2. par. q. Placuit enim Gulermo Antisiodorensi, & Hugoni de san-

96. gto Victore, & Alexandro de Ales, & beato Bonaventuræ

Lib. 2. sen. ac Doctori subtili Scoto, & Marsilio, & alijs non fuisse crea-

d. 29. eodē tum hominem in gratia sed solū in originali iustitia. Con-

libr. q. 16. tristia sententia tenuit antiquus Præpositius, & S. Thom.

1. p. q. 95. & Durodus, & alij plures, simul, scilicet cōdidisse Deum no-

Augu. 12. stra naturam, & largitum fuisse gratiam, sicut de Angelistenet

lib. d. Cuius sanctus Augustinus. Sed in magnam angustiam propter hanc

tate Dei. aut illam sententiam, nemo veniet. Nihil enim de fide in illa

A agitur, neq; determinatum inuenitur. Placet tamen nobis, quæ ad nostram dignitatem scripta sunt amplecti, cū certum sit Dei opera fuisse valde bona, & perfecta, secundum quod vnicuiq; rei, sua conueniebat perfectio. Et cū homi- *Sacru Conni* hæc sit spectabilior ac præstantior, creatu^r fuisse in gra- *ci. Trid. 5.* tia, ut perfecte ordinaretur ad finem suum naturalem cum qō. dec. de sufficienti medio obtinendi illum, quod erat gratia, ex hoc peccato o- nimirum cōiecturam facimus de re hac, vt dicamus, quod rigi. Adā *paradiſo* creatus fuerit in ea sicut Angelus. Nullius enim magistri *cum māda* verba iurauimus. Hæc gratia in qua creatus fuit homo, aut tū *Dei* in quam citò sibi est donata, regia corona erat omnium illo- *paradiſo* rum donorum, decor, & pulchritudo eorum, splendor, & fuisse trāf claritas, quæ pretiosa reddebantur, ornatus ac regia vestis gressus, primorum parentum. Quanta charissimi fratres sunt hæc, statim san- & quam magnifica, quæ de manu Domini in prima nostra c̄titate & creatione recepimus? Recepit inquam primus humani ge iustitia, in neris parens, ut iure hæreditario ad vniuersos filios hære- *qua consti* ditas deuolueretur si perseverasset. Qui cum primo in obē tutus fue- diens inuentus est, tota humana natura (cum ipse gereret rat, amisit personam omnium filiorum) in ipso rea facta est, & ingra- *vbi sancti* ta inuisaq; Deo suo, ita q; Paulus asseueret, quod sumus om̄tas & iu- nes natura, idest, à nativitate, filij iræ. Iam expoliatur dono *stitia & con-* illo cœlesti, iam cęca & effrænis ruit in quæq; delectabilia iuguntur. sensuum, ratione, lege, Deoque sp̄ris. Iam rebellat caro *Ad Ephe-* aduersus spiritum. Iam libera fronte, etiam reclamante *cap. 2.* ratione, voluptatem turpem, in honestasq; delicias querit. *Psalm.* Iam, quia caret iustitia originali, cum debito habēdi eam, *Diffinitio* quæ est diffinitio peccati originalis, priuatior priori re*cti*- *peccati ori* tudine, scilicet, rationis, & mentis ad Deum, quod propriæ *ginalis*. est culpa, & alia rectitudine viri^r inferiorum ad rationē, quod propriæ est effectus illius culpæ. Iam homo, qui in ho *Psalm.* nore creatus erat, cōparatus est iumentis insipientibus, & si- milis factus est illis, quasi horologiu^r, quod certis momētis *Similiudo* & pūctis descēdit, cuius pōdera cū primo deficiūt, in Bara- *aiup*

Super Psalm. 50. Homilia septima.

thrum cum impetu præcipitatur, & quasi furore revolvitur C
impetu, & sonitu, Sic factus est homo cum legē trāsgredi-
tur, & mādatum. Iam sequitur quod sancti illi patres Theo-
doretus, & Basilius dicebant: Nisi illi deliquerint, mortis
pœnam haud meriti fuissent. Sicq; morti obnoxij facti nō
fuissent, nec corruptioni quoq; Essent ergo & incorrupti-
biles, & immortales, & impaſſibiles ad illum sensum, quē
supra exposuimus. Haberet (inquit Basilius) impassibilita-
tem in comitatu suo iustitia illa. At quoniam peccato se
obſtrinxerunt, corruptibles facti sunt, consimilesq; poste-
ros procrearunt, quibus concupiscentia, metus, voluptas, &
Nota. alia his similia adhærēt. Non sic philosophati sunt impijſsi-
mi Lutherani. Quorum deliramenta relinquētes, cōſidere-

In Apolo. mos verba beati Basilij. Quibus cōcupiscentia, & voluptas
cōfessionis adhærēt. Ecce vnde ratio obscuratur, ecce vnde Deus obli-
Augusta - uiscitur, ecce vnde lex contemnitur, ecce vnde præſentia
ne & in amātur, & æterna despiciuntur, quia voluptas, & concipi-

colloquio scētia adharent nobis, etiā post remissam culpā originalē. D

Vuorma- Hæc enim culpa non sunt, sed ut dixit beatus Basilius, fons,

censi.

& scaturigo omnium delictorum. De quibus beatus Apo-

Ad Galat. stolus: Manifesta autē sunt opera carnis, quæ sunt fornica-

cap. 5. tio, immunditia, impudicitia, luxuria, idolorum seruitus,

Opera car beneficia, inimicitiae, emulationes, iræ, rixæ, dissensiones,

nis.

seſtæ, inuidiæ, homicidia, ebrietates, comedationes, & his

similia, quæ prædicto vobis, sicut & prædicti, quoniā qui ta-

lia agunt, regnum Dei non consequentur. Ecce quam ve-

nenosæ herbæ de cāpo corruptissimæ carnis nostræ affla-

Disciplina tu serpentis infectæ, quotidie pullulant.

quiā necef- Iam intuemini quāta aduersus carnē nostram discipli-

saria ad do na opus sit. Siquis hæc vel extremis labijs degustererit per-

mandū su- consensum mentis, morte morietur, quoniā scriptum est:

per ciliciū Qui talia agunt regnum Dei non consequētur. Hinc certè

carnis. voces, & gemitus beatissimi Apostoli. Caro cōcupiscit ad

Gal. ca. 5. uersus spiritum, & spiritus aduersus carnē. Infelix homo,

quis

A quis me liberabit de corpore mortis huius? Caro, quæ subdita foret spiritui, neq; vñquā rebellaret aduersus eum, aut insurgeret cōtra legē eius, & imperium, cōcupiscit aduersus rationē & æquitatē. Videte quanta opus sit eleuatione *Nota Val-*
mentis in Deum, ut euelli possit caro nostra à suis deside- de.
 rijs, vel saltim remoueri, cum effræni facta sit solutis habe
 nis in cōcupiscentiā malam per peccatum originale. Quæ
 quidē effrænatio adhuc manet in baptizatis, ad eorū exer-
 citium, & coronā, & humiliationē, & fidē. Baptizatus qui-
 dem erat Paulus & plenus Spiritu sancto, & tamē caro eius
 aduersus spiritum insurgebat. De quo gemēs clamabat: In- *Duellū car*
fœlix homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? nis & spi-
Expectate obsecro luctā, & agonem rati duelli carnis no-
ritus.
 stræ, & spiritus, cōsiderate quid victori pro corona promit
 titur. Caro (inquit Apostolus) concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem. Caro enim frigus timet,
 aspernatur famem, attenuatur vigilijs, libidinibus exarde-
 scit, mollia quæq; & iucunda desiderat, delectatur præsen-
 tibus & breuibus, nec recogitat, imò plenissimè ignorat
 quanta supplicia, quantaq; durissima flagella ipsam expe-
 ctet. De quibus vñico verbo Apostolus dicebat: stipendia *Rom. ca. 6.*
 peccati mōrs. Econtra spiritus ea, quæ carni aduersantur, &
 quæ illā liuidā possint facere, expetit. Non cōtéplatur præ *Ad Cor. 2.*
 sentia, quæ tēporalia sunt, sed quæ non vidētur, quia æter- *ca. 4.*
 na. Spiritus quidem in accepta iniuria indulgentiā & patiē-
 tiā desiderat, caro autem vindictam, spiritus vigilias sa-
 cras amat, caro somnum & delicias, spiritus ieunium, vt
 puras ad Deum in oratione leuet manus & preces alat, ca-
 ro autē saturitatē, & ebrietatē, vt ea quæ delectabilia sunt *Ad Ro. 7.*
 ac iucunda amplectatur, & sic de alijs. Propter hæc dicebat *Nota.*
 beatissimus Apostolus: Video aliā legem in mēbris meis, *Lex carnis*
 repugnantem legi mentis mēr, & trahentē me in legem in omni-
 peccati. In membris omnibus, scilicet, in oculis ad cōcupi- *bus mem-*
 scēdum, in manibus ad vindictā, in lingua ad conuitū, &c. *bris.*

Super Psalm. 50. Homilia septima.

Hæc est lucta plusquam ciuilis, periculosisſimumq; certamen inter spiritum & carnem, in quo locum mediū tenet anima, habens quidem in sua potestate bonum, & malum, velle & nolle, propter quod dicebat beatus Basilius: In hac lucta, & ratio versatur, quæ si victoria potita fuerit laudatur, & triumphalibus coronis coronatur, sin verò succubuerit, condemnatur.

Lege Ori- Vidistis fratres quam verè dictum est: Militia est vita genem su- hominis super terram, nē quidē extra nos est inimicus no-
per cap. ad ster. Cōfortamini ergo in Dño, & in potētia virtutis eius,
Roma. vt possitis stare aduersus insidias diaboli, & carnis vestræ.
Iob. c. 7. Attēdite doctrinæ & sacris præceptis, quæ gloriōsi princi-
i. Pet. c. 5. pesterræ Petrus, & Paulus nobis proponūt. Fratres (inquit
sacratisſimus Petrus) sobrij estote & vigilate, quia aduersa-
rius vester diabolus tāquā leo rugiēs, circuit quærēs quem
deuoret, cui resistite fortis in fide. Circuit murū, quo ani-
ma nostra clauditur, & custoditur, vt si forte vel vnum sen-
sum oculos aut manus inuenērīt dimissas, illac intret, & de D
uoret animā. Inuenit oculos Dauidis nō cautē custoditos,

2. Reg. 12. vidit lauātē se Bethsabee, & prædatus est inimicus animā
Sobrietas. eius. Sobrietas hēc, de qua Apostolus Petrus, ad moderatio-
nē omniū sensuū, ac motuū animæ spectat, nō solū ad cibi
& potus parcitatē. Et vigilare. Vigiliæ ad militū stationes
spectat. Tertia enim quoque hora per turmas vigilare ha-
bēt, ne repētinus aduentus inimici, dormiētes in prædā tra-

Cap. 14. hat & mortem. Sic legimus in Euangelio Matthæi Apo-
li, quod quarta vigilia noctis veniebat Dñs Iesus ad disci-

Quatuor pulos suos ambulās super aquas maris. Cū ergo vita nostra
Vigiliæ in sit militia super terram, quatuor vigiliæ in scripturis nobis
militia no demādātur. Prima quidē fides est. De qua beatus Apo-
stola. lus: Vigilate, in fide state. Hæc enim initiu & suppositu vi-
1. Ad Cor. tæ spiritualis est. Secūda vigilia, orationē haber, de qua cœ
cap. 15. lestis magister: Vigilate orantes omni tēpore, vt digni ha-
Luc. c. 12. beamini effugere hæc qmnia, & stare ante filium hominis.

Tertia,

A Tertia, ieiunium, de quo beatissimus Paulus. Vigilemus & *Ad Thess.*
 sobrij simus. Procurat nāq; oratio ieiunium, & solicitat, & *i. cap. 5.*
 ieiuniū orationē. Quomodo enim mēs in Deū ascēderet
 si nō ieiunaret corpus, in quo habitat? Oratio enim ascen-
 sus mētis in Deū est, grauia verò non ascēdunt, ideo procu-
 rat oratio ieiuniū, & ieiuniū orationem, ut cui refectione car-
 nalis subtrahitur, cœlestis procuretur. **Quarta** vigilia nō
 peccare habet, sic docet beatissimus Paulus. Euigilate *i. Ad Co-*
sti, & nolite peccare. Hic non solū vigilādi mandatū habe *rin.ca. 15.*
 mus, sed euigilandi. In hac quarta vigilia venit ad nos, sub
 tēpestatis procella periclitantes, Dōs Iesu, & imperat ven-
 tis & mari, &c. Hæc est cœlestis armatura, qua cor nostrū
 aduersus tela ignea nequissimi armatur, ut possimus stare
 aduersus insidias diaboli. Et qui Leo dicitur, Draconis etiā *Diabolus*
 officio fungitur. Draco occultè insidiatur. Insidiatur qui- *Leo &*
 dé diabolus animæ nostræ cupiēs trahere eam in captiuita *Draco.*
 té & carcerē, gemitus & doloris æterni, sicut pescator, qui

B insidias parat pisci, proposita vermis esca, sub qua later *ha-* *Similitudo*
mus ferreus. Vermis carnis nostræ, dulcedo est, hamus for-
 tissimus, culpa in Deū & legē eius. In fide resistēdus est dia-
 bolus serpēs & draco antiquus. De quo Paulus Apostolus *Ad Eph. 6*
 dicebat, cum militē ducis æterni Christi armatura inexpu-
 gnabili induebat: In omnibus sumētes scutum fidei, in quo
 possitis omnia tela nequissimi ignea extingue. Ecce scu-
 tū militiæ nostræ. Ecce invincibile, & impenetrabile cly-
 peū eorū qui certā desiderant facere suam vocationem, &
 electionē, fides inquam. In omnibus sumentes scutū fidei,
 audite & videte. Scutum fidei, idest, doctrinā fidei & cōsi-
 derationem æternorum, quæ omnia fides docet. Tela ini- *Tela ini-*
 quissimi inimici nostri ignea sunt. Nunquid non igneū *micinostri*
 telum ardens ira, quæ cor, & oculos accendit? Nunquid *ignea*,
 non ardens telum nequissimi inimici, quo caro, quæ fo-
 num est, comburitur per luxuriam & concupiscentiam?
 Nunquid non ardens telum amor carnalis, imò rabies lu-
xuriaz,

Super Psalm. 50. Homilia septima.

xurix, quā cæco igne capitum miser homo? Hæc tela ignea C
scuto fidei nostræ recipienda sunt, ut statim ad mittentem
reueuantur, ipsumque vulnerent. Scuto fidei nostræ, id est
in doctrina, & consideratione fidei nostræ, quæ docet æter-
num flagellum gehennæ, si secundum carnem vixerimus.
Si enim sensu carnis nostræ & concupiscentiæ nostræ illa
recepimus, profecto cum vulnere pessimo, ignis accen-
detur, sicutq; fiet animæ & corporis perditio.

Nota. Iam aperte videant, quicunq; carni suæ indulgentes, in
delicijs & otio usque ad satietatem, ipsam enutriunt, bi-
bentes vinum defæcatum ad sonum organi, & tubæ cor-
neæ, edentes saginatum vitulum de armento, & pingua
terræ, quam arida ligna igni concupiscentiæ suæ, noctu-
diuque ministrant, ut tandem flamma vitiorum suorum
ad cœlos usque descendat, cuius fumus mentes eorum ob-
nubilet, cuius scintillæ, propinquos & conservos accendat,
quorum peccatum, ipsis dominetur, ut tandem cum diabo

Io Domino suo, gehennæ & igni tradatur æterno. De qui- D
Matt. 16. bus cœlestis magister dicebat. Qui amat animam suā per-
Rom. 8. det eam & eius Apostolus. Si secundum carnem vixeritis,
moriemini. Et alio loco: Nō regnet peccatum in mortali ve-
Rom. 6. stro corpore, ut obediatis concupiscétijs vestris. Sed neq;
exhibeatis membra vestra arma iniquitatis peccato. Sed

Regnū & exhibete mēbra vestra arma iustitiae Deo. Super quod ele-
sedespecca ganter valdeque viriliter scripsit Origenes: Per hæc docet
ti.

Apostolus sedē quādā habere regnum peccati in corpore.

Orig. li. 6. Omnia illa, quæ superius opera carnis enumeravimus, ve-
super. 6. c. lut exercitus quidā dānatus est, sub hoc rege peccati mili-
ad Rom. tās, & legi eius parēs, quæ in membris carnis scripta sunt.

Cerum est enim, quod ex eo quod desiderijs peccati ca-
ro obediens tam præstat, concupiscit caro aduersus spiri-
tum, & spiritus aduersus carnem. Illud tamen adverte
quod ut ostenderet in nostra potestate esse situm, ut non
regnet in nostro corpore peccatum, præceptum dat Aposto-
lus

- A Ius dicens: Non ergo regnet peccatum in vestro mortali corpore, ad obediendum desiderijs eius. Nisi enim esse in nostra potestate, ut non regnaret peccatum, præceptum vtiq; non dedisset. Sed & nota, quod non obedire præcepit, non tamen non regnare. Impossibile enim est dum in corpore vitium mortali, non circundari eius insurmitatibus, & concupiscentia. Non obedire præcepit. De quo idē Origenes. Si ira ascendet in cor meū, potest fieri ut lope- Origenes.
Homil. 15
in Iosue.
- ra iracundia non impleam vel metu deterritus, vel etiam futuri iudicij timore cohibitus. Sed hoc non sufficit, agent dum tibi est potius, quatenus nē q; ipsa quidem commotio iracundia locum habeat in te. Si enim esset bluerit animus, & conturbatur, etiam si non impleverit opus, ipsa tamē perturbatio indecens est ei, qui sub Iesu militat duce. Similiter & de concupiscentia vitio, & de tristitia cæterisq; omnibus sentiendum est. De quibus cunctis agendum est discipulo Iesu, ut nihil horum omnino in eius cordē re-
- B spiret, ne forte si parvus aliquius vitij aut consuetudo, aut cogitatio relinquatur in corde, processu temporis conualefcat, & paulatim vires latitando conquirat, atque ad ultimum reuocet nos ad vomitum nostrum.
.
- Non manet quidem absolutum præsens argumentum Media suf-
vsiq; hic dum media sufficientia non demonstramus, quis fieri ad
bustantam felicitatem impenerem possumus. Attendite eidē victoriam
magistro docenti carnis mortificationem, ut eius fomes contra car-
peccati quam maxime extinguatur, sine quo nullus homi-
.
num vixit quantumvis sanctus & electus, præter Dominū
Iesum, qui de Spiritu sancto & sacra virgine, sine ardore
carnalis desiderij concepsus fuit, segregatus quidem ab ho-
minibus, non à carne eorum quia homo factus est, sed à cō Domina
cupiscentia & peccatis eorum. Et propter eius honorem nostra sine
hoc idem sacræ eius matris & sapientioribus conceditur. Originali.
Quippe quæ sine peccato originali concepta sunt, neque peccato &
fomite aut concupiscentia illa fatigata. Præter Dominum fomite
nostrum

Super Psalm. 50. Homilia septima.

nostrum Iesum Christum & matrem eius sacratissimā nul-
lus vixit sine concupiscentia & fomite peccati. De quo nō
dixit aut præcepit Apostolus, ne habeatis fomitem aut cō-
cupiscentiam in vestro mortali corpore. Sed quid ait? Nō
regnet, vt obediatis vestris concupiscentijs. Non obedire
præcipitur nobis. Primum ac magnum remedium ad fu-
giendam hanc peccati tyrannidem, quod dominari nobis

Coloss. c. 3. desiderat proponit sacratissimus Paulus: Mortificate mem-
bra vestra, quæ sunt super terram, expoliante vos veterē
hominem cum aribus suis, & induentes nouum eum, qui
renouatur in agnitionem secundum imaginem eius, qui

Ad Cor. cap. 9. creauit illum. Quod suo nos docet exemplo, cum alio lo-
eo scribit: Castigo corpus meum, & in seruitutem redi-
go, ne forte cum alijs prædicauerim, ipse reprobus effi-
ciar. O cœleste magisterium, cuius gymnasium, cuius ca-
thædra, cuius doctoꝝ, non inuenitur in terris, vnde neque
talis lectio auditio, talis doctrina non amplectitur, nisi ab

Ad Phil. cap. 3. illis qui cū eodem Apostolo dicere possunt: Nostra con- D
uersatio in cœlis est. Vnde & saluatorem expectamus Do-
minus nostrum Iesum Christum qui reformauit corpus
humilitatis nostræ, configuratum corpori claritatis suæ.

Ad Phil. cap. 3. Qui ascendunt ad montem Dei Jacob consideratione ac
mortificatione (hoc significat corpus humilitatis, id est, li-
uidum, & quasi morti destinatū permortificationē) tamē
docentur de vijs Dñi, & ambulant in semitis eius. Plenus
spiritu Paulus, qui vsq; ad tertium cœlum ascendit, & vsq;
ad Paradisum Dei, vñas electionis, qui vidit Dominum, ca-
stigat corpus suum, & in seruitutem spiritus redigit, dei-
cit solium regni diaboli, à carne sua, & eaſcat illud pèdibus
suis. Mortificate ergo & vos carnem & membra vestra, ca-

Eccle. 28. stigantes illa vigilijs, orationibus ieunijs, cilicio, vt sic in
Mortifica seruitutem spiritus & rationis redigantur.

*Audite omne scripturā, hāc mortificationē docēte. Se-
fensuum.* piaures tuas spinis, & lingua nequā nōlia audire, & ori tuo
facito

- A) facito ostia & seras auribus tuis. Esaias præter sepē spina- cap. 53.
 rum obturare aures docet, cum de hac mortificatione per
 tractat. Qui ambulat iniustitijs, & loquitur veritatem, qui
 projicit auaritiā ex calūnia, & excutit manus suas ab omni
 munere, qui obturat aures suas ne audiat sanguinē, qui clau-
 dit oculos ne videat malum: iste in excelsis habitabit. Vbi
 nota quod crudelius sanguis effunditur, cum fama proximi
 lreditur, quād cum gladio vulneratur, propter quod obtu-
 rare aures iubemur, ne audiamus sanguinem, cum detra-
 tor loqui incipit. Facito ostia orituo, claude intra illa lin- Jacob. c. 3.
 guā tuā, quia omnis natura bestiarum volucrum, & serpen-
 tum & cæterorum domatur, linguā autē nullus hominum
 domare potest. Inquietum malū, plena veneno mortifero
 & maculat totum corpus & inflammat rotam nativitatis
 nostræ, inflamata à gehenna, rotam, idest, cursum vita no-
 stræ instabilis, inflamata à gehenna, idest, diabolo. Mortifi-
 cāda sunt hæc mēbra corporis nostri mortalis, ut illa & spi-
 B) ritus seruetur integer in diē dñi nostri Iesu Christi: Cōdu- Origenes
 cit multū ad vincendū, & superādum hūc crudelē tyrannū,
 assidua recognitatio dñicæ mortis & crucis eius: de quo Ori- lib. 6. c. iad.
 genes: Certū est ubi mors Ch̄ri circūfertur nō potest reg-
 nare peccatū. Est enim tātavis crucis Ch̄ri, vt si ante oculos
 ponatur & in mēte fideliter retineatur, ita vt in ipsam mor- Romanos.
 tē Ch̄ri intētis mētis oculis aspiciatur, nulla cōcupiscētia,
 nulla libido, nullus furor, nulla superare possit inuidia. Sed Vis crucis
 cōtinuo ad eius præsentia, totus ille, quē supra enumerauimus, peccati & carnis fugatur exercitus. Sic cōtigit beatę Iu- Ch̄stii.
 stinę quā adamauit Cyprianus incātator, missisq; ministris
 inferni, vt cor virginis solicitaret, ipsa signo crucis munita,
 eorū fortitudinē vicit. Quod cū sciret Cyprianus ad dñm Instina vir
 cōuersus est. Optimū efficaxq; remedū profectō, ad domā go & Cy-
 dā, & extingueādā superbiā & flāmā carnis nostrę, assidua prianus.
 crucis & mortis dñi Iesu meditatio. De qua multa in nōli-
 bro, signū vitæ scripsimus, & in alijs de spe & Timore dñi.

Vide

Super Psalm. 50. Homilia septima.

Videte ergo ad quam graues, & necessarias cōsideratio
nes gemitus, & confessio prophetæ, ecce, in iniquitatibus
cōceptus sum, nos vocauerit. In iniquitatibus profitetur se
esse conceptum, vnde aperti sunt oculi mei (inquit) sicut &
patribus meis cum vetitum cibum manducauerunt aperti

Gene. c. 3. sunt oculi. Mei oculi, idest, omnes sensus corporis mei in
deliciosa quæq[ue] prorumpunt, & vidi vanitates, & illas inse
quens, vanus factus sum. Ex hac cognitione corruptæ gene
rationis nostræ oportet sequatur attentissima & peruigil

Pro coniu- custodia cordis nostri, quia ab adolescentia in malū impel
gatis. lit nos. Vnde attendant qui in sancto matrimonio coniun
cti sunt, non licere eis, quæ nec bruta ferissima faciunt, qui
bus vniuersa scriptura salubria præscribit mandata ac cōsi
lia.

Cap. 8. Audi me inquit Raphael Angelus Tobiae iuniori, &
ostendam tibi quibus præualere potest dæmonium. Hi
nanq[ue] qui coniugium ita accipiunt, vt Deum à se, & à men
te sua excludant, & suæ libidini ita vacent, sicut equus &
mulus quibus non est intellectus, habet potestarem dæmo
nium super eos. Tu autem cum acceperis eam, ingressus cu
biculum, per tres dies continuos esto continens ab ea, & ni

Nota Val- hil aliud, nisi orationibus vacabis cum ea. Non dubito pro
de. festò quodq[ue]d quanto minor fuerit parentum in prolis gene
ratione concupiscentia & ardor libidinis, tanto etiam futu
rum serenius contemperamentum corporis filij, qui gene
ratur. Vnde non solum sibi & saluti animarum suarum con
sulunt, cum permanent coniugati tanquam non habentes
vixores pudici, moderati, verum & quæ multum filii suis,
iam cœlestem thesaurum thesaurizant. Mortificatio ergo
conuenit coniugatis, & sibi recipiſſis dehent attendere ne

Hieron. suorum coniugium in luxuriam & impudicitiam pessimā
per. 5. c. ad reputetur. De quibus dicebat beatus Hieronymus super
Gala. prio- hunc locum leuitici: Vere cunctiores & reuerentes facie
ris exposi- filios Israel ab omni immunditia. Quomodo enim in ve
tationis. teri legē de nefandis criminibus, quæ in occulto fiunt, ea
nomi-

A nominare turpissimum est ne & dicentis os, & audiētum polluerentur, generaliter scriptura complexa est dicens: Verecundos facite filios Israel, &c. Sic in hoc loco (de huius luxuria sermonē agit sicut & Apostolus) cæteras extraordi- narias voluptates ipsarū quoq; opera nuptiarū si non ve- recunda, & cū honestate quasi sub oculis dñi fiant, ut tan- tum liberis seruiatur, immunditiam, & luxuriam nomina uit. Pondera singula verba Hieronymi, & maxime illud, quasi sub oculis domini, & ut tantum liberis seruiatur.

Vidimus magnum malum nostrūq; exprimariatione primorum parentum venit, deriuatumque est ad nos usq; (de præsentibus doloribus sermonem fecimus, non de exi- lio cælestis beatitudinis) vidimus quibus remedijs occurre re illi possimus & mederi, quāque vigiles ac sobrios opor teat nos esse. Iā, vt ea, quæ in principio promisimus, obser uemus, de cōfessione vel verbū vñū proponamus. Magnifi-

B cabat beatus Ambrosius cōfessionē David, & iure optimo. *Ambros.*

D Adauxit confessionem iniquitatis suæ (inquit) & in Confessio: perpetua secula toto canendam orbe transmisit. Verecun- diam ingerit nobis talis confessio, qui vel in aurem sacer- dotis Dei erubescimus confiteri scelera nostra, neque erū buimus sub oculis amicorum veltotius populi ea perpetra re. Non præcipitur tibi ô homo vt iniquitates tuas scripto & sigillo tuo, canendas toto orbe transmittas, sicut ex ve- hemeti dolore & desiderio confusionis suæ, in vindictam peccatorum suorum fecit sanctus David: sed sub sigillo sa cramenti cōfessionis in auribus vñius sacerdotis, dic tu pēc cata tua, vt justificari possis. Usque ad hanc horam non ces sat proclamare sacerdōtii domini David, in aures no stras iniquitatem suam. Et quasi tot confessiones personat, quos sunt auditores, aut lectores psalmorum. Toto orbe & semper canendam transmisit iniquitatem, vt sub omnium oculis confundatur, sciens quod ad correctionem, & sa- tisfactionē, & ad Dei gloriā peccatorū confessio spectat.

Super Psalm. 50. Homilia septima.

Cap. 7. De quo olim Iosue ad Achā filium Carmi filii midaglo
Dare gloriam Deo Israel; & confitere, atque indica mihi quid feceris, ne abscondas. Respondebit Achā Iosue: Vere ego peccauī dñō Deo Israel; & sic & sic feci. Vidi inter spolia palliūcōtineū valde bonum, & ducentos siclos argenti, regulamq; aureā, de quibus omnibus præceperat dominus ne aliquid acciperent, sed omnia Iericho anathematizavit. Própter quod peccatum non fuit illis adiutor, sicut promiserat, sed cum expugnarēt ciuitatem Hai ceciderunt ex eis trīginta & sex homines, ceteris fugientibus usq; ad Sabarim atque corruentibus. Admiranda est profecto sapientia Iosue in verbo eius ad Achām. Dixit enim da gloriā Deo Israel. Habebatur dñs Deus tanquam infidelis seruator promissi sui, quo dixerat se illis ad futurū, cum nō esset manifestum crimen in Israel, propter q; abscondit faciem suā ab eis. Spectabat ergo ad Dei gloriā confessio furti Iericho, ut ex hoc iuste illis fuisse iratum appareret, defuisseq; in auxiliando. Eadem de causa, & eisdem verbis ad vos hodie loquimur, date gloriā Deo qui adest nobis in auxilium, cum inimici nostri hæreditatem nostrā conculcant, obtinent arces, & præsidia fortalitiae, trahūt captiuos fratres nostros pluribus milibus gladio interfectis. Non armorum potentia, nō militum fortitudo ac multitudine, nō cibi & potus abundantia, nō principum fides, & pietas vera in Deum, non oratio assidua populorū, & quam maxime astate sub oculis nostris venerando sacramento altaris, nō clamor sacrarum virginū & monachorū deest, & tamē superbia inimici in victoria ascēdit semper. Quid ergo causæ est quod dñs nos sternit nō auxiliatur nobis? Non adest consiliū eius ducibus & *Theodore* magistratibus magnā hanc prouinciā gubernatibus ac dis-
tus sermo- ponētibus, quod solū deficere mihi videtur. Huic quæstio-
ne. 10. de nī respondebo tibi quod apud beatum Theodoretum scri-
pserit cū de captiuitate arcæ dñi sermonē ageret. Ideo
ria infine. dñs Allophylis arcā tradit, populi iniuitatē arguēs(neq;
enim

- A** enim oportebat legē propugnādō suū facere eos, qui legē in palā transgressi fuerantur. traditæ autē; maiestati tueruntur, allophylos docens, quod nō Deum viciissent; sed hominum iniquitatem. Propterea Dagon quaq; quē illi, cœ Deū adorabāt (idolum vero hoc erat mutum & omnis sensus expers) ante arcam corruere facit, & cuncte cultoribus illius spectahdū exhibet, ut allophyli discriminem discerent, illi vero stollide rursus erigunt: denuo autē collapsum vident & tamen adorant, &c. Non oportebat legē propugnare torem suum facere eos, qui legem palā transgressi fuerant eādem rationem & causam nostris his calamitis temporibus video quare Deus noster longè abest a nobis. Nimirum quia iniuriosi irreuerentesque inuestiti sumus aduersus tremendum corporis & sanguinis Christi sacramentum: Cum tam multa sit hominum multitudo, qui accedentes ad sacrum altare in peccato mortali. Ideo deest Deus, & dñs noster eis in auxilium. **Audite ergo:** secretum peccatum Acham scandalum est populo Dei, publicum peccatum, & maximē filiorum Heli summi sacerdotis, armamini fratrat allophylis aduersus Hebræos. Nunquid & hæc dicere possumus de populo nostro? Armamilitiae eorum peccata secreta & publica nostra sunt. Ad vos ergo loquor cum Iose sicut & ipse ad Acham dixit. Date gloriam Deo Israel, saltim in confessione peccatorum vestrorum. Cente spectat ad Dei honorem & gloriam, pedatorum nostrorum sacramentalis confessio, tum etiam & iudicialis publica si oportuerit. Nec vere cundia, quam in peccando non ligauit linguam & manus, nunc obmutescere faciat in confessione. De hoc eleganter dicebat Tertius Confessio.ilianus. Pierosq; tamē hoc opus (de exomologesi enim sed Tertulia monē agebat) ut publicationē sui, aut suffugere, aut de die nus libro in diem differre, præsumo, pudoris magis memores quam de penitentia salutis: velut illi qui in partibus verecundioribus corporis contracta vexatione conscientiam medientur irritantia, infine. Similitudo

Super Psalm. 50. Homilia septima.

¶ Cap. 7. & ita cum erubescientia sua pereunt. Statim vero ad tollendam hanc maximè periculosam verecundiam, rationibus prehidentes inducit. Inter fratres atque conseruos, ubi communis spes, metus, gaudium, dolor, passio. Intolerandum scilicet pudori domino offenso satisfacere, saluti pro dæte reformati. Ne tu verecundia bonus, ad delinquendum expandens frontem, ad deprecandum vero subducens. Cum te ad fratrum genua protendis Christum contrectas, Christum exoras. Atque illi scilicet sacerdotes cui super te lacrymas agunt, Christus patitur. Christus patrem deprecatur. Facile impetratur semper quod Christus postulat. An meus est datum natum latere, quia tibi palam abs solpi. Llege quæ sequuntur in auctore, quia magna xtritatis profectio sunt. Date ergo gloriam Deo in vestra confessione, obedientes precepto eius, & confitentes peccata vestra, quantumuis grauia, quantumuis occulta, cum dolore & lacrymis, ut remittantur vobis. Sed quiescite prius peruersiagere, sicut

Cessare docet Sanctus Elias. Maxime expedit locum hunc nota-
peccatis. ie & ponderate his nostris temporibus in quibus cogluti-

Cap. 1. nata voluntate miseri peccatoris antiquis peccatis suis, con-

Nota Val- fiteri & comunicare presumit. Pondera & dilata, de quo

de. sequenti homilia. Vnusquis sermonem, & hanc conside-

Cap. 13. rationem cum exhortatione. Hibrendi prophetæ claudemus. Date domino Deo vestro gloriam, antequam edentem

brescat. Audite & auribus percipite nolite elevari, quia do-

minus loquutus es. Date gloriam Deo, antequam offendant

vestri pedes ad montes caliginosos expectabitis lucem, &

ponet eam in umbra mortis, & in caliginei. Quid si hoq-

non audieritis in abscondito plorabit anima vestra, &c.

Date honorem & reverentiam Deo in confessione peccato-

rum, ut gratiam dei ipse vobis in absolutione, quæ pignus

suum, ab certissimum est felicitatis æternæ, quam nobis concedat

Deus pater per dominum nostrum Iesum Christum filium suum,

qui cum spiritu sancto regnat in secula. Amen.

SUPERPSALMVM QVINL
quagesimum. Homilia octaua.

Ecce enim veritatem dilexisti: incerta & occulta
sapientia tua manifestasti mihi.

ARGUMENTVM.

- A **S**ACRO RVM doctorum utilissime expositiones proponuntur. Quod autem Deus sit Verax, & longe a natura eius mendacium, rationibus & scripturis demonstratur, quamque amator, & seruator illius sit. Iam de mendacio, quod multiplex reperitur, agit auctor, docens cum Aristotele, quantum malum sit mendacys officiosis, & iocosis indulgere, & cum apostolo quam necessaria in republica Veritas, ad eius statum & in columnam. Secundo loco, amplectens patrum expositiones, de satisfactione, que tertia pars poenitentiae extat, multa valde utilia & necessaria disputat, ostendens quam ignominiose curantur vulnera peccatorum nostrorum hoc tempore, traditique ex sententia Apostoli tres regulas, secundum quas metiri debet nostra poenitentia, demonstrans evidenter indulgetias non curare nostri cordis imbecillitatem, nec præseruare poenitentem a sequentibus peccatis, quod officium satisfactionis est, proper quod maxime commendatur. De qua satisfactione cum beato Augustino, & Anselmo differit, ostendens cum Tertulliano & Irenæo Adam patrem nostrum primo dedicasse illam in semetipso. In tertia parte de excellentia prophetiae David, & decerta & exacta cognitione prophetarum, eorum, scilicet, quæ ipsis reuelabat Spiritus sanctus agit, & quam necessaria, ac suauiter disposita sit prophetia, ex quibus omnibus constat quam firmum & stabile sit nostræ fidei fundamentum, & eius ultima resolutio.
- B

Super Psalm. 50. Homilia octaua.

Ecce enim veritatem dilexisti; incerta & occulta
sapientiae tuae manifestasti mihi.

Multa & magna inducit praesens versiculus, nec minus utilia quam delectabilia. Veritatem in primis Deum diligere, & vitroque brachio amplecti afferit sanctus propheta. Sibiq; suis reuelata consilia arcana diuinosq; cogitatus super hominum salute, qui alijs erant valde occulta, illos præcipue de quibus alibi canebat, ad vniuersum mundum dirigēs vocem psalmi sui: Venite & videte opera Dei terribilis in consilijs super filios hominum. Magnam & distinctionem nostræ fidei in praesenti argumēto inueniemus. Videamus quid duces nostri: ac capita populorum super praesentem locum scripserint, ut sic regia ac plana via ad sa-

psal. 65. **G**regor. Iutis studium veniamus. Placet mihi sanctissimi Gregorij super hunc sententia, ideo in principio eam proponam. Ideo (inquit) locum.

Iob. c. 7. **D**icas mea primo arguo, peccata mea ipse condemno, quia veritatem dilexisti. Veritatem diligit Deus, quia sine ulatione delictum non deserit. Aut enim hoc homo in se puniens persequitur, aut post mortem Deus stricto examine vltiscitur, siue ergo sit magna, siue parua iniquitas, nisi puniatur ab homine pœnitente, punietur a Deo iudicante: sicut a quadam sapiente dicitur. Verebar omnia opera mea, sciens quod non pars delinquenti. Quam expositionem valde notate. Non enim solum intelligit ac diffinit sacer Gregorius esse necessariam pœnitentiam (hoc est contritionem & dolorem pro peccatis voluntarium) verum & satisfactionem, tum ad medicinam præseruatiam, tum etia ad solutionem magnarum pœnarum, quæ omnes nostros peccatores (maxime histemporibus) expectant, cum iam frustis pœnitentiales quasi aboliti sint. De quo longiorem fa-

Augusti. ciemus sermonem. Quod valde confirmat expositio beati super hunc patris Augustini. Ignoscis, confitei ignoscis, sed seipsum purificanti, & sic seruatur misericordia & veritas. Misericordia

quia

A quia homo liberatur: vetiras, quia peccatum punitor. Ex positionis ordo expostulabat quidem primo loco de satisfactione agere nisi alius esset in argumendo promissus, ille tandem erit utilior, ac fructuosior, quem prosequi intendo. Egimus enim, in fine precedentis homiliae de confessione peccatorum, post assiduum sermonem de contritione ac cordis dolore, iam versus iniculus triplex redditor, & non facile solubilis, de satisfactione agendum est.

Ecce enim veritate dilexisti. Ignoscis penitentiam, & confessum, sed se ipsum punieris. Et si integra aut duabus concionibus materia hanc satisfactionis, quae constituitur tertia pars penitentiae, vellem absoluere, nec votis nec necessitate, & magno morbo ac periculosisimo, qui his nostris temporibus calamitosissimis gravatur, satisfacerem. Heu, heu, Hier. c. 4. heu domine Deus ergo ne decepisti populum istum & Hierosalem dicere: Pax erit vobis: Ecce peruenit gladius usque ad animas? Vnde, o sacer Hieremia totumque profundam suspiria, & dolosus gemitus? Propter quid non desciunt lacrymæ de maxilla tuis? Quia dominus maximopere curauit docere populum suum, & misericorditer prophetavit in spiritu suo, posuitque verbas suas in ore meo quæ & annunciatu illis, & crediderunt verbis meis daci, & falso prophetæ Anania, qui dicebat eis: Pax, pax, non veniet captiuitas & destruacio super terram hanc, & abiicerunt dominum & sermones eius. Propter quod durius cum illis actum est, postquam traditi sunt captiui in Babylonem Reditus ad niam. Vnde (obsecro attendite) tam acutus gladius in manus peccatum numerissimi inimici, vnde tam latititia vulnera in cordi. & miseras omnium penitentium statim post confessionem peccatorum, qui nimis usque ad animas eorum peruenit, sus penitentem. Vnde tam miserabilis casus & velox, & præcepit ruina in tum vnde, Barathrum & præcipitum periculosisimum peccatorum. Vnde est quod statim altera aut tercia die sunt nostri penitentes canes redentes ad suum vomitorum, & veluti sus loqui in volvabro luti? Curant cum ignomonia cicatricem Hier. 6.

B rosi gemitus? Propter quid non desciunt lacrymæ de maxilla tuis? Quia dominus maximopere curauit docere populum suum, & misericorditer prophetavit in spiritu suo, posuitque verbas suas in ore meo quæ & annunciatu illis, & crediderunt verbis meis daci, & falso prophetæ Anania, qui dicebat eis: Pax, pax, non veniet captiuitas & destruacio super terram hanc, & abiicerunt dominum & sermones eius. Propter quod durius cum illis actum est, postquam traditi sunt captiui in Babylonem Reditus ad niam. Vnde (obsecro attendite) tam acutus gladius in manus peccatum numerissimi inimici, vnde tam latititia vulnera in cordi. & miseras omnium penitentium statim post confessionem peccatorum, qui nimis usque ad animas eorum peruenit, sus penitentem. Vnde tam miserabilis casus & velox, & præcepit ruina in tum vnde, Barathrum & præcipitum periculosisimum peccatorum. Vnde est quod statim altera aut tercia die sunt nostri penitentes canes redentes ad suum vomitorum, & veluti sus loqui in volvabro luti? Curant cum ignomonia cicatricem Hier. 6.

Super Psalm. 50. Homilia octaua.

filii populi mei. Quid est, curant cum ignominia? Statim C.

Nota Val-de. declarat illud sacer propheta. Dicentes, pax pax. Cum gloria cū magno fructu quōdam dixit hoc verbum Dominus

Luc. c. 7. Wade in pa-ce. Jesus mulieri peccatrici. Vade in pace (inquit) quia dimis-
sa sunt tibi peccata tua. Curauit & dixit pax, vade in pace,

quia fleuit amare, & adeò affluenter quod lachrymis suis lauit domini pèdes, & extersit capillis capitis sui, quia oscula-
ta est eos multoties, quia vnxit vnguento. Vbi tam ar-
dens dilectio, tam vehemens dolor, tam dulces, & arden-
tes aquæ inueniuntur, ibi iure & iuste auditur verbum pa-
cis. Vade in pace. Cum ignominia autem curant nostri
medici vulnera peccatorum, qui confitentibus peccata
sua, ac si essent historiarum aut fabularum narrationes, di-
cunt, pax pax, vade in pace, nec acriter, & vehementer re-
prehendunt perditissimos mores eorum, impoenitentiam
& inuercundiam, qui sine resipiscientia ad tantum sacra-
mentum accedunt, nec fructus dignos poenitentiæ præci-
piunt facere, sicut sacer Ioannes dicebat Confitentibus D.

Matth. 3. Hiere. 6. peccata sua. Vnde, si nostis, tanta tamque periculosa ne-

gligentia in medico? Populus ad iracundiam prouocans
est, filii mendaces, filii nolentes audire legem domini.
Qui dicunt videntibus nolite videre, & aspicientibus no-
lite aspicere nobis quæ recta sunt, loquimini nobis pla-
cetia, videte nobis errores. Nolite nec verbū vnu proponere restitutio-
nem, aut pecuniarum, non audiatur in
satisfactione nostra verbum ieunij, aut orationis, aut elec-
tione mosynæ, non saccus, non cinis. Heu heu domine Deus tu
ne decepisti populum istum? Absit. Decepit eos, con-
cupiscentia eorum, decepserunt eos, qui cum ignominia
curabant vulnera eorum, super sanantes ea, & spurcitas
excidissimas intra sinum mentis recondentes.

Audite obsecro beatissimum Paulum quid de vera
poenitentia diffiniat. Quæ secundum Deum tristitia est
poenitentiam in salutem stabilem operatur, seculi autem
tristitia

Atristitia operatur mortem. Quid est secundum Deum? 2. Cor. 7.

Quæ obsecro est tristitia secundum Deum? quæ & pœnitentiam operatur in salutem stabilem? Recolite quæ superioribus lectionibus dicebamus, cum verbum illud, secundum magnam misericordiam tuam, exponeremus & huic loco adducite, secundum Deum (ut clarius procedat) id est significat quod secundum doctrinam, & regulas à secundum dñō Deo revelatas & prescriptas. Qui secundum has regulas Deum. cōtristatur, secundum Deum pœnitentiā assumit. Sicut qui Similitudo secundum Aristotelē aut Platonē quicquā de ideis aut de legibus diffinit, aut de virtutibus, illum quidē oportet Aristotelis, aut Platonis regulas ac placita seruare. Aut qui secundum Donatū de grāmatica agit, necessariū habet regulas illius seruare. Expēnde ergo, & diligenter edissere nobis, Dei & dñi nostri regulas, quas in addiscenda, & exercenda divina hac pœnitentiā arte proposuit. Attente me accipite. Prima regula, quā Spiritus sanctus proposuit per os

BEsaiæ prophetæ hæc est. Quiescite peruersæ agere. Sit peccatoribus quies, iabijcentibus opera tenebrarum ante eorum confessionem. Cesset à peccatis, qui dolere de illis parat ac pœnitere. Impossibile siquidē est Deo seruire & mammonæ. Quæ enim conuentio Christi ad Belial? quæ enim participatio iustitiae cum iniquitate? Aut quæ societas luci ad tenebras? Peccatum nostrum iniquitas est, pœnitentia autem iustitia. Peccatum nostrum tenebra est pœnitentia verò lux à domino. Peccatum nostrum Belial est, id est, sine iugo (interpretate hoc sacra iudicum lectione) pœnitentia autem suave iugum Christi est. Bene proinde societas nulla inter iniquitatē & pœnitentiam reperitur, sicut nec inter tenebras & lumen clarū solis. Iure ergo & necessario quies præcipitur à peruersa actione, ut deinde discamus bene agere, quæ nimirum lectio in gymnasio ac cathedra domini Iesu auditur, cum sub ipso prædicatio nis suæ exordio clamat: Agite pœnitentiam appropin- Matth. 4.

Super Psalm. 50. Homilia octaua.

quaviter enim regnum cœlorum. Cesset ergo peccator ac C
quiescat à laboribus suorum delictorū. Cesset adulter ab
adulterio dolens & gemēs per aliquot dies, abiiciat à se, &
à domo sua, & à cogitatu suo immundam mulierculam,
nec audiat vocem incantantis, non ingrediatur domum
eius, &c. Cesset & quiescat qui inueterata ita odit fratrem
suum, quiescat à laboribus odij per aliquid tempus, & dis-
cat bene agere diligendo, & non solum non odio, sed
Matth. 5. diligat. Diligite inimicos vestros dixit cœlestis magi-
ster, & non dixit, ne oderitis, sed diligite. Discat ergo be-
ne agere diligendo, quiescat maledicuſ, & refrænet lin-
guam suam à conuicio & blasphemia, & discat bene agere
in famæ, & honoris restituſione, &c. Hæc est prima re-
gula à Deo revelata, maximeque eam docet lumen ipsum
naturæ pro his, qui tristitiam in salutem stabilem assume-
re statuant. Nemo enim potest nouam vitam inchoa-
re, nisi veteris pœnituerit. Sit ergo quies & cessatio à
peccatis. Cum clamaueritis ad me, non exaudiāt vos, D

Ez. 1. ca. manus enim vestiræ sanguine plenæ sunt, dicit dominus.
Sim. litu-

do. Quid querit fomentum, & oleum, & ligatoras, qui in-
tra corpus absconditum habet gladium? Educ illud &
tunc curationem, & medelam querere. Apertissimè do-
cuit hanc doctrinam magnus predictor Ezechiel. Con-
uertimini, & agite pœnitentiam ab omnibus iniquitati-
bus vestris, & non erit vobis in ruinam ibiquitas. Projeci-
te à vobis omnes iniquitates vestras, in quibus prævarica-
ti estis, & facite vobis cor nouum, & spiritum novum.

Cap. 18. Secunda regula à Deo revelata est, dolor pro peccatis.
Matt. 3. 4. Pœnitentiam agire, dicebat amicus sponsi Ioannes Bap-
tista, & sponsus dominus Iesus. Tenete pœnitentiam, sit
cor vestrum pœnitentiam tenens, non cito transeat, ma-
neat pœna, teneat cor gemitum, & moerorem. Nec per
hæc, quæ scribimus credas, nos diffinire esse necessarium
ad remissionem & veniam longiorem, aut multorum die-
rum

Arum dolorem, scio qui dixit, in qua cuncte hora ingemuerit peccator, &c. Nec enim de instantanea salute sermonē *Ezech. 18.* agimus, sed de illa, quā summis votis vobis charissimi fratres cupimus, scilicet, stabili & diurna, per quam detur vobis a domino iterum non peccare cum auxilio gratiae eius. Sit ergo cor vestrum pœnitentiam tenēs, odiat quod antea ei placebat, & erat in oculis eius gratus, detestetur hodie, quod hesterna die utraque manu amplectebatur, tanquam serpētem venenosissimum, a se & a cogitatu suo, antiquas delicias abiiciat, contristeturque, quia dominum, & patrem misericordiarum & lumen affecit iniuria. Intret cordis sui secreta gladius hic, & fluat sanguis & aqua, obnubilet hic dolor faciem, & oculos, qui ad æternum gemitum gaudebant. Agite pœnitentiam, inquit præco diuinus, & iudex viuorum & mortuorum Christus.

B Tertiam regulam proposuit idem prædicator *Ioan. 3. Regula.* nes, propter quam, hanc considerationem scribimus. Agite fructus dignos pœnitentiarum. Huc sermo noster prope- rabat. Hanc iudico summam necessitatēm his nostris calamitosissimis temporibus. Nullus est qui agat pœnitentiam super peccato suo, dicens, quid feci? quantum aut *Hiere. 8.* quam magnum fuit peccatum meum, ut sic habeam & debeam dolorem: Nullus est qui puniat flagello, & ie- iunio, & oratione, quod dolet cōmisisse. Inde est quod statim sequitur. Omnes reuersi sunt ad cursum suum, sicut equus impetu vadens ad prælium. Non faciunt fructus dignos pœnitentiarum, inde est quod reuertuntur ad cursum suum, qui ad ignem, & carceres æterni doloris ducebat eos. Sicut equus, dato in bello signo, impetu progrediens, sic reuertuntur ad antiqua peccata, & interdum ad maiora. Hinc est quod hirundines, & milvus, & ciconia pruden- tiores iudicantur a propheta cum dicit: Milvus in cœlo cognovit tempus suum, turtur, & hirundo, & ciconia

custodierunt tempus aduentus sui. Ad quid, obsecro (si C
 considerasti) hirundo & ciconia custodiunt tempus ad-
 uentus tui? Propter quid patrias sedes & locum nativi-
 tatis relinquunt, & trans mare volant? Ad sui quidem
 conseruationem. Adducunt nouiter genitos pullos ad
 commodum locum suæ conseruationis. Bene proinde sa-
 cer propheta. Populus autem meus non cognovit iudi-
 cium domini. Quale est iudicium domini? Facite fru-
 etus dignos pœnitentiaz, ut sit in salutem stabilem. Quo-
 modo dicitis sapientes nos sumus, & lex domini no-

Nota Val- bismcum est? Vere mendacium operatus est stylus men-
 de.

scribarum verba domini proiecerunt, & sapientia
 nulla est in eis. Proiecerunt magnum verbum illud, fa-
 cite fructus dignos pœnitentiaz, ideo reuersi sunt ad cur-
 sum suum, sicut equus impetu vadens ad prælium, ideo
 veritas in eis nulla est, & apprehenderunt mendacium,
 non dixit, tetigerunt mendacium, sed apprehende-
 runt, & sanabant contritiones filiæ populi mei ad igno-
 miniam dicentes: Pax pax, dicentes impenitentibus
 gloriolum verbum domini Iesu, vade in pace, cum non
 esset pax conscientiaz mentis, & corporis, rationis, &
 sensualitatis, imo ardenterum bellum. Attendi-
 te obsecro. Qualis pax poterit esse antiqui tempo-
 ris adulteris, diuturnis fornicarijs, cupidis, auaris, in-
 veterati odij hominibus, qui neque per diem quie-
 uerunt peruerse agere? Heu plusquam ciuale bellum
 inter haec oritur. Reuelat sensualitas, vindictam pro-
 curans, proclamat & gemit amissas delicias, & mise-
 rom spiritum trahere captiuum curat. Videbat vas il-

Pax.

le electionis plenus fide, & Spiritu sancto aliam legem
 in membris suis repugnantem legi mentiseius, & captiu-
 um illum trahentem in carnis seruitutem, quod co-
 siderans attente castigabat corpus suum, & redigebat in
 seruitutem mentis & legis, ne reprobus efficeretur.

Quid

Rom. 7.

A Quid faciendum esset illis, qui effraterunt carnem suam enutrienterunt in delicijs, & concupiscentijs suis? O tempora, o mores! Qualis castigatio, quale iejunum, quale faccum ac cilicium, oportebat eos in vindictam antiqui criminis assumere? Vocat dominus in tempore hoc satis- *Ezai. 22.*
 factionis ad lectum & planctum, & cinerem, & cingulum facci, & ecce gaudium & laetitia bibere vinum, & occide- *ad amit*
re vitulos, &c. Heu vocat nos dominus ad fructus dignos pœnitentiae, & ecce post confessionem, gaudium, & laetitia bibere vinum, & edere vitulos de armento pinguissi- *ad amit*
mos: ecce omnes illos in comedationibus in die paschali, *ad amit*
in ebrietatibus in cubilibus, in ludis in plateis. Vbi ieju- *ad amit*
nium post confessionem, in vindictam antiquarum culparum? *ad amit*
vbi faccus? vbi cilicium? vbi eleemosyna? vbi oratio? Nun- *ad amit*
*quid haec omnia necessaria non sunt, etiam si plenissimæ lucré-
 tur indulgentiae?* Indulgentia enim relaxatio est pœnae *ad amit*
peccato debitæ & absolutio non curatio & præseruatio. *Nota Val-*

B Tam debilis est qui ex infirmitate convuluit multum *de*
 aut nihil debens iudici. Eo quod omnē pœnam remittat *ad amit*
 tibi indulgentia, non confert maiorem gratiam, aut fir- *ad amit*
 mius adiutorium ad perseverandum, non sanat carnem *ad amit*
 tuam infirmam, non destruit antiquum peccati habitum, *ad amit*
 quem ex interna die habebas inueteratum. Proclivis manet *ad amit*
 concupiscentia tua ex assuetis peccatis, nec curatur ex in- *ad amit*
 dulgentia, non refrænatur, non incarceratur. Soluitur *ad amit*
 pœna debita per indulgentiam, absoluiturque ab iniuncta *ad amit*
 pœnitentia peccator, non tamen robatur virtutibus, *ad amit*
 non exercetur, non humiliatur, non castigatur, nihil tri- *ad amit*
 buit in nouam eleemosynam ad redimenta peccata. Salu- *ad amit*
 tares quidem indulgentiae in Dei ecclesia, canonice nia- *ad amit*
 mirum ad claves spectant & ad nostram salutem, sed ma- *ad amit*
 xime fructus pœnitentiales, de quibus assidue docendus
 esset Dñi gressus, de quibus instruendus populus eius, ut si
 forsitan ad antiquā felicitatem adducere possemus eccle- *ad amit*
 siam. *ad amit*

Super Psalm. 50. Homilia octaua.

siam. Hæc loquere & exhortare ò prædicator ò confessor, C
tua enim est hæc prouincia. Contelto vos hodie quod

Actor. 20 mundus sum à sanguine omnium vestrum, non enim sub-
terfugi quin annuntiarem omne consilium & præceptum
domini ad vos. State super vias, & interrogate de semitis
Hiere. 6. antiquis ecclesie, & sacramenti cōfessionis, & de fructibus
pœnitentialibus, & ambulate in eis & inuenietis refrigeri-
rium animabus vestris. Hæc est via, ambulate in ea, facite
fructus dignos pœnitentiarum.

Satisfactio. Videamus iā & explicemus antiquorū patrū sentētias,

Etio. quia usque ad hunc locum propriam scripsimus. Satisfac-

Anselmus. re (inquit Anselmus) est debitum honorem Deo impende-
in de curte. Scio veram esse philosophi sententiam, qua dixit non
Deus ho posse reddi Deo & parētibus æquale, possumus tamē secun-
mo.

dū æqualitatis proportionē, ut sicut Deus nobis, quæ suā

Aristo. immensam bonitatē decet, beneficia confert: ita nos, quas

Ethic. pro ratione nostræ tenuitatis possumus, tu gratiarū actio-

Augusti. nes, tum satisfactiones rependamus. Beatissimus Augusti- D

Can. satisfactio. nus inde ecclesiasticis dogmatibus, dixit: satisfacere est pec-
de pœnitē- catorum causas excidere & earum suggestionibus aditum

tia. dist. 3. non indulgere. Iam manifestè intelliges quod satisfactio

ad iustitiam spectat. Iustitia vero debitum inuoluit. Debe-

tur ergo Deo satisfactio, ut aliquid à nobis boni subtraha-

mus in Dei honorē. Cum habeamus autem tria bona, men-

dis, scilicet, corporis, & rei familiaris, subtractio bonorum

temporalium, sit per eleemosynam, corporis, per ieuniū.

Anima autem non sui diminutione aut minoratione Deo

tribuit honorem & gloriam, imò hæc fuit eius iniquitas,

sed perfectione, quam orando acquirit. Est enim oratio,

mentis in Deum elevatio, & ascensus sicut dicebat beatus

Damascene. Damascenus. Dum ascendit humiliatè, illuminatur, quia

accedit ad dominum sicut dicebat sanctus propheta: Acce-

Psal. 33. dite ad eum, & illuminamini. Cum autē anima cœlesti cla-

ritate illuminatur, perficitur. Videtis ergo quomodo his

tribus

A tribus operibus ieunio, eleemosyna, oratione satisfactio cōsummetur? Iure quidē dicere possumus. Funiculus triplex, difficulter rumpitur. Satisfactio autē prout est præseruatiua futuri casus, sicut illam considerabat beatissimus Augustinus, etiam hunc numerum complectitur. Clauditur ianua mentis orationibus, eleemosynis & ieunijs, ne importunæ suggestiones carnis, & oculorum concupiscentiæ, ad perdendam animam ingrediantur, sicque excidunt causæ peccatorum cum mortificamus ieunijs membra nostri corporis super terram, cum oratione humiliatur sub potenti manu Dei, cum eleemosynis, & misericordijs pauperū promeremur Dei misericordiam. Scriptum est enim Beati misericordes, quia ipsi misericordiam consequentur. Et alia scriptura dicit: Quicquid orantes petieritis, sicut vobis. Scriptum est etiam: Sicut extinguit aqua ignem: sic eleemosyna peccatum. Et sanctus Daniel dixit impiissimo regi: Redime peccata tua eleemosynis.

B Iam homo veritatem diligit, sicut dominus Deus, de quo canit propheta: Veritatem dilexisti, id est, ignoscis poenitenti, sed seipsum punienti, & vindicanti, quod dolet commisisse. Iam completur quod beatissimus Paulus dicebat: Quæ secundum Deum tristitia est, poenitentiam operatur in salutem stabilem, liberaturque homo ab illa ardentissima conflagatione, quæ animas saluandorum purificat, sicut aurum super ignem & quod præstantius ac desiderabilius est præseruatur, ne iterum aut tam citò in prædam diaboli fiat.

Dilexisti veritatem, quia sic parcis poenitenti, quod vltiones & flagella immittis, quod optime ipse David expertus fuit, & ante ipsum quam plures alij. Attendite huic considerationi, vt vos manum omnipotentem, & iustitiae plenam præueniatis, salutarem castigationem, & mortificationem assumentes. Propter adulterium præsens & homicidium, etiam si talem poenitentiā toto tempore vitæ suæ super

Eccles. 4.

Matth. 8.

Marc. 11.

Tobi. 6.

etia

super

super terram in cinere & cilicio & lacrymis vsque ad strati
rigationem egerit, facta tamen est manus Domini super
eum valdeq; aggravata. Primo interfecit puerum ex adul-
2. Reg. 12 terio suscepit sicut ad illum dixit Nathan: Hæc dicit Do-
minus Deus Israel. Non recedet gladius de domo tua, &
2. Reg. 24 filius, qui natus est tibi morte morietur. Idem David, cum
numerasset populum contra Dei voluntatem & confessus
esset delictum suum & orasset, precor Domine ut transfe-
ras iniquitatem serui tui, quia stulte egi. Postea luëdi com-
missi gratia trium grauissimorum flagellorum accipiens
optionem, tandem septuaginta millium popularium inte-
ritu, graui pestilentia punitur. Vide & considera quantum
doloris & amaritudinis, in sacro illo peccatore residebat, fer-
rum pertransibat animam eius, & in amaritudinibus oculi
eius morabatur. Quam amaritudinem aperte demon-
strat verbum, quod ad Dominum in oratione loquutus est:

Ibi. ipse David. Ego sum qui peccavi, & ego inique egi: isti, D
qui oves sunt, quid fecerunt? Vertatur obsecro manus tua
contra me & contra dominum patris mei. Vides quam verè
scriptum est: Ecce enim veritatem dilexisti, id est, dimittis
pœnitenti, sed vltionem, & castigationes non dimittis? Nec
solus hic noster David manum validam, & fortis Domini
ni expertos fuit, verum & ante illum quā multi, & posteā
non pauci, sicut anteā dicebamus. Transgressus fuit primus
humani generis parens Domini præceptum, egitq; contra
diuinam voluntatem imprudenter nimis, quippe qui pro-
pter vnam escam (cum concessum esset ei de omni ligno
quod erat in paradyso edere) tantam neglexit salutem sicut

Gene. 3. Adam.
Homil. 7. in superioribus dicebamus. Eduxit tamen à delicto suo il-
Sap. 10. lum Dei sapientia pepercitq; illi, absoluītq; sed pœnitentia
leim satisfactionem addidit, multiplicans labores, & sudore-
res, & ærumnas eius vsque dum in puluerem, de quo sem-
per ac formatus, reuersus est. Illuxitq; diuinum lumen ei-

Nota Val- de. statim post peccatum edocens castigationem, & flagellum
esse

A esse necessarium post delectationem. Quod & re imple. Gene. 3.
uit, fecerunt enim sibi perizomata ex folijs ferculneis, quæ Satisfa-
mordent & pungunt carnem, cum multa alia folia tenera etio in A-
ac mollia essent in paradisi arboribus. Hoc argumentum per dam Dedi-
tractat Tertulianus, & sanctus Irenæus in hæc verba. Ete-
cata.
nim per succinctorum in facto, ostendit suam pœnitentiam. Irenæus. 3
tiam: folijs ferculneis seipsum contingens, existetibus & alijs lib. aduer-
folijs multis, quæ minus corpuseius vexare potuissent, cōsus hæres.
dignum tamen inobedientiæ amictum fecit, conterritus cap. 37.
timore Dei, & retundens petulantem carnis imperium,
quoniam indolem & puerilem amiserat sensum, & in co-
gitationem peiorem venerat, frænum continentia sibi, &
vixori suæ circundedit, timens Deum & aduentum eius ex-
pectans, & velut tale aliquid significans, quoniam, inquit,
eam quam habui à spiritu sanctitatis stolam, amisi per ino-
bedientiam, & nunc cognosco quoniam tali sim dignus te-
gumento, quod delectationem nullam quidem præstat,

B mordet autem, & pungit corpus. Decebat quidem aucto-
rem dolorum & malorum nostrorum, medelam subinde
ostendere nobis in remedium & salutem. Ab Adam omni-
nis inordinata delectatio, ab illo, & carnis castigatio in sa-
tisfactionem. Ab Adam caro lasciuens, ac petulans, & in-
uercunda, ab illo flagellum & frænum, ut indomitum ani-
mal hoc, id est, corpus nostrum, sub ferula doceatur spiritui
seruire. Eia fratres charissimi estote obsecro hæredes, &
imitatores tanti exempli, quod in parte nostro respléder,
apprehendite disciplinam castigantes corpora vestra ex
timore Domini expectantes aduentum eius, ut sic debitas
pœnas persoluatis, & quod maxime desidero, salutarem
præseruationem inueniatis. Diligit enim Dominus veri-
tatem, castigat enim dimissa peccata. Videte etiam quam
dure & iuste astum fuit cum Aaron Moysi fratre. Pergat
(inquit Dominus) Aaron ad populos suos, non enim in Aaron.
trabit terram quam dedi filiis Israel, eo quod incredulos Nume. 20.

18 Super Psalm. 50. Homilia octaua.

fuērit orimebad quas contradictionis. Vides quomodo diligenter veritatem. Promittit veniam pœnitentibus, seruat verbum & pactum quod pepigit cum eis, verū infert pœnas & ipse, & vltiones, sicq; diligit veritatem, seruās & quietatem, & non reliquens impunita hominum flagitia. Diligamus, & nos veritatem, sicut dominus Deus, vindictam suenentes de peccatis nostris, etiā si ex magno dolore percussimus eot oostrum, unde culpa remittitur? Quod si desideratis, ut vltimam manum huic considerationi imponamus proponam in conspectu vestro hodie beatissimum Paulum Apostolum, cui Dominus condonans grauissima scelerata blasphemus enim etat & contumeliosus, & effundens confessorum Iesu Christi gloriosum sanguinem, trahens per carcenses, & caedes viuctos) donavit ei Spiritus

Paulus.

Acto. c. 9. sancti plenitudinem. Sic enim loquutus est ad eum Ananias: Saule frater Dominus Iesus, qui apparuit tibi in via, misit me, ut baptizeris & implearis spiritu sancto. Cui discipulo ante à Dominus dixerat. Vade quoniam vas electio-
nis mihi est iste, & ego ostendam ei quanta oporteat ei pro nomine meo pati. Non erit impenitus, etiam si plenus spiritu sancto, quod rei eventus optime comprobauit. Legite lectioenem actuum Apostolorum & Epistolas eiusdem Pauli, ubi flagella, dolores, vincula, carceres, pericula, mille denique mortes eius describuntur. Super quæ omnia, & ipse castigationem consumpti corporis adhibebat. Stet ergo verbum hoc in ore trium testium. Primus omnium sit pater nostri generis Adam. Secundus sit David. Tertius tandem Paulus qui fructus pœnitentiales docuerunt post culparum remissionem. Hæc est tertia regula ad longum comprobata, quam proposuimus ad expositionem Apostolicæ sententiae. Quæ secundum Deum tristitia est, pœnitentiam operatur in salutem stabilem. Propter hoc verbum hanc magnam provinciam assumpsimus, omne enim nostrum desiderium in iustificatione nostra ad stabilitatem dirigendum est.

Agnus Fac obsecro, ò homo p anima tua, pro salute tua, pro san *similitudo*
guine Christi, & honore eius, quod facis & quidē magno
studio pro stabilitate domus, quā ædificas, cui fundamentū
firmū supponis, ne operas & pecunias imp̄elas perdas. Heu
quāta sollicitudo quantusq; labor & sumptus pecuniarū ad
inueniēdū lapidē pro fondamento domus materialis absu
mis, cū interim super arenā, dñō Deo & Spiritui sancto ī
plū cōstrūas. Et ne cesset est flantibus vēris impugnātiblīsq;
corruere. Ille quidē super arenā ædificat tēplū & habitatio
nē Dño Deo in corde suo, qui post peccatorū remissionē
& absolutionē, nō castigat & redigit in seruitutem corpus
suū, quod externa diellasciuiebat luxuria, vino, & fallacītī
sū. Quacūq; superueniēti occasione, & ieratione ædificiū
ruit, fugitq; in honoratus habitator eius Deus, reusq; cōstil
tuoris, o peccator magni criminis, & ingratitudinis. Vnde
aduersus te clamat Dñs Iesus ad patrē per Eſaiā prophetā. *Cap. 49.*
In vacuū laborauī, & sine causa, & vanē fortitudinē meā cō

B) sumpsi, ergo iudicium meum cum Deo. Laborauit multum in tua
iustificatione Dominus Iesus, & quidem usque ad sudorem sanguinis,
& mortem crucis, de quo alter propheta dicebat, multi *Eze. c. 24*
in labore sudatum est. Consumpsitque omnem fortitudinem
suam tribuens preciosum sanguinem in redemptionem.
Cum autem ad antiqua & iam dimissa peccata reuerteris,
in honoras quidem Deum, & filium eius Dominum nostrum Iesum
Christum & sanguinem eius. Propter quod audi durissimum verbum, ergo iudicium meum cum Deo. Nam ergo
videt, & considera quam necessaria sit tui corporis castigatio,
& oratio ad Deum, & eleemosyna ad perseverantiam & sat-
isfactionem de qua in sequentibus plura dicemus. Regula ob-
ergo hanc diligenter, quam in exercitis supplicijs praescipitur seruanda in
corruptus & iustus iudex Deus, ut quantum te glorificasti in pœnitentia.
delicias, tamen assumas tormentorum & luctuum in satisfactione.
Omnis qui audiret verba mea hæc, & non facit ea similis erit
viro stulto, qui ædificauit domum suam super arenam, & descen-
SAPERE

dit pluvia & venerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt C
in domum illam, & decidit, & fuit ruina illius magna. Et
omnis qui audit verba mea hæc & facit ea, assimilabitur vi
ro sapienti, qui edificauit domum suam super petram, &
descendit pluvia, & venerunt flumina, & flauerunt venti,
& irruerunt in domum illam, & non cecidit, fundata enim

Matt. c. 7. erat supra petram. Loquutus est Dominus Iesus verba hæc

Similitudo quibus, vniuersa quæ scripsimus, confirmantur. Paria ac si
milia in magnæ infirmitatis liberatione experimur. Cum
enim conualemus multo gravior redditur nostra valetu
do, sollicitudinemq; ingerit abstinentia multis, à cibo, à po
tu, à ventis, à multiloquio, &c. ne forsitan ex inordinata im
moderataq; mensura horum, in periculosiorem morbum
statim incidamus. Videre est quanta utimur parcitate in ci
bo, & potu, quam vigiles sumus in arcendo frigore & ven
tus. Quam modico ac lymphato utimur vino, conducunt
maxime hæc omnia ad vites, & solidam salutem stabileq;.

Paria ac similia sunt ubi facienda, inò multo maiora (*ser. D*)
uiendundi est enim animæ, multo maiori studio quam cor
pori, ut stabilis reddatur salus ex tristitia ac pœnitentia
conquisita. Ad quod inueniendum sit tibi salutare consi
lium, ut supb ipso quadragesimæ exordio, salutari pœniten
tiæ studeas, habebis deinde multa ex quibus conualescas,

Rom. 1. sicutq; stabilis redemptio, & salus animæ tuæ. Habes quadra
ginta die tum iejunivisti, habes orationem alsiduam in no
ctibus, habes verbū Dei, quod virtus Dei est in salutē om
ni credēti, quo maximè reficitur & raboratur n̄s nostra,
habes sacrae Ecclesiæ pteos, & viuū memoriale dominice

Passionis (de quib multa in homiliæ decima) & sacrā eius re
surrectionē. Hęc omnia erūt tibi adiutoria grādīa valdeq;
proficia, ut conualescas, quibus pœnitentia tua erit in salu
rem stabilem, qua ad cœlestē regnum & gloriā p̄veni
tur. Quam nobis Deus pater concedat. Per Dominum no
strum Iesum Christum filium suum. Libri iup. oīōl. ouv.
tib s. J. S V P E R

SUPER PSALMVM QVIN-
quagesimum. Homilia nona.

Ecce enim veritatem dilexisti: incerta & occulta
sapientiae tuae manifestasti mihi.

A Portuit quidem considerationi, quā externa die dispu-
tauimus per omnē modum intēdere, nec sic aut vōtis
aut necessitatī satisfactum est. Huius rei gratia, quæ in argu-
mēto promisimus ac descripsimus, nec implere, nec suis co-
loribus depingere potuimus. Iam ergo opportūnū tēpus,
& locus conceditur, vt cum Dei adiutorio & gratia, prima
riam & historialem pr̄sentis versu significationē, quam
congruo nomine literalem vocabimus proponamus. Ecce
enim veritatem dilexisti. Vnum de pr̄cipuis ac magnificis
pr̄aconijs ac titulis, quibus diuinam æternamq; Dei na-
turam decorat extollitq; sacra scriptura, hoc nimirum est,

B quod sit verax, & veritas ipsa. Est autem Deus verax (dice-
bat beatus Apostolus Paulus) & omnis homo mēdax. Quo Ad Ro. 3.
quidem loco, non de morib⁹ Dei, sed de naturali eius pro-
prietate, ac conditione agit. Ex quo intelligitur aperte,
Deum in eo sensu veracem appellare, quod cum diuina na-
tura mendacium pugnet. Hinc sanctus propheta Dauid: Fi Psal. 144
delis Deus in verbis suis, & sanctus in omnibus operibus
suis. Et ante ipsum sanctus Moyses. Fidelis Deus & absque Deut. 32.
villa iniquitate. Tam alienus certè est Deus & dominus no-
ster a falsitate, quam extraneus ab iniquitate. Falsitas enim
iniquitas est. Hoc considerans beatus Augustinus dicebat. Aug. li. r.
Omnipotens mori non potest, falli non potest, mentiri nō de symb.
potest. Immortalis quippe per naturam est, & falli non po cap. 1.
test, quia sapientia infinita est, & lumen fons indeficiens.
Falli ab alio non potest quia omnia pr̄uidit, omnia scit,
& nuda sunt ante oculos suos etiā cordis nostri cogitatus,
sicut supra dicebamus. Sic nec fallere, quod est mentiri, nō

Super Psalm. 50. Homilia nona.

Aug.li. 5. potest. Et dū de omnipotētia Dei agit idē Augustinus in libris de ciuitate, inquit: Necq; em vitā, & præsciētiā Dei sub necessitate ponimus, si dicamus neceſſe esse ſemper Deum viuere, & cūcta præſcire, ſicut nec potestas eius minuit, cū dicitur mori, falli, nō posſe. Sic em hoc nō pōt, vt potius ſi poſſet, minoris eſſet utiq; potestatis. Rechte quippe omni potēs dicit, quia tñ mori & falli nō pōt. Et pro ingenij mei paruitate lōgijs diſtata ab illa Dei natura, vel æque longe, poſſe fallere, ſicut falli nō poſſe. Falli em nō pōt quia ſapiētia eſt: fallere ergo nō poterit qui averitas eſt. O ſumma nobilitas illius nature, mētiri nō poſſet. O vere omnipotētia, mētiri nō poſſe, nō poſſe iniquitatē facere, ſicut nec mori. Dñs Ieſus loquar eſt, dixitq; i ego ſum veritas, & vita. *Quo- modō a iubare micat̄is ſolis, tenebræ oriētur?* Eſt Deus ve- rax & veritas amatorq; veritatis ſicut teſtati noſter Dauid.

Pro Verita- tem mortuus fit dñs Ieſus. Adhoc natus ſum, & adhoc veni in Dmū dicebat ad Pilatū, vt teſtimoniū perhibeā veritati. *Dñs eſt.* Quod nō ſolū cōſideres in ea veritate, quæ in reprehendē

Ioan. 18. diſ hominū vitij ſeruauit, verū ideò venit in mūdū, & cū hominibus cōversatus eſt, p̄dicavit Euāgeliū, magnificaq; edidit opera miraculorū, & tandem mortuus eſt, vt cōproba ret veracē illā naturā Dei. Vtrūq; docet beatissimus Apo-ſtolus. Quippe qui cū aliquādo promiſſet Corinthijs ſeſe

Nota Val- de. illos viſitatorū, nec ſeruare poſſet, p̄miſſum verbū, ne inde in magnū veniret errorē, exiſtimātes aut in prædicatione.

Natura. eius aut in verbiſ Chriſti ſuiſſe aliquid mēdaciū, ppter quod *Dei Ve-* omnis fidei nrā ſacratiſimā rueret altitudo, ſcripſit ad illos: Fidelis aut̄ Deus quia ſermo noſter, qui ſuit ad vos,

Cor. 2.c. 1. nō eſt illo. Eſt, & nō eſt. Sed eſt in illo eſt. Dei em filius Ieſus Ch̄rus, qui per nos in vobis p̄adicatus eſt, per me & Sil- uanū, & Timotheū, nō ſuit in illo. Eſt, & Nō, ſed Eſt in illo, fuit. Quotquot em p̄miſſiones Dei ſunt, in illo Eſt, & ideò

A per ipsum dicimus Amé Deo ad gloriā nostrā, id est, verū. Cib. 12. C
 Expēde prudēs lector verba Apostoli, vt quæ p̄p̄ofūlūs,
 cōprobēs, & immobile fundamētū firmissimūq; nīa fidei
 lapidē deprehēdas, experiarisq; dilectionē, quā adveritatē
 Deus vniuersorū & dñs habet. Incipe ab hoc secūdo, vel si
 placet à primo. A Dei optimi & maximi immutabilitate
 trahit argumētū Apostolus, vt veracē eū ostēdat, & verbū .1. id est.
 Euāgeliū eius. Nō est in illo. Est & Non, sed est in illo, Est, .1. id est.
 id est, nō est in illo falsitas, quia nec mutabilitas. Natura qui
 dē & nō ex dono superaddito immutabilis est Deus. Ego
 Deus & nō mutor. Et beatus Iacobus scripsit: Apud quē nō
 est trāsmutatio, nec vicissitudinē obſtrūctio. Est in illo ſuit,
 id est, veritas & immutabilitas, ſicut Moysi dixit: Ego ſum Exod. 3.
 qui ſum. Ille em vere eſt, qui ſemper idē eſt, & immutabi-
 lis permanet. De quo noster p̄pheta: Tu autē idē ipſe eſt, &
 anni tui nō deficiēt. Quod valde elegāter p̄bat beatus Cy Cyrilus. 8
 rillus ex ſentētia Platini. Quid quārit mutari, qui bene ha lib. contra
 B bet: Quo autē trāſier omnia ſecū habēs & replēs? Sed neq; Julianum.

incremētū quārit perfectissimus existēs. Et Numenius p̄r̄
 clarus Pythagoræ orū ſecūdovolumine de bono. Ipsum au- .2. 1. 1. 1.
 tē ens (quod vere eſt) vere eſt, nec localiter vñquā mouebi- .2. 1. 1. 1.
 tur, neq; em ſursum, aut deorsum, nec anteā aut retro, neq;
 ad dexterā aut ſinistrā nec circa mediū. Satis ergo ipſi cōue- .2. 1. 1. 1.
 nit qm̄ eodē modo ſemper ſe habet & post pauca. Simplex .2. 1. 1. 1.
 p̄t̄terea eſt, atq; incōmutabile in vna eademq; simpliciſſi- .2. 1. 1. 1.
 ma idea cōſtitutū, nec volūtate ſua, neq; alia cogi pōt, vt ab .2. 1. 1. 1.
 idētitate ſua recedat. Lumine ergo naturali cōſtat, Deū im- .2. 1. 1. 1.
 mutabilis naturæ eſſe. Propter tamen rudē populū, in ſa- .2. 1. 1. 1.
 era pagina traditū, quia ineptus eſt ad tantum lumen, & in- .2. 1. 1. 1.
 dagationē ascendere, ſicut & vñtas Dei, lege traditū, .2. 1. 1. 1.
 etiam ſi clari ac ſapientes, rationibus hoc poſſint demon- .2. 1. 1. 1.
 strare. Ex immutabilitate ergo diuinæ naturæ probat bea- .2. 1. 1. 1.
 tus Apostolus Deū eſſe veritatē, & veracē, & David, ve- .2. 1. 1. 1.
 ritatis amatorē testatur. Quod etiā manifestū eſt in libro

Super Psalm. 50. Homilia nona.

Cap. 23. Numerorum: Non est Deus ut homo, ut mentiatur, & statim subdidit, necq; ut filius hominis ut mutetur. Qui tatus amator veritatis inuentus est, quod non dubitauit dare charissimum filium suum cruci, & mori, ut cōprobaret veritatē verborū suorū. Per ipsum enim idest, per dñm nostrū Iesum Christū, dicimus Deo Amē. Id est, fidelis, aut verū sicut placet beato Ambrosio. Quotquot enim ab illo promissiones sunt, per Christū adimplētū, quibus cōsummati verax apparēt, vniuersorū dñs & rex, vnde per Christū dicimus Deo Amē, fidelis & verax. Vides quāti fecerit veritatē? Vides quā elegāter quā fideliter scriptum sit, fidelis est Deus, seipsum negare nō potest? Hoc est quod non potest omnipotens seipsum negare, quia verax & veritas & immutabilis. Habet inimici cum aduersum Deum lingua dolosa, & immunda loquuntur, habent quid dicant, & nos cum illis veraciter dicimus mentiri non potest, seipsum negare non potest, mori non potest, mutari nō potest. Nec iudices parum spectare ad nostrā fidem, præsentē cōsidera ditionē. Veritas enim immutabilis, fundamētū eius est, sicut vltimo loco huius homilię, proponemus. Iā de veritate, & mēdaciō sermonē agamus, maxime em̄ necessaria sunt hęc.

Veritas & mēdaciō. Variæ sunt (sicut veritas in multis reperitur in voce, in mēdaciō. actibus, &c.) variæ inquam sunt definitiones, quæ ab antiquis philosophis, & magistris nostris, de veritate traduntur. Mendacium etiam ad eundem modum multiplex, &

Aristot. 4. Ethi. ca. 7. Arrogās. in multis reperitur. De quo Aristoteles & in rebus, & in actibus, & in fictionibus constituit mendacium. Arrogans, gans præclara, & ea quæ non sunt, & maiora, quam insunt quis. fingere videtur. Sicut contingit cum gloriatur de generis claritate, cum obscuro loco natus sit, aut de abundantia diuitiarum, cum sit illi curta supellex, aut cum iactat artis & scientiæ peritiam supra captum, & intellectum. Dissimulator autem contra negare quæ sibi insunt aut iniungere solet. Negat intellectus hebetudinem, minuit genitrix

Aneris ignobilitatem. Medius autem, id est virtuosus, & verax (virtus vero medium vitiorum) cum sit talis ut vnum quodque quale est ipsum dicat atque ostendat, tam vita, quam vocibus est verax, ea sibi inesse confitendo quæ insunt, & neque maiora neque minora. Longiorem forsan, quam pro mensura nostri sermonis debemus, protraheremus sermonem, sive omnibus mendacij & veritatis speciebus ageremus. Quod & alia ratione in praesentiarum non conuenit, cum valde moralis debeat esse nostra oratio, longeque ab omni metaphysica disputatione. Secundum Aristotelis sententiam, scilicet, quod verax est, qui vnumquodque quale est ipsum dicit atq[ue] ostendit, inquit beatus Augustinus, quod veritas est qua ostenditur id quod est. Et Hylarius, quod verum est declaratum, aut manifestatum esse. *Aug. lib. de Verare ligione.*

B diuidedo. Altero loco diffiniuit idem Augustinus veritatem, & Anselmus, & Avice[n]a, sed quæ pulchriora ac clariora apparuerint à nobis proponuntur. Aliquot ergo considerationes quæ magis videbuntur necessariæ proponamus. Docet Aristoteles ipsaque experientia, quam ne-*Vbi supra.* cessaria, & utilis sit consuetudo, in paruis vera dicere, & *Veritati as* in rebus quasi nullius momenti, propter hoc scriptum est: *suscere* vanitatem, & verba mendacij longè fac à te. Inde enim *qua neces-* habitus generatur, amorque erga veritatem, ut etiam in *fariūm.* *Pro. 30.* difacilibus & magnis, etiā cum rei familiaris discrimine, aut salutis aut vitæ, non mentiatur. Qui nanque verum amat, & in quibus nihil refert vera dicir, is multo magis vera dicet in quibus multum refert, sicut magno periculo se exponit mentiendi in magnis acarduis, qui consuetudinem sequitur in paruis mentiendi. Sic econtra qui amore erga veritatem afficitur à pueritia, cum senuerit non recedet ab ea.

Veritas Maximè quidē est necessaria veritas in republica, val- C
quā neceſ- deq; periculōsum & nociuū mendaciū. Vnde beatissimus
faria in re Apostolus Paulus ad Ephesios inquit: Deponentes omne
publica. mendacium loquimini veritatem vñusquisq; cū proximo
Cap. 4. suo quoniā sumus inuicē mēbra. Cum enim homo sit ani-
mal rationale, & sociale mēbrumq; reipublicæ suæ, natura
liter debet vñus alteri id sine quo societas humana & con-
uietus politicus seruari nō potest. Non possunt autē homi-
nes conuiuere nisi sibi inuicē credant, tanquam sibi inuicē

Veritas cū veritatem dicentibus ac manifestantibus. Conuenit nāque iustitia cō virtus veritatis cum iustitia, in duobus. Vno quidem mo- nenit. modo in hoc quod est ad alterum. Manifestatio enim verita-
tis est ad bonum alterius & ad conuiendum in républica,
multum necessaria, in quantum ea quæ circa ipsum sunt
vñus alteri manifestat. Altero modo in quantum iustitia
æ qualitatē quandam in rebus constituit. Hoc etiam facit
veritas, adæquat enim signa rebus existētibus circa ipsum.

Debitum autē veritatis regulariter non est legale, sed mo- D
rale, in quātum, scilicet, ex honestate vñus alteri debet ma-
nifestare veritatē. Vnde veritas est pars iustitiae. Quātum
autē sit necessaria iustitia in omnibus reipub. mēbris, ipsa
docet experiētia, nullumq; potest latere. Hinc omnis em-
ptio & vēditio iusta. Manifestat enim vēditor & substan-
tiā, & accidētia rei vēdibilis, iustūq; pretiū eius. Dat & quā-
titatē, & qualitatē rei venditæ. Ecōtra autē mēdacio om-
nis dolus & fraus innititur. Vnde statera dolosa, vnde men-
sura & mensura in plateis, vnde usura & dolus in omnibus
accōmodationibus vēditionibus, emptionibus, nisi ex mē-

Arist. Vbi dacio? De quo Aristoteles com de mēdacio ageret. Si quis
supra. alicuius gratiæ, gloriæ & honoris, nō nimii est vituperan-
dus, vt arrogās, sin argēti, & eorū quæ ad argētū rediguntur,
deformior est. Aduersus quos sanctus Hieremias proclamat.

Cap. 5. Circuite vias Hierusalē & aspicite, & considerate & quæri-
te in plateis eius, an inueniatis virū facientem iudicium, &
queren-

A quærentem fidē. De quibus plateis sanctus Esaias dixerat. *Cap. 59.*
 Corruit in platea veritas. Conuersum est retrosum iudi. *Mendaciu-*
civin, & iustitia longè stetit, quia corruit in platea veritas, in plateis.
& æquitas nō potuit ingredi, & facta est veritas in obliuio-
nem. Heu quam vera sunt hæc, in plateis etiam nostris, &
in prætorijs. Iam sequitur in Hieremia. Sicut decipula ple-
na auibus, sic dominus eorum plena dolo, ideo magnificati
*sunt, & ditati. Nonne hæc etiam reperiuntur inter vos? At *Cap. 5.**
*gentium tuum versum est in scoriā, vinum tuum mixtum *Esa. 1.**
est aqua. Domus eorū plena dolo. Quid de bibliopolis di-
cemus? Quid de vnguentarijs? quid de lignarijs? Quid de-
niq; de omnibus qui vendunt? Domus eorum plenæ dolo
sunt. Ideò magnificati sunt furto & mēdacio, & ditati. Om-
nes loquuntur mendacium cum proximo suo, sed perdet
*illos Deus. Scriptum est enim. Perdes omnes, qui loquun- *Psal. 5.**
tur mēdaciū, quia virum sanguinum, & dolosum abomi-
*nabitur Dīs. Et quid dicam de hoc pessimo hominū gene *Psal. 5.**

B re? nisi quod apud eundē Hieremiam scriptum est: Docue-
 runt linguam suam loqui mendacium, ut inique agerent
 laborauerunt. Extenderunt linguam suam quasi arcem *Cap. 9.*
 mendacij, & non veritatis. Nec hoc maximum malum
 eorum, sub multis iuramentis eorum mendacium celatur
 ut periuria multiplicent, & verum sit quod sequitur in pro-
 pheta: De malo ad malum egressi sunt, & me non cognouerunt dicit Dominus. Ad vos pauperes populi sermonem
 meum conuento. Vnusquisque à proximo suo se custodiat,
 & in omni fratre suo non habeat fiduciam: quia omnis fra-
 ter supplantā supplābit, & omnis amicus fraudulēter in-
 cedet. Et vir fratre suū deridebit, & veritatē nō loquetur.
 Eia iudices intelligite hæc omnia, sub cura vestra pupilli,
 orphani, & viduæ relictæ sunt. Scrutamini domus & ta-
 bernas populi vestri, panem, vinum, oleum, carnes & pon-
 dera eorum, in quibus omnibus mendacium aduersus pau-
 peres inuenietis. Estote rigidi satellites acerrimi que-

Super Psalm. 50. Homilia nona.

Ultores tantorum malorum sicut in rep. vestra graffantur. C

Perficiendi in Rep. Sed audite qui & qualis cōditionis homines ad munus hoc sint eligendi præficiendiq; attendite sermoni Iethro ad Moysem. Consumebatur sanctus. Moses magno ac nimo labore, in totius illius multitudinis dijudicandis cau-

Exo. 18. sis, ac negotijs. Ad quem sacer eius Iethro: Esto tu ad populum in ijs quæ ad Deum pertinent, ut referas quæ dituntur ad eum, ostendasque populo ceremonias & ritum colendi, viamque per quam ingredi debeant, & opus quod facere debeant. Prouide autem de omni plebe viros, sapientes, & timentes Deum, in quibus sit veritas, id est, amor veritatis, & qui oderint avaritiam, & constitue ex eis tribunos & centuriones, & quinquagenarios, & decanos, qui iudicent populum omni tempore. Nisi enim in iudice sit veritas, & amator illius sit, sicut de domino Deo psallit David, Bece enim veritatem dilexisti, implebitur quod dictum est aduersus Iudam per Esaiā prophetā. Principes tui infideles, socij furū, omnes diligunt munera ab cauponarijs, & vini- rijs, &c. Sequuntur retributiones. Cōsentient furtū manife sta in populo suo, ut digni etiā sint morte, sicut & fures ipsi.

Roman. 1. Scriptū est enim: Nō solū qui talia agūt digni sunt morte, sed qui cōsentīt agētibus. O quā necessaria veritas in iude, & amor eius. Ponderate obsecro singula verba cognati Moysi. Quatuor dixit. Prouide viros sapiētes, ecce primū, & timētes Deū magnū, hoc secundū multoq; necessarium in præfecto, in quibus sit veritas, & odiū avaritiz. Erudimi

Veritas sa- ni qui iudicatis partē Dñi. Sed & ad sacerdotes eius maxi- cerdotibus mē spectat veritas, amorq; eius. Quippe qui periculosis- maximē me errabit, si mē dax fuerit. Ab ore em eius legē Dñi requi conuenit. rit populus, cœlestēq; doctrinā. Propter quod præcipiebat

Exod. 28. Moyses imō Dominus per eum: Pones autem in Rationali iudicij doctrinam & veritatem, quæ erunt in pectori Aaron. Doctrinam & veritatem, amoremque eius in pe- ctore Aaronis super describit Moyses frater eius.

- A Ad veritatem ergo spectare dicere quale vnuquodq; *Falsum.*
 est, ad mendacium autem, falsum velle dicere animo fallē
 di. Duo ergo inuoluit mendacium, & falsum & animū fal-
 lendi, inde enim originem trahit mendacium, quia cōtra
 mentē dicitur aliquid. Vnde si quis falsum dicit existimās
 esse verum, falsum dicit materialiter, non formaliter. Et
 econtra si quis verum dicit existimans esse falsum, per acci-
 den̄s verum dicit cum tamen intendat fallere, & decipere.
 Sit ergo generalis conclusio. Omne mendacium per se est
 malum & peccatum, neq; vlla circumstantia potest vestiri
 ut honestetur reddaturq; inculpabile. Hoc docuerunt om-
 nes Philosophi, & Theologi. Mendacium (inquit Aristoteles) est per se prauum & fugiendum. Verum autē est bo-
 num, & laudabile. Cum autem mendacium sit triplex, io-
 cosum, scilicet, & officiosum, & perniciosum, hoc tertium
 solum est mortale, quia contrariatur charitati, per quā ani-
 ma vivit Deo coniuncta. Quæ enim societas Christi ad *Ioan. c. 8.*
- B Belial? Pater mendacij diabolus est sicut docet Dominus
 Iesus. Vos exparre diabolo estis. Cum loquitur mendaciū,
 ex proprijs loquitur; quia mendax & pater eius. Deus autē
 veritatis pater est. Ecce vtriusq; parentem, mendacij, &
 veritatis, hæreditas patris ad filios deuoluitur. Quod si filij
 & hæredes, argumentabatur valde legitimate sacramentum
 Paulus. Mendaces ergo, hæredes erunt diaboli, cuius hære-
 ditas ignis, tenebrae, gemitus æternus. Veraces ergo hære-
 des erunt Dei, & cohæredes Christi, cū cōsemmati in glo-
 ria beatificabuntur. De quo Plato: summum hominis bo-
 num agnitionem veritatis affirmat, cū vita decesserimus *Plato li. de rep.* &
 Si modopurgati examus, tunc verum ipsum, & id quod *leg.*
 verè est, Deum videlicet intuentes fruemur re nobis tan-
 topere concupita, hoc est veritate, & scientia rerum om-
 nium. Nec mirum hoc, cum Deus veritatem diligat, sicut
 testatur sacer Dauid, amatores suos ad se, & ad contempla-
 tionem claræ veritatis adducat. Extat apud Esdram dispu-
Libr. 3. ca. 3.4.

Super Psalm. 50. Homilia nona.

tatio iuuenium palati regij, in cubiculi & lecti obserua- C
tores erant, & corporis regis. Praeualuit tamen versum Zo-
robabel, quo ostendit forriorem omnibus veritatem. Su-
per omnia vincit veritas. Omnes populi clamauerunt, &
dixerunt: Magna est veritas & praeualeat. Valdeque hono-
ratus est a rege. De hoc satis.

In certa & occulta sapientia tua manifestasti mihi. Val-
desuit necessaria praesentis homiliae consideratio, ubi exa-
minauimus conditionem divinae naturae, & Dei nostri
qui verax est, amatorque veritatis, cui impossibile est me-
tiri, & negare seipsum. Firmum fundamentum fidei no-
strae & mysterijs eius proponebat sacer propheta, cum do-
mino cantabat: Ecce veritate in dilexisti, incerta & occul-
ta sapientia tua manifestasti mihi. Ac si aperte diceret. Im
possibile est se felissime, cum me omnia Christi myste-
ria doceres, cœlesti lumine apertissimisque revelationi-
bus. Tu enim verax es, & veritatis maximus amator, tam-
tom ab est ut niendacum persuadeas, longe enim abest a DI

natura tua. De his ergo sit praesens consideratio, de revela-
tionibus in quam sanctis patribus factis, & præcipue Das-
uidi, quem interpretandum suscepimus & de firmitate
fidei nostræ sacratissimæ, hoc est de eius veritate. Nec di-
sputo quaestionem illam, quis prophetarum fuit excellen-
tior ac sublimior, etiam si possem pro Davide nostro effi-
caces rationes, & auctoritates non contenendas asserre,
eo vel maxime, quod in sequentibus demonstrari su-
mus nullum hominum vidisse Deum, neque Mosem neq;
Paulum, in quo excellere Mosem antiqui sapientes credi-
derunt. Cœlesti enim lumine David rex & propheta, sic
medio aliquo figurarum, aut sensibili imaginum, non
aliqua, sed omnia Christi mysteria praevidit. Vnde quæ
alijs erant incerta, & occulta, sibi erant propalata, evide-
tissimeq; manifestata. Ipse enim dicit: Incerta, & occulta
sapientia tua manifestasti mihi. Super quod facit Ambro-
sus.

Asus. Nō incerta mysteria, quia certa sunt, nec incerta secrete Ambr. A
ta arcana sapientiae, sed nō manifestata. Quod enim oculus polo. Dau.
nō vidit, nec auris audiuit, neq; in cor hominis ascēdit, hoc 1. cap. 127.
præparauit Deus diligentibus se. Videns igitur ea dixit: Lege bea:
Ecce nō in umbra aut in figura, neq; in typo, sed in veritate sum Hier
re lux aperta resplendet. Ecce nūc veritatē spacio: splēdo. sup. 2. cap.
rem veritatis agnoscō, nūc te maiori Dñe Deus nōster ve. Iohel.
neror affestu. Ecce veritatē dilexisti, & revelasti mihi nō Exo. c. 25.
perspeculū non in ænigmate, sed facie ad faciem te mihi Ioh. 8.
Christe demōstrasti. Prævidit Moyses imagines in monte Dies Chri-
omniū faciendorū, sicut ad illum loquutus est Dñs Deus. sti.
Inspice & fac secundum exēplar, quod tibi in monte mon Matt. 26.
stratum est. Et ante illum pater fidei nostræ Abraham, vi- Nume. 21.
dit diem Christi in Isaac, & ariete. Hic est dies Christi, Acto. c. 7
mors eius, & Crux, dicente ipso ad hospitem suum. Tēpus Gene. 16.
meum prope est, apud te facio pascha cum discipulis meis. Irenæus li.
Et postea, Pater venithora, clarifica filiū tuūm. Vedit hunc 3. aduers.

Bildiem Christi ipse Moyses in serpente æneo, in ligno suspē hæres. c. 11
so pro signo, scilicet Christi crucifigendi. Et quid dicā de Athan. to
visionibus prophetarū? Quāta vedit Esaias? Quanta vedit mo. 4. q. 22
Hieremias? Quāta Ezechiel? quāta Daniel? Imagines mul Iustinia-
tarū rerū inspexerūt, in quibus eorū mens cognitionē my nūs Mart.
steriorū accipiebat, relucebant ēm in illis. Et licet de Abra in dialogo
hā scriptum sit, quod viderit Deū gloriæ, & gloriā eius in cū Triph.
Mambre, non nudā Dei essentiā existimes eum, aut aliquē Theodo. q.
alium vidisse, sed Deū in apparenti forma hominis, magis 5. in Exo.
aut minus glorioſa, sicut exponit beatus Irenæus cæteriq; Euse. Cæs.
patres vetustissimi, quos enarrare lōgūeslet. Nec per hæc lib. 1. hyst.
que dicimus, dubiā quæſitionēm absoluimus etiā si David Eccle. 11.
omnia Chri mysteria, nō in figura non in typo, sed in veri 12. 17. lib.
tate, luce aperta resplēderūt, sicut testā sacer Ambrosius. 7. de De-
De omnibus reuelationibus antiquis patribus exhibitis, monstr. E-
summā faciēs sacratissimus apostolus vñico aut quoibus ver uang. c. 2.
bis, totā hāc cōſiderationē epilogat. Multifariā multisque Ad He. 1.
mon modis

modis olim Deus loquens patribus in prophetis, nouissi-
Oseas. c. 13 mē diebus istis, loquutus est nobis in filio, quod antea Do-
minus dixerat, assimilatus sum in manu omnium pro-
phetarum, sciendum est tamen quod prophetarū spiritus sub-
ditus erat prophetis. Aspicebat enim & luce clarius intue-
bantur adesse sibi diuinum splendorem intelligebantq; de-
quibus loquebantur, & quæ in imaginibus, & figuris figu-
rabantur. Nem hanc primò nomen ipsum confirmat dicē-

1. Reg. c. 9 te Saul cum quereret Samuelē: Venite & eamus ad vidētē.

Qui enim propheta dicitur vocabatur olim videns, vi-

Ath. ser. 4 debant ea, de quibus sermonē faciebat, sicut beatus Athana-
contra A. sius eleganter probat, & sacer Hieronymus, cōuincēs Cata-
rianos.

phrygas hæreticos, qui affluerat nesciuisse prophetas, ver-
Hieron. in biq; ministros, quid facerent aut de quibus renuntiarent,
proæmio quod etiam Montanus & Priscillianus impudentissime di-

Abacuc. xerunt, vocantes sanctos Deiprophetas arreptitios. Cum
revera cœlestis spiritus, interno lumine imagines, & figu-

ras, & visiones illustrabat, ut latentia mysteria intellige-

D. rent, vnde ipsorum prophetæ, visiones vocabantur. *Esaias*

Cap. 1. hoc nomine suam prænotauit prophetam dicens: *Visio*

Esaïæ prophetæ filij Amos. Eodem modo loquitur *Eze-*

Cap. 1. chiel propheta dicens: *Visiones Dei vidi, & initium pro-*

phetiæ Naum sī habet: *Liber visionis Naum.* De hac pro-

Cap. 10. phatarum intelligentia, quæ necessaria est in prophetis, di-

C. cit Daniel: *Intelligentia opus est in visione. Quo sit ut qui*

non intelligit de quibus dicit, non sit habendus propheta,

sicut super Iоel probat beatus Hieronymus. De quo beatus

Cap. 2. Iob: *Spiratio omnipotentis dat intelligentiam. Nec grava-*

bore euidentia gratia, vnam aut alteram visionem prophé-

tarum exponere. Demonstratus est Dominus Iesus in ha-

bitu regnantis sancto Esaïæ, sicut exponit hunc locum sa-

Cap. 6. cratissimus Ioannes. Hæc dixit Esaïas quando vedit gloriā

eius & loquutus est de eo. Cum ergo inquit Esaïas: Vidi do-

minum super solium excelsum & eleuatum, vidisse Domi-

num

A num nostrum Iesum Christum est necessariò credendum. Vedit & Seraphin clamantia Sanctus, Sanctus, Sanctus. In quo Trinitatis deificæ intellexit mysterium, intellexit, & reuelandum esse in Apostolica prædicatione coram gentibus, excæcandamque infidelitate domum Iacob, quod sibi demonstratum est, cum vedit domum fumo repletam. Vedit ergo Dominum Iesum regnante, cognouit gentium vocationem, in trisagio gloriæ & laudis Seraphin, & in voce, plena est terra gloria eius, vedit in fumo perfidorum Iudæorum cæcitatem, sed de hoc satis. Hoc argumentum 1. Epistol. probat beatus Paulus ad Corinthios. A quibus omnibus su- cap. 14. persedemus, ne in longum protrahamus sermonem.

Duo tamen sunt notatu dignissima, & scitu necessaria, alterum quidem quod cōtingit prophetam loqui proprio spiritu quædam, quæ propheticō videbantur dici. Sed sta- Prop. pro tim corrigeret ea sicut in Nathan aperte videmus, qui sta- prio spiri- tim correxit retractavitq; sententiam. Cum enim David tu aliquan B summis votis desideraret ædificare Domino domum, & do loqui- templum in quo habitaret consuleretque de re hac Nathā tur. prophetam respondit ei: Omne quod est in corde tuo va- 2. Reg. 7. de & fac, quia Dominus tecum est. De quo illic statim subditur: Factum est autem in nocte illa, & ecce sermo Domini ad Nathan dicens. Vade & loquere ad seruum meū Dauid. Hæc dicit Dominus Deus. Nunquid tu ædificabis mihi domum ad habitandum? Et paucis interpositis: Cum completi fuerint dies tui, & dormieris cum patribus tuis, suscitabo semen tuum post te, quod degredietur de viro tuo, & firmabo regnum eius, ipse ædificabit domum nomini meo. Ecce (inquit beatus Gregorius) Nathan propheta, Greg. Ho- qui prius regi dixerat, Vade & fac, post modū prophetæ mil. 1. su- spiritu edoctus, hoc fieri non posse denuntians, & regis cō per Eze- filijs, & suis sermonibus contradixit, quia quod de suo spiri tu dixerat, falsum esse deprehēdit. Vbi nota quod cum de Nota. proprio spiritu loqueretur, dixit, vade & fac, nō dixit. Hæc

M dicit

83 Super Psalm. 50. Homilia nona.

dicit Dominus Deus. Cum illuminatus cœlesti spiritu lo- C
quitur, sic inquit. Hæc dicit Dominus. Quo verbo ostendi-
tur nobis diuinum lumen splendescere sanctis prophetis,
cum in Spiritu sancto loquuntur. Hæc tamen cognitio eorum
quæ videbant non simul & statim cum ipsis visionibus,
& multarum rerum imaginibus comitabatur, & hoc
est secundum quod promisimus, & scripturis demonstra-
vimus. Præmonstrata est Danieli, magna illa pugna arietis,
& hirci. Inquit sanctus propheta. Factum est autem cū
viderem ego Daniel visionem, & quererem intelligentiam: ecce stetit in conspectu meo, quasi species viri, & au-
diui vocem viri inter Vlai: & clamauit & ait; Gabriel fac intelligere istam visionem. Et post alia. Ego ostendam tibi quæ futura sunt in nouissimo maledictionis, quoniam
habet tempus finem suum. Aries quem vidisti, &c.

Habemus ergo tria euidenter contestata in sacra pagina vtriusq; testamenti Deū, scilicet, esse veracem, & veritatem, qui nec fallere nec falli potest. Fuisseq; edictum sacros Di-
patres nostros de mysterijs fidei nostræ, sicut præsenti loco decat David. Incerta & occulta sapientia tuæ mani-
festasti mihi. Sciebatq; ipsi prophetæ, de quibus prophetabat. Hoc lumen propheticum fuit nobis summe necessarium,
Lumen propter & maxime utile. Necessarium quidem, quia sine cœlesti
pheticum reuelatione sciri nō potest esse nobis præparatum cœleste
quā neceſſum regnum, vitamq; æternā, etiam si finis noster naturalis sit.
farium. Neq; inquiri à nobis posset, nisi prædoceremur, quid à nobis inquirendum est, & qua via. Hæc autem omnia, humana inuestigatione non potuerunt deprehendi, quoniā excedunt omnem facultatem nostram, & captum naturalis philosophiæ. Considerate obsecro quantū à veritate errauerunt etiā illi, qui mundi sapientes appellati sunt. Alij homines felicitatem posuerunt voluptatē, (& proh dolor atq; pudor, quot vires hic error pestilēs quotidie acquirit) alij ho-
nores, alijd iuitias, alijs ideā. Quos omnes euiderunt concin-
tūt.

A Aristoteles, & licet, ipse vicinior factus sit veritati, non tam *Arist. lib.*
 men comprehendit illam. Dixit enim bonum humanum *1. Eth. ca.*
 animæ est operatio per virtutem, & si plures sint virtutes *4. 5. 6.*
 per optimā nimirū, & perfectissimam, & insuper in vita *Cap. 7.*
 perfecta. In mille philosophorū paginis non leges, glorio
 sum verbū illud ad Abraham dictum: Ego sum merces tua
 magna nimis. Neq; illud Dñi Iesu. Hæc est vita æterna, ut
 cognoscāt e solum verū Deū, & quem misisti Iesum Chri *Gene. 15.*
 stum. Neq; illud Pauli. Videbimus eum sicuti est. Nūquid *Ioan. 17.*
 Pythagoras, nunquid Plato ille, qui diuinus appellatus est, *1. Cor. 13.*
 & si de numine cogitabundus semper incederet, aut Socra
 tes, hæc mente perceperunt? Imo & ipsi idolatriā colue
 runt, sicut testatur beatus Athanasius, descendentes in Py- *Atha. ora*
 ræum, ut hominis arte deformatam Dianam adorarēt. Nū *tione con-*
quid viam disciplinæ ad salutem æternam inuenierunt? *tra idola.*
 Non certè, sed Dei sapientia docuit eam, & tradidit illam
 Jacob puero suo & Israel dilecto suo, & poste in terris vi *Baruc. 3.*

B sus est, & cum hominibus conuersatus est docens homines
 colere Deum, mente & spiritu (spiritus enim est & in spiri
 tu oportet eum adorare) docuit legem, & mandata vitæ di *Ioan. 4.*
 ligere, tribuens adiutorium, & gratiam ut tandem glo-
 riæ conferat, sicut Baruc propheta prædictus, reique even
 tus comprobavit. Hæc omnia Esaias apertissime docet. *Cap. 64.*
 A seculo non audierunt, nec auribus perceperunt, oculus
 non vidit Deus absque te, quæ præparasti expectantibus
 te, siue diligentibus te, sicut docet Paulus. Paravit nobis *1. Cor. 12.*
 certè regnum, sicut docebat discipulos suos: Nolite tamen *Luc. c. 12.*
 mere pusillus grec, quia complacuit patri vestro dare
 vobis regnum. Et apud Ioannem legimus: Ego vitam *Cap. 10.*
 æternam do eis. Nulla humana philosophia eo usque ascé
 dit, in contemplationem, & sensum ut excogitaret si-
 nem, & felicitatem humanam esse Deum clarè visum
 in vita beata, & in æternum duratura. Fuit ergo necessa-
 tria reuelatio diuina. Cum autem Deus in necessarijs nō de
 sup.

Super Psalm. 50. Homilia nona.

Psal. 88. ficiat, cuius opera sunt perfecta, nec vanè constituit omnes C.
Nota Val- filios hominum, sicut testatur propheta David, nec oportē
de. bat pro rei dignitate (perfidem ambulamus, nō per speciē)
singulis hominibus hēc immediate reuelare, sed aliquibus
certis & maioribus, elegit sanctos ac timoratos viros, qui-
bus crederet elo quia & secreta cōsilijs sui, eisdēq; diuinos
cogitatus, super hominū salutē indicauit. Hic etiā ordo,
in cœlesti illa hierarchia seruatur, vt maiores, & sublimio
res spiritus illuminati cœlesti claritate, doceāt, ac perficiāt
Dionys. inferioris ordinis spiritus. Hanc doctrinam tradit Diony-
sius ille magnus. Lex diuinitatis immobiliter firmata est,
vt inferiora reducantur in Deū per superiora. Sicq; sit cir-
culus perfectus. Vnde vnaquæq; cœlestis intelligentia, lu-
men sibi traditum inferiori communicat, illuminat nanq;
superiores Angeli inferiores, purgant ac perficiunt. Consi-
dera iam diuinam erga nos prouidentiam, & erga salutem
nostram. Qui cum non essent nobiscum perpetuo cōmo-
raturi duces, ac patres fidei nostræ (mortales quippe erāt) D
traditaq; erant eis eloquia Dei, & credita, pro salute cūcta
rum generationum, vsq; in finem seculi, nec esset tutum ac
bonum renouare in singulis ætatibus reuelationes, neq; itē
tutum, quæ iam factæ essent, eas, quasi per manus à maiori-
bus tradi, prouidit diligentissimus salutis nostræ Deus, vt
Sacra scri scripto mandarentur, quæ erant illis reuelata. Iam magnā
ptura. necessitatem, & vtilitatem, scripturarum inspice. Iam lau-
dare, & venerari non desinas sacram paginam tanquam di-
gito Dei uiuentis scriptam per manus prophetarū & Apo-
stolorum, & vsq; ad nos fidelissime custoditam. Nec noua
fuit ab Apostolis, per manus, & successiones episcoporum
li. 8. expla hæc custodia scripturarum, fuit, & antiquæ illi synagogæ,
nat. 6. lib. multum curæ incorruptū seruare scripturæ codicem sicut
super Esaiā docēt Origenes beatus Augustinus, & sacer Hieronymus.
super Psal. Iam in his quæ diximus facile deprehendes, quam fir-
mum & stabile sit fidei nostræ fundamentum, & veritas,
quæ

A) quæ in Dœum reuelantem refertur. Resume breuius quæ longiori sermone scripsimus. Habes Ecclesiam ante scripturam, & simul cum verbo Dei expresso. Erant enim Adæ, Eua, Abel, Seth, & cæteri patres, quibus Ecclesia Dei constabat, nec erat scripture, Scripterunt, & approbauerunt eam proceres ac maiores Ecclesiæ, præfuerunt ergo. Non *Resolutio* ergo in scripturam sit ultima resolutio fidei nostræ. Erant fidei, enim fides, & Ecclesia ante ipsam. Nec prius in posterius potest redoci. Resoluit ergo omnis fidei nostræ ratio in Ecclesiam & prouidentiam Dei, quam derelinquere non potest in necessarijs. Ergo si queras quare credo scripturæ. Respondeo, quia probavit illam Ecclesia. Si rursus, quare credis Ecclesiæ? Quia spiritus Christi est in ea cù de his loquitur, & non respondebo, quia scripture me admonet, quod debeo credere Ecclesiæ (quanquam hoc habeatur in *Aristo.* 1. scriptura) quia hoc esset circulus, & illusoria probatio. Et priorum si queras quare credo Spiritum sanctum esse in Ecclesiæ? *An.*

B) Respondeo, quia credo Deum habere prouidentiam 1. *Tim.* 3. sponsæ suæ, quæ est columna, & fundatum veritatis, hocque docuit Dominus Iesus in Euangelijs. Ex his omnibus scimus Spiritum sanctum regere, & gubernare Ecclesiam sanctam suam, docereque illam de omnibus necessarijs ad salutem, oportereque nos habere præ manib[us], quæ Ecclesia diffiniret, statuit, declaravit, approbavit, ut in multis possimus falsas scripturarum cauere interpretationes. Sic enim de cœlesti spiritu præmonuit Dominus Iesus discipulos suos: Ille vos docebit omnia, & suggeret *Ian.* 14. vobis omnia, quæ cohædere dixerim vobis. Ergo vobiscum ibi sum usque ad consumationem seculi cunctis diebus. Hæc est altitudo, & maiestas fidei nostræ sacratissimæ, à Domino & à regalibus sedibus venit, non philosophorum fuit adiumentio, non sapientium huius seculi placitum, non somnianum vanitas, aut deliramentum in asturæ libertatis humanae sensus & carnis. Sed fuit sacramen-

Patriarcharum, & prophetarum reuelatio, & Apostolo-C
rum & Euangelistarum magisterium, qui à Domino Iesu,
quæ nobis tradiderunt, didicerunt, & manibus contrecta-
uerunt, & oculis viderunt, sicut testatur sacratissimus Ioan-
nes Apostolus. Quod fuit ab initio, quod audiuiimus, & vi-
dimus, quod perspeximus, & manus nostræ contrectauer-
unt de verbo vita, & vita manifestata est, & vidimus &
testamur, & annuntiamus vobis vitam æternam, quæ erat
apud patrem, & apparuit nobis, quod vidimus, & audiui-
mus annuntiamus vobis, ut & vos societatem habeatis no-
biscum, & societas nostra sit cum patre, & filio eius Iesu
Christo. Et hæc scribimus vobis, ut gaudeatis, & gaudium
vestrum sit plenum. Et cum talem ac tantam experientiam
habuerint patres novi testamenti eorum, quæ dixerunt, &
scripserunt, quod viderunt ea, & manibus contrectauerunt,
& audierunt auribus suis, de prophetia tamen inquit Pe-
trus: Sed habemus firmiorem propheticum sermonem,
cui benefacitis attentes, quasi lucernæ lucenti in caligi D
poso loco. Vides quanto firmior est lux prophetarum &
reuelatio eis facta, quam quæ sensibus, percepérunt Apo-
stoli (ipso etiæ prophetæ extiterunt excellentioresq; Mose
& Davide) de quo lumine vertex & caput Apostolorum
2. Pet. 1. c. sacratissimus Petrus inquit: Habemus firmiorem prophe-
ticum sermonem, qui lux, & lucerna ardens est ad illumi-
nandos oculos nostros. Prædixerunt enim in spiritu Dei re-
demptionis nostræ mysteria, & maximè David, qui in-
quit, Incerta & occulta sapientia tua manifestasti mihi,
prædixerunt inquam Christi, & Ecclesiæ mysteria, quæ
nullo modo nisi in Spiritu sancto prædicti potuerūt & im-
pleta sunt. Propter quod sæpen numero hoc verbo vñ sunt
Matt. 27. Apostoli, ut adimpleretur quod dictum est per prophetam,
Impletio vel tunc adimpletum est, quod dictum est per prophetam,
scriptura - invincibile & inexpugnabile hoc argumentum existimā-
rum. tes, & vere sic est: Vbi nota magni Athanasij doctrinam, vt:
rem

A rem hanc, & cetera quæ diximus percipias. Cum age. *Nora Val.*
 ret sermonem beatus Athanasius de cruce, & passione de-
 Domini, in cuius lectione & historia sapientiæ vero. *Athan. in*
 bum hoc auditur, ut adimpleretur, aut tunc adimple- de cruce,
 tum est, &c. Sic inquit. Non propheta istius auctor est, ne- & passio-
 que Iudæi extra culpam istius infidelitatis existunt, sed ne Dñi.
 propheta ea, quæ ipsi facturi essent, prospiciens, futura
 esse denuntiavit, illique postea id ipsum opere execu-
 ti, verum esse sermonem prophetæ declarauerunt. Neque
 vi seruientes propheticis verbis ista contra Christum ausi
 sunt, sed suo ipsius et studio, sponte volentesque illa per-
 petrauerunt, ut non propheta istarum rerum auctor sit aut
 causa, sed ipsorum voluntas, quin potius ipsi in causa
 fuerunt, ut talia de ipsis prophetæ prædiuinarent. Si-
 quidem prophetæ proprium est futura prospicere, & in
 eo non hallucinari, (*Nota*): hominum autem est agere,
 quod velint. Et sicut oculis contuentes, intuendo non
 fallimur, neque aliter videmus, & aliter res agitur, sed
 ut agitor, videmus, & ut videmus, agitur: ita quoque
 prophetæ futura & præsentia cernebant, verum quæ
 cernebant oportebat fieri, & ea, quæ siebant non pote-
 rant non videre. Rursum ut ea, quæ nostris oculis con-
 spicimus, necesse est omnino esse, cum ea quæ sint, sub
 conspectu veniant, neque fieri potest ut aliter sint, quam
 à nobis videntur: ita quoque quæ à prophetis prospic-
 ciebantur, necessarium erat ea esse, neque fieri poterat,
 ut aliter essent, quam ipsi præuiderant. *Nota.* Nam si ea
 quæ siebant non prospicerent, iam prophetæ non essent.
 In summa id pro certo haberi debet, prophetas non so-
 lum legum, esse magistros, ut quæ præcipiunt fieri de- *Nora Val.*
 beant, sed rerum quoque futurorum iudices esse. Siqui de-
 demi non eo quod dicunt, ideo quid sit, sed quia fu-
 turum est, ideo ab illis prædictior: neque fieri potest
 ut prophetæ mentiantur, &c. Eandem doctrinam docet

Super Psalm. 50. Homilia nona.

Origenes. Origenes non vno loco r̄atum. Sed illud commēmōrabo, C
lib. 7. in. 8 quod contra Celsum scripsit, quia, & de morte Domini
ca. ad Ro- Iesu, & de his, quæ in ea acciderunt, sermonem agebat.
ma. & li. Celsus concludens inquit: Ergo quia prædicta sunt hæc,
2. contra facta sunt, nec potest aliter fieri, ad quem Origenes. Cel-
sus putat, quod aliquis præscius prædixit ideo fieri, quia
prædictum est. Nos verò non concedentes aimus non præ-
dictorem causam esse futuri, sed futurum illud, quod om-
nino euenturum erat, etiam nemine prædicente, præco-
gnitori autem causam prædicēdi præbuisse. Totum enim
hoc in præcognitione variis est, cum alterum fieri possit,
fore hoc alterum. Quam doctrinam ex Psalmo. 34. Deus
laudem meam ne tacueris, apertissimè ostendit. Propter
hoc propheticum lumen, quod maximè certissimum est,
supra ea, quæ sensibus percipiuntur, auribus aut oculis, di-
xit sacratissimus Petrus: Habemus firmorem propheti-
cum sermonem. Super hoc fundamentum, quod est diui-
na veritas reuelata, construitur, & consurgit regia domus D
Ecclesia, in qua cœlestis spiritus inhabitat, viuificans, illu-
minans, docens, regens, sanctificansque gratia sua, mem-
bra Christi, & Vomini Iesu. Propter quod iure, & meri-
tò de illa dixit sponsus, portæ inferi non præualebunt ad-
uersus eam.

Vnde si quid difficile, aut questionis ortum fuerit, re-
currendum est ad Christum, qui est cum sponsa sua sancta
Ecclesia, sicut dicebat. Vobis sum cunctis diebus usq;
ad consummationem seculi. Si quid nouum videatis do-
cere quenquam magistrorum, suspectum vobis sit, noli-
te credere, ad magisterium sacrum recurrite, ut vos do-
ceat. Hanc doctrinam docuit nos illa mulier Samaritana,
Samarita- quæ cum à Domino Iesu instrueretur de adoratione, quæ
na pruden ab illis diebus erat Domino placitura (mulier crede mihi)
tissima. venit hora, quando veri adoratores adorabunt patrem in
spiritu & veritate, spiritus est Deus, & tales querit adora-
tores,

A tores, respondit illi, etiam si experientia nouerat & confessa fuerat illum esse prophetam: Scio quia Messias veniet, & docebit nos omnia. O cœlestis prudentia. O an-
chora fidei nostræ tutissima. Cum nouum docetur de re-
ligione, de adoratione Dei, de sacramentis, de moribus
Ecclesiæ, hoc sit tuum responsum, si non vis errare. Scio
quia Messias venit, qui docuit nos omnia. Non credas, Gal. 1.
etiam si prophetam noueris, qui aliter docet & loquitur,
etiam si Angelus de cœlo, aliud euangelizet, non credas:
Dic cum Samaritana. Ille docet omnia Christus qui est
cum Ecclesia sua. Si hanc regulam seruasset Germania, &
Anglia, & Galliarum maxima pars, non tam periculose
aberrassent, in fide, & sacramentis. Hanc ergo regu-
lam teneamus nos, sicut anchoram animæ tutam, ac
fidam, & incedentem vsq; ad interiora velami-
nis, vbi præcursor introiuit pro nobis Iesus se-
cundum ordinem Melchisedech pontifex. Hebreæ. 6.

B factus in æternum , qui cum patre &
Spiritū sancto vivit in secula se-
culturū & regnat.
Amen.

M_s SUPER

Aldridge

SUPER PSALMVM QVIN- A

quagesimum. Homilia decima.

Asperges me Domine hyssopo & mundabor:
la-
uabis me, & super niuem dealbabor.

A R G V M E N T V M.

PO ST QVAM demonstratur ex scripturis, &
auctoritatibus sanctorum Iustini Martyris, &
Basilij magni, & Theodoreti, & Ambrosij præ-
sentem locum debere interpretari de aspersione san-
guinis Christi, per quam David sperabat mundationem a ma-
gnis sordibus peccatorum, statim comprobatur ipsum David
præuidisse hoc loco redemptorem sanguinolentum. Hoc enim
arcanum erat sapientiae Dei, quod manifestum fuit illi. Iam ma-
gnum studium diuinae prouidentiae, in multiformi sanguinis
effusione declaratur ad prædemonstrationem redemptionis no-
stre, que maxime in Isaac & ariete resplendit, & ut anti-
quis Dei populus futuri beneficij imagines haberet, in signum
& recordationem, ad comparandas magnas diuitias spiritus,
& gratie, quo dono sublimius magnificata est sancta Dei Ec- D
clesia, per institutionem venerabilis sacramenti altaris, in quo
immolatur agnus mitissimus Dominus Iesus, aspergiturque san-
guis eius super populum, sicut olim in lege, Vbi multa ad infor-
mationem eorum, qui astant in Ecclesia sub sacrificij salutaris
consecratione, Iam quante sint sordes peccatorum declaratur,
quamque infirma & miserabilis maneat anima, & omnes vi-
res eius post peccatum, & quod solo sanguine, & sacerdotio
Christi lauari possint, quod sacerdotium in Aaron præmonstra-
tum fuit secundum Athanasium. Ultimo tandem loco, postquam
declaratur expectatio antiquorum patrum effusionis sanguini-
nis Christi, pulchritudo admirabilis animarum, que per eum
mundantur, depingitur.

Asperges

A Asperges me Domine hyssopo & mundabor: lauabis me & super niuem dealbabor.

Cum tam multa ac sublimia sint, quæ in argumento huius homiliæ promisimus, humilitate exorandus est dominus Deus, ut suffragium gratiæ eius nobis concedat, ad perficiendum, statim præsenti versu comprobat sanctus propheta, quod superiori cantauit: *Incerta, & occulta sapientiæ tue manifestasti mihi, & assertive, non exorando aut sub dubio quod tertio versu rogabat, cognoscit implendum.* Quid orabat? Multum lava me, ab iniquitate mea, & à peccato meo munda me. Quid vero inquit præsenti loco? Asperges me hyssopo, & mundabor, lauabis me, & super niuem de albabor. Occultissimus valdeque incertus Redemptio-erat modus & genus redemptions humanæ quod, scilicet, nis huma-facienda esset ac perficienda morte, & sanguine Christi ne modus æterni filij Dei. Hinc est quod beatus Hieronymus vertit occultissi-

B ex hebræo titulu noni psalmi, vbi nos legimus pro oculi mus.

tis filij, super mortem filij. Symmacus vero provictoria de morte filij Aquila, adolescentiam filij posuit. Et Septuaginta Christi passionem & resurrectionem, quæ ignota prius mundo fuit, per verbum absconsionis velare voluerunt. Quod manifestè probat idem Hieronymus: quia non de filio David, id est, Absalon, quæ hic narrantur, scripta sunt, cuius opera nō occulta, sed mala & manifesta fuerūt in patre. Hoc ergo de vnigenito Dei patris debet intelligi. Prin-cipē locū tenebat, inter cōsilia arcana diuinæ sapientiæ, modis nři redēptionis, volūtaſq; eius efficax, & absoluta. Forsan propter hoc, alio loco dicebat hic noster David. Veni *Psalm. 65.*, & videte opera Dñi, terribilis in cōsilijs super filios hominū. O magnū cōsiliū Dei nři, quod tradidit vnigenitū, pro seruorū, & inimicorū salute. Quod cū David præmōstratū fuit, luce clara, nō per enigmata & figurās & somnia, letabundus, gemebundusq; dicit. Asperges me dñe hyssopo, & munda.

48 Super Psalm. 50. Homilia decima.

mundabor, lauabis me, & super niuem dealbabor. In quo C non satis mirari possum, quid causæ fuerit, quod fere omnes patres ac duces nostri, præsenti loco, naturā, ac cōditio nes huius humiliis herbæ hyssopi, inquā, scrutati sunt, vt in de ædificantē cōsiderationē ac doctrinam educerēt, relin quentes quæ sub velamine antiquarū historiarū latebant redēptionis humanæ mysteria, sanguine humiliis hyssopi Christi consummanda. Nunquam lego humilitati quā per hyssopum intelligit) ascribi nostri cordis lotionē, mē tisq; munditiam, cū apertissimis scripturis, noui præcipue

Hebrei. 9. testamenti comprobari possit, sanguinē Christi emundare conscientiam nostram ab operibus mortis ad seruendum

Apoc. 1. Deo viuēti. Ioānes etiā dicit de Christo. Qui dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo, & de sacrī sil lis martyribus stolis albīs decoratis, audiuit diuinū respon

Apoc. 7. sum. Hi sunt, qui venerunt de tribulatione magna, & laue runt stolas soas in sanguine agni. Ecce quomodo sanguini

Christi ascribit scriptura mentis nostri munditiam, de quo D plura in sequentibus. Et si venerer beatorum Augustini, Hieronymi, & Gregorij, valde eruditam piamq; sententiā, illam tamen expositionem intēdo amplecti, literalis enim est, valdeq; germana, & proximior menti prophetæ, quā

Amb. A- sanctus Basilius, Theodoreus, & Ambrosius tradiderunt. *pol. David* Hyssopus nihil aliud quam spiritualis rei typus & umbra 1. cap. 12. fuit. Cū em hyssopo sanguinē agni postibus, & super limi naria ianuarū aspergerēt, exterminatoris angeli manus ef fogerūt: quæ quidē ceremonia salutiferi passionis Christi imaginē præferebat. Nā & hic sanguis, & lignū salutare &

Basilus. salos, quæ fide accedētibus gratuito cōfertur. Hac Basilius.

Theodore Paria ac similia inquit Theodoreus, sed aliquātō clarius, tuis.

Qui em agni sanguine in Aegypto hyssopo postes insperi ferūt extermi dæti oītis manus euaserunt. Illa autem salutaris crucis figura erant. Sanguis namque etiam hic, & lignum salutare fuit, & salus his, qui cū fide accedebat, afferebatur.

Hanc

A Hanc expositionem, illa quæ est beati Iustini antiqui mar. *Iustinus.*
 tyris & Philosophi valde confirmat. Erit autem vobis san. *Dialog. ad*
 guis in signū in ædibus in quibus eritis, & videbo sanguine- uer. hebr.
 nem & transibo vos, neq; erit in vobis plaga disperdens, fol. 83.
 quando percussero terram AEgypti. Vobis (inquit) erit in *Exod. ca.*
 signum, non Deo, aut Angelo percutienti. Vobis erit in si. *Nota.*
 gnū non eius rei, quæ nunc sit, scilicet, liberationis vestræ,
 sed altioris, & excellentioris, quæ sanguine agni immacu-
 lati Christi perficienda est. Hoc significat ille sanguis, li-
 berationem generis humani à dura seruitute peccati. Si-
 gnum illud, hanc lucidissimam veritatem habet, quod, sci-
 licet, genus humanum sit Christi sanguine redemptum à
 dura seruitute peccati, & quod lauerit nos in sanguine suo.
 Hoc ergo significat, quod sanctus confessor inquit: Asper-
 ges me hyssopo & mundabor: lauabis me, &c. *Quod vel*
 inde maxime ostenditur, quia eisdem verbis utitur alia
 scriptura, cum de aspersione sanguinis taurorum, & vitulo

B rum sermonem ageret. De quo sacratissimus Paulus, cum *Ad He. 9.*
 dedicatione, & confirmatione veteris testamenti disputa-
 ret, inquit: Nec primum sine sanguine dedicatum est, le-
 sto enim omni mandato legis à Moysè vniuerso populo:
 accipiens sanguinem vitulorum & hircorum cum aqua, &
 lana coccinea, & hyssopo, ipsum quoq; librum & omnem
 populum aspersit dicens. Hic sanguis testamenti, quod mā-
 davit ad vos Deus. Vides quomodo David, sub aspersione
 illa veteri sanguinis hircorum & vitulorum cum hyssopo
 facta, intelligit clara luce aspersionem sanguinis Christi,
 ad multorum lauandum peccata? Hic ergo est germanus
 literalisque sensus præsentis versus. Asperges me Domi-
 ne hyssopo, &c.

Excellentiam talis aspersionis meditatus in sublimi mē-
 tis excessu, quantumuis sorde speccatorum suorum turpes
 nimis essent, execrabilisque immunditia diuq; inveterata,
 letabundus, touerebundusque inquit; lauabis me, & super-

niuem;

12 Super Psalm. 50. Homilia decima.

in iuuenie d' albabor. Haec duo simul in nostra cōsideratione C
ha. gel. amplectamur, vt etiam mens nostra, in spēm veniæ eriga-
re. Instur, & in ardorem dilectionis accendatur. Pollutus quidē
fuit hester David, sanguine humano, quem crudeliter in-
nocentis Viræ sudit gladijs filiorum Amon. Quod piacu-
lum adeo grande fuit, vt non solum auertere faciem suam,
verum nec exaudire orationem homicidarū promittat do-

Ezai. 1. minus Deus. Cū extēderitis manus vestras, non exaudiām
vos, sanguine enim plenæ sunt. Nō audit Dñs vocē depre-
cantis simul & sanguinis effusii. Clamat sanguis gladio effu-
sus, clamas & tu provenia. Audit Dñs clamorem sanguinis,

Gen. c. 4. sicut de sanguine Abel legimus: Vox sanguinis fratristui
clamat ad me de terra. Et dum manus tuz adhuc sunt san-
guine plenæ, idest, dum manes in ira aduersus proximum,
nec satisfacis aut illatæ iniuriæ, aut dāno ferū temporaliū,
nō exaudit Dñs, nec vocē deprecātis nec extēlas cōtra cœ-
lī manus, senteniam pollute, & sordidæ humano sanguine.

e. H. De quo idē sanctus propheta David. Iniquitatem si aspexi D
in corde meo, nō exaudiēt Dñs. Pollutus fuit et iam adulte-

1. Ad Co- rio, de quo sacratissimus Paulus: Quodcunq; peccatū fece-
rint. 6. rit homo extra corpus suū est. Qui autē fornicatur in cor-
pus suū peccat, quia, qui adhæret meretrici, vñ corpus effi-
citur cum illa: hoc est fornicatio in tantum polluit corpus
ipsum, in tantū libidinis æstus accēditur, in quantum vene-
num delectationis illicitæ se se per totum corpus diffundit.

Nota quam eleganter, & vitiliter præsentem locum expo-

Anselmus suerit beatus Anselmus. Omne peccatum quodcunq; fece-
superhanc rit homo, &c. Idest, in omni peccato quodcunq; fecerit ho-
locum.

manus, anima est extra naturam corporis, quia in suo sensu re-
manet, intelligēs mala esse quæ agit. Sed qui fornicatur in
corpus suū peccat, quoniam in appetitu, & operatione
fornicationis, sic peccat anima, vt redigatur in naturam sui
corporis, quia nihil tunc cogitat, nihil sapit, nihil intendit,
nisi quæ carnis sunt. Sic enim totus homo absorbetur ab
ipsa,

A ipso, & in ipso corpore, vt iam dicitur non possit ipse animus suus esse, sed simul totus homo dici possit caro esse, & spiritus vades & non redies. Et ideo videtur Apostolus exagere rare fornicationis malum, super cetera omnia peccata quantum ad hoc, scilicet, quia absorbetur in coitu rationis versus. Fornicans enim imperio libidinis conditioni se subdit. Propriumque ipsius corporis mancipium pessimum se facit, tempore ipsius immundissimae operationis. Expectat & omnes forni pœna specios specialis quedam pœna in æternis tormentis, sicut consensu forderat Richardus de sancto Victore, Ardenti (inquit) factore nicarum. cruciabitur, quia qui hic perfidam luxuriam exarserit, ibi fax Richar. sustinetur ardore sustinebit. Propter magnam illam & specialem per. 14. c. circumstantiam fornicationis, cum summe exprobareret dominus Apollonius. Deus, originalis mundi peccata dicebat. Non permanebit Gen. 6. spiritus meus in æternum, quia caro sunt. Nihil ita factum, aut deformis ut humana caro, cuius patrem putredinem constiterit sanctus Iob. Putredini dixi: Pater meus es tu, soror Mala ex

B mea & mater mea vermis. Per hoc peccatum lumen rationis fornicationis etiam si omnino non extinguitur, nec auferatur, obnubilatur, quam bilatur tamen, diminuiturque inclinatio ad bene agendum, multa. quia ratio hebetatur præcipue in agendis & voluntas inducatur ad bonum, & maior difficultas bene agendi accrescit, & concupiscentia magis exardescit. Pondera singula. Heu quantum quamque magnum malum, tanto emimus pretio. Heu quantam mentis debilitatem, ac imbecilitatem, per singulos dies acquirimus. Heu qualem tenebram quamque obscuram, super mentes peccatorum diffunduntur. Neque Aegyptus sic in medijs obscuritatibus doluit, si Exod. 10. cut hi in suis congratulantur, & delectantur. De quibus ecce iam scriptum est: Lux venit, scilicet filius dei in Iohann. 3. mundum & dilexerunt magis homines tenebras, quam lucem, hoc est iudicium, id est, propter hoc tam dure in iudicio cum illis agetur, quia dilexerunt magis tenebras quam lucem. Est & alia generalis fornicatio humanæ animæ qua

30 Super Psalm. 50. Homilia decima.

qua non adhaerens Deo, adhaeret mundo per concupiscentiam. Tales sic reprehendit beatus Jacobus. Adulteri nescitis quia amicitia huius mundi, inimica est Deo? Quicunque ergo voluerit amicus esse huius seculi, inimicus Dei constituitur. De his omnibus dixit Oseas propheta: Facti sunt abominabiles sicut ea, quæ dilexerunt.

Cap. 4. Cum ergo hæc fuissent Davidis flagitia & sordes peccatorum, homicidium, scilicet, & adulterium, perdurassetque multum tempus impoenitens, quasi per decem menses sicut ex secundo libro Reg. comprobari potest, hinc est quod clamans orabat: Amplius laua me, id est, multum laua me, sicut suo loco dicebamus. Hinc est quod cum tantam recognosceret immunditiam mentis, & corporis sui de sola diuina miseratione confisus inquit: Asperges me Domine hyssopo & mundabor, lauabis me, & super niuem dealbabor, id est, solum modo hoc spero remedium, cum aspergeris me pretioso sanguine tuo, tunc quidem lauabis me, tunc quidem mundabor, tunc dealbabor super niuem. Scio quod Di-

ctiam, si lauero me nitro, & multiplicauero mihi herbam Borith: maculatus sum, in iniuitate mea coram te. Borith Hiero. su- (teste beato Hieronymo) significat herbam fulonum iux-
per. 9. cap. tarium provinciarum Palestinae, in humeribus, & vireribus Hieremie nascitur locis, & ad lauandas sordes eandem habet quam, & nitrum. Per hoc ergo omnis humana poenitentia, & dolor infirmus ad sanandam animam ostenditur, etiam si dolore consummatur homo, & gemutibus. Sine ramen sanguinis Christi effusione, non sit remissio. Huc aciem mentis sanctus propheta dirigit, ut non solum spem, sicut ceteri poenitentes, venire & indulgentiam concipiat, verum latet, & securus ex diuina reuelatione, de venia plenissima inquit: Asperges me hyssopo & mundabor, lauabis me, & super niuem dealbabor. Hæc est post peccatum, ordinatio diuinæ mentis nemini posse contingere salutem, & munditiam animæ, nisi per unius mediatoris Dei & hominis

Hebræ. 9. Christi

sup.

A Christi Iesu sanguinis effusionem. Ipsum posuit Deus propriae Rom. 5. c.
potestate quia omnes peccauerunt, & regent gloria Dei,
iustificari gratis per gratiam ipsius, per redemptionem, quae
est in Christo Iesu. Hic est sanguis meus (dicebat hic mag-
nus redemptor noster cum calicem sacrosanctum consecras-
set) qui pro multis effundetur, in remissionem peccatorum.
Et ad beatissimum Petrum illa eadem nocte. Nisi lauero Ioan. 13.
te, non habebis partem mecum. Omnis denique scriptura, Luc. 22.
veteris, ac noui testamenti effusione sanguinis Christi,
nostram redemtionem, & lauationem, a fardibus, & ma-
culis peccatorum ascribit. De quo aliqua in superioribus
pluraque iam nunc dicemus.

Ostendendum igitur a nobis est, quomodo in Aaron imago sacerdotij Christi praefolsit, cuius sanguis, magnumque
sacrificium, expiat omnia sclera nostra, lauatque crimina,
& peccatorum fardes. Ad primum extat beati Athanasij ele-

B gans expositio, ad secundum sacratissimi Pauli magnifica
explanatio. Cum beatus Athanasius contra Arianos, mag Athana-
nis rationibus, & sacrae scripturæ auctoritatibus ageret, eos sius cōtra
que de diuinitate, & æternitate, & consubstantialitate filij Arianos.
Dei conuinceret, hoc argumentum persequens demonstrat serm. 3.
lucidissimam veritatem, ex sacerdotio Christi, quod in
Aaron præmonstratum fuit, magnisque vires nostræ consi-
derationi ministrabit. Descensum Christi ad homines, &
pontificatum pulchre ex lege, & Aaronis historia expressum videas. Aaron enim non genitus est pontifex, sed ho-
mo, & tandem progressu temporis, cum voluit Deus fa-
ctus est pontifex, neque id simpliciter, aut quousmodo,
neque vulgaris cultus eam notam insignianque addidere;
ut pontifex agnosceretur, sed cum induisset Epomidem,
& rationale, & vestem talarē, quæ forminæ elaborauerunt
iussu Dei. Cum istic ergo ingrediens sancta sanctorum ho-
stiam populo offerebat, per ista se mediatorē, in visiones Dei, & populi victimas præbebat. Itidem igitur & do-

Super Psalm. 50. Homilia decima.

minus noster in principio quidem erat verbum, quando autem voluit pater eum pro omnibus in redemptionem offerri, ac omnibus donari: tunc, scilicet verbum, ut Aaron vestem talarem, ita carnem è terra assumpsit. Mariamque vice rudis illaborataque terræ matrem sui corporis habuit, ut iam habens quod offerret ipse pontifex seipsum patri in victimam daret & omnes suo sanguine, à peccatis ablueret, & è mortuis excitaret. Id enim sibi voluit vetus illa umbra, quod à domino factum est suo aduentu, id secundum legem Aaron, qui eius rei umbrafuit, prædeliniebat. Ut igitur Aaron non immutabatur, cum indueret pontificalem habitum, sed idem permanebat, ac tantummodo tegebatur. quo tempore si quis illum victimis operantem cernens loquutus fuisset, ecce tibi hodie Aaron pontificem factum, non id significaret, eum eo tempore hominem esse factum, nam ante quam pontifex fieret, iam homo erat, sed functione officioque pontificem iam esse redditum, eo quod vestimenta facta, destinataque ad sacrificium gestasset.

Ad eundem modum quoque de Deo scite intelligendum est, non quod alius factus sit ex assumptione carnis, sed quod idem manens, carnem pro velamine habuerit: istæque dictiones (factus est, & conditus est) non hunc intellectum habent, quasi verbum, quatenus est verbum, factum esse pronuncietur, sed quod verbum opifex conditorque rerum, postmodum factus sit pontifex, cum induisset corpus creatum, & factum, quod pro nobis offerre potuit. Iam ex his fideliter subtiliterque distis, magnum illud argumentum sacratissimi Apostoli Pauli ad Hebreos, de excellentia pontificatus, & oblationis Christi intelliges, siquidem noster pontifex Christus Deus & homo est, & semetipsum obtulit, non hircos, aut vitulos, non eorum sanguinem, sed proprium. Hunc

mag-

- A magnum sacerdotem proponit nobis sacer Apostolus, in multis argumentis, ad erigendam, & confirmandam spem nostram. Christus assistens pontifex futurorum bonorum per amplius, & perfectus tabernaculum non manu factum, idest, non huius creationis, neque per sanguinem hircorum, aut vitulorum sed per proprium sanguinem introiuit semel in sancta. Commendat Christi pontificatum, primo quia futurorum bonorum, & aeternorum fuit minister, non sicut Aaron temporalium, ac praesentium, quæ senescunt, & intereunt. Tum etiam secundo, quod tabernaculum, in quod est ingressus Christus post fusionem sui sanguinis, non fixit illud homo in deserto, sed Deus in celo. Nec oportet multoties, hoc est, semel in anno, intrare in tabernaculum, sicut Aaron intrabat, cum sanguine hircorum & vitulorum propter infirmitatem sacrificiorum & pontificis, nihil enim ad perfectionem deferebat.
- B Sed dominus Iesus semel introiuit inuenta redemptione aeterna, qua adeo grandis & magnifica fuit oblatio sui sanguinis, ut non oporteret iterum repeti. Christus enim semel mortuus, ad multorum exhaurienda peccata. Sed unde tanti habitus est sanguis Christi, eiusque sacerdotium? Vnde tam efficax effusio? Statim respondeat Apostolus: Si enim sanguis hircorum, & taurorum, & cinis vitulae aspersus, inquinatos sanctificat, ad emundationem carnis, quanto magis sanguis Christi, qui per Spiritum sanctum semetipsum obtulit, immaculatum Deo, & mundabit conscientiam nostram, ad seruendum Deo viuenti? Ecce quatuor capita viui fontis, que de medio paradisi egrediuntur, quibus rigatur coelestis hortus Ecclesie floretque. Est sanguis Christi, qui est Deus & homo, qui in remissionem peccatorum effunditur, est sanguis filius per Spiritum sanctum, idest, cum plenitudine Spiritus sancti, est oblatio summe

80 Super Psalm. 50. Homilia decima.

Col. 1.

*Nota Val.
de.*

voluntaria, & sanguis immaculatus. Pondera & attende C
qualia & quanta sint hæc: est Deus & homo Christus Iesus
qui in cruce moritur pro lauandis hominum criminibus.
Est talis, ac tantus in sua humanitate, quod in ipso habitat
omnis plenitudo divinitatis corporaliter, idest, perinde ac
anima in corpore nostro, hoc est, indiuisibiliter, essentiali-
ter, & citra omnem mixturam: est talis ac tantus quod non
datur ei spiritus ad mensuram, sed habitat in eo omnis ple-
nitudo: est talis ac tantus, quod in illo sibi pater complacet;

Mat. 3.17. ad illum inquiens: Tu es filius meus dilectus, in te compla-
Lege Ori- cui, qui voluntarie sacrificauit, & obtulit Deo patri, non
genem Pe- hircos, aut tauros, sed semetipsum, sanctum, impollutum,
riarchan. segregatum, non à carne hominum, sed à culpa, & ignoran-
lib. 2. ca. 6. tia eorum, & celiore cœlis effectum. Bene proinde Apo-
Heb. 9. stolus inquit. Quanto magis sanguis Christi emundabit
conscientiā nostrā ab operibus mortis ad seruēdū Deo
viuenti? Quod cum præmōstratum fuisset prophetæ (hoc D
enim erat arcanum quod sibi est reuelatum) in spem erigi-
tur, super infusoque cœlesti lumine inquit: Asperges me
hyssopo & mundabor, lauabis me & super niuem dealba-
bor. Bene proinde Lamnasseach, idest, sanguinolento con-
secrat psalmum, quem reuelatis oculis aspiciebat in cruce

Ioan. 19.

*Agnus oc-
cisus.*

Apoc. 13.

*Sanguis Christi post loquitur dicens:
eius effu-
sionem.*

Cap. 1.

pendētem & lancea vulneratum, unde sanguis & aqua exi-
uit, quæ lauat sordes, etiam quantumvis magnas & antiqua-
tas, quales erant huius David. Propter hoc dictus est domi-
nus Iesus agnus occisus ab origine mundi, idest, destinatus
ad occisionem, qui etiam antequam infundat sanguinem,

sanat vulnera, lauat & sanctificat, sed efficacius post eius
mortem. Hoc significat spiritus sanctus cum per os Davidis

Christi post loquitur dicens: Lauabis me & super niuem dealbabor,
cum tamen deinde per Esaiam prophetam magnis pecca-
toribus veniam & remissionem promitteret, non super ni-
uis candorem, sed sicut ipsam niuem. Si fuerint peccata ve-
stra vi coccinum, quasi nix dealbabuntur, & si fuerint ru-
bra

Ad hanc vermiculam, velut lana alba erunt. Mundabitur animus Christi, antequam fundetur, conscientias hominum, sicut niuem quidem non tamen super. Parauit ac promisit dominus Deus mentis munditiam, etiam sordidissimis peccatoribus, nec tamen super eam, quae niuis est. Hic autem noster propheta, in spiritu Dei candore reminiuersit patrem suorum, sibi promitti: Super niuem dealbabor, inquit, Sap. 10.

et enim Adam equustus fuerit a delicto suo, prestita ei tempore longissimum tempus vita sua, licet Abraham placuerit Deo supra cunctos mortales sanctificatusque fuerit sive Rom. 4.

in praepunctio carnis sua, licet David luxecit in multa amaritudine animae peccata sua, sintque de se, nullus tamen hominem super niuem dealbatus est. Tenebantur enim omnes reato primae praevaricationis, & in obediencia solumento Christi sanguine delendae, sicut Paulus sacratissimus dicitur Colossensibus. Cum essetis mortui in delictis, & praeparatio carnis vestrae, cuiusdum cauit comillo, donans vobis somnia delicta: ecce de actualibus propriis; violitate & obnoxia criminibus dimissis per Christum. Audi illos de antiquo delicto differentem. Dilectus quod aduersus nos erat chirographum decreti, quod erat contrarium nobis, & ipsius tulit de medio, affigens illud cruci. Hoc chirographum erat aduersus iustum Abel, aduersus sanctum Abraham, & dilectum Iacob, & Isaac, etiam si amatores sunt qui essent dealbati gratia Dei, & iustitia Christi, erat contrarium illis, reatuque personae temporalis tenebantur, usque dum in cruce dominus illos affixit, tulitque a deo in medios. Unde quidem super niuem quoniam dealbati & Abraham, & David, etenique patres veteris testamendi, sic quae impleromur quod in lectione Apostoli sequitur: Exponit an spiritus capitulo 8 post testamendis traduxit consideranter palam, triumphans illos in se in ipsis. De quo triumpho iam diximus. Hoc cum precioso differens auctus David dignissimum volenter omnem Christum in se dicens dixit: A sperga mea deponit a falso & emundabitur illi:

Bratio carnis vestrae, cuiusdum cauit comillo, donans vobis somnia delicta: ecce de actualibus propriis; violitate & obnoxia criminibus dimissis per Christum. Audi illos de antiquo delicto differentem. Dilectus quod aduersus nos erat chirographum decreti, quod erat contrarium nobis, & ipsius tulit de medio, affigens illud cruci. Hoc chirographum erat aduersus iustum Abel, aduersus sanctum Abraham, & dilectum Iacob, & Isaac, etiam si amatores sunt qui essent dealbati gratia Dei, & iustitia Christi, erat contrarium illis, reatuque personae temporalis tenebantur, usque dum in cruce dominus illos affixit, tulitque a deo in medios. Unde quidem super niuem quoniam dealbati & Abraham, & David, etenique patres veteris testamendi, sic quae impleromur quod in lectione Apostoli sequitur: Exponit an spiritus capitulo 8 post testamendis traduxit consideranter palam, triumphans illos in se in ipsis. De quo triumpho iam diximus. Hoc cum precioso differens auctus David dignissimum volenter omnem Christum in se dicens dixit: A sperga mea deponit a falso & emundabitur illi:

Amb. A- lauabis me & superriuem dealbabor. Nec longe abest ab C
pol. David hac sententia, quam facit distinctio sacer Ambrosius. Pe-
1. cap. 13. catum aut donatur, aut deletur, aut regitur. Donatur per gra-
 tiam deletur per sanguinem crucis, regitur per charitatem,
 & plautis interpositis, expones illud Pauli ad Colossos: infert:
 Deleuit sanguine suo atramentum Euæ delerunt obligatio-
 nem hereditatis obnoxiam. Hoc præcognoscens David in
 spiritu Dei nostri, lætabundus inquit: Asperges me sangu-
 ne tuo & mundabor; lauabis me, &c.

M. p. 30. ob. Laudate Dñm Deum nostrum charissimi fratres, in mul-
Laudate Dñm Deum nostrum charissimi fratres, in mul-
genem Pe. tis formis prædemonstratione effusionis sanguinis Christi
Marchan. Iesu Domini nostri. Cuius prouidentia factum est, ut assidue
 sanguinis animalium in sacrificiis funderetur ante oculos an-
 tiquorum patrum, ut esset illis in signum & imaginem veri sacri
Leuit. c. 1. sacerdotij corporis Christi, & effusionis sanguinis eius. Si holocau-
 stum fuerit eius oblatione (dicit Dñs) ac de armato masculum
 immaculatum offeret ad ostium tabernaculi testimonij, ad
 placandum sibi Dñm ponetque manus super caput hostiae, &
 acceptabilis erit, atque in expiatione eius proficiens. Immola-
 bitque vitulum coram Dño, & offeret filij Aarón sacerdotis san-
 guinem e ius fundentes per altaris circuitum, quod est ante
 ostium tabernaculi. Et infra: Quod si de pecoribus oblatione
 est, de quibus sive caprinis, &c. Sanguinem illius fundet super
 altare filij Aarón. Et cum de hostia pacificorum ageret inquit:
 Ponet manū suā super caput victimæ suæ, quæ immolabitur
 in introitu tabernaculi testimonij, fundetque filij Aaron
 sacerdotis sanguinem per altaris circuitum, & infra. Si agnus ob-
 voluerit coram Dño, ponet manū suā super caput victimæ
 suæ, quæ immolabitur in vestibulo tabernaculi testimonij,
 fundetque filij Aarón sanguinem per circuitum altaris. Si capra
 fuerit, &c. fundent filij Aaron sanguinem eius per altaris cir-
Exo. 29. f. circuitum. In iugitate sacrificium elegit Dñs duos agnos ad
 offerendum in die, & vespere per singulos dies. Hæ com-
 misa sanguinis Christi effusionē prædemonstrabant, et quibus illis

*Cap. 2.**Sanguis**Christi pos-**gus effu-**sione**Cap. 1.*

A illis in signum, sicut supra exposuimus cum beato Iustino, in signum, inquam, Christi agni immaculati, pro nobis & nostra redemptione immolandi. Quo signo eorum deuotio acueretur, accendereturque in diuinam dilectionem, qui tantam parauit salutem. Exercebatur eorum fides, augeba sacrificia tur deuotio, præfigurabatur verum sacrificium Christi, in veteris le- cruce fundentis sanguinem immaculatum, detinebaturque gis ad quam intra diuinum cultum gens illa ad idololatriam proclivis, multa. sicut ad longum infra dicemus. Quid si placet, ut altius rem hanc perscrutemur, adiuuatis vobis in orationibus Nota val- vestris infirmitatem meam, dicamus etiam sanguinem sa- de. sacrificiorum veteris legis fuisse Deo in signum, sicut de ar- cu nubium scriptum est libro Genesis. Arcum meum pos- nam in nubibus, & erit signum fœderis inter me & inter terram. Cumque obduxero nubibus cœlum, apparebit ar- cus meus in nubibus cœli, & recordabor fœderis mei, Cap. 9.

B quod pepigi vobiscum, & cum omnia anima viuēti, &c. Ille qui nullo modo obliuisci potest, arcum posuit in nubibus cœli, ad recordationem fœderis, quod cum Noe, & filijs eius Nume. 21. pepigit in sempiternum. Sic Dñs Deus in signum, & ima- ginem fundere sanguinem, suspendere serpentem, tollere Isaac ligna holocausti super humerū suum, iobet, ut in his Gene. 22. omnibus, multisq; alijs quasi penicillo delineata futurā sui ipsius imaginem aspiciat recordeturque fœderis humanæ re- demptionis, quod pepigit cum Adam Abraham David, &c. Audite Dominū maiestatis in sinu patris cum Isaac portat ligna holocausti, & mactatur aries hærens vepribus, cum suspenditur serpens æneus, cum funditur sanguis tauro- rum & agnorum super altare. Quid inquit? Congratula- tor, & congratulamini mihi omnes Angeli Dei, ecce tan- dis postmodum sum futurus. Ecce depingitur imago vitæ, & mortis meæ. Gaudeoque in assidua specie eius, sint ergo omnia sacrificia, & maxime illud, quod in Isaac, & ariete apparuit, in signum mihi, ut nonquam obliuisci

001 Super Psalm. 50. Homilia decima.

possim foderis humanæ redēptionis, quod cum homī- C
nibus pepigi. Sic contingit principia quia longe habet du-
cere sponsam charissimam, suis coloribus & figuris iubet
imaginem perfectam sibi dari, quam valde vigil, & attētus
intuetor, contemplatur, & sub oculos semper eam habet,
usque dum aspiciat præsentem, quam absentem contem-
nat. Namque plābatur venientemque cum summo desiderio & gaudio

alium suscipit. Quid dicam de te Ó Dñe Iesu? Quid videbat oculi
mentis tux cum in Hierusalem sanguinem agnorum
fundere cernebas? Quid intuebatur mens tua sacratissima
cum in coena, & maxime in illa ultima, cerneret agnum ig-
ni assatum cum laetucis agfestibus ad celebrandum phasē?

Fsa. 25. Ideo ipse sum, & qui loquebar & quilibet ecce adsum.
Dilata & pondera, fat est sapienti dare occasionem.

Memoria passionis Christi. Nec defuit nobis dominus Deus noster, qui priscis illis
hominibus, & carnalibus ad magnam deuotionem & fidei
exercitium, præcepit tot sanguinis effusiones, qui potius nō D
in carnis, non in agnis, non in capriis, non in vitulis, & eo-
rum sanguine, sed in vero sacrificio sui corporis, & sanguini
passionis memoriale suumissimum dereliquit, di-
cens. Hoc est corpus meum, quod pro vobis datur: hoc faci
te in meam commemorationem. Quam commemora-
tionem declarat beatus Paulus in prima Epistola quam

Cap. 11. misit ad Corinthios. Quotiescumque manducabitis panem
hūc, & calicem biberis, mortem domini annunciabitis do-
nec veniat. In memoriam ergo exhibitæ pro nobis mortis
eius, facimus magnū illud sacrificium & sacramentum,
scut & antiqui illi homines, in signum multoties sanguini
nem sacrificiorum fundebant, ut futuram redēptionem
prælibarent, & præconizarent. Iam ex hoc multa, & mag-
na sublimesque fructus ad nostram instructionem debe-
mus vobis proponere, ante quorū oculos dominica pas-
sionis sacrificium, magnificum corporis, & sanguinis dñi
proponitur, in memoriam mortis eius, vt & vos cū David cā-
miloq + VI tantes

Atates in cordibus vestris ostentis. Asperges me dñe hyssopo sanguinistui lauame, & super niue dealbabor. A longe vides sanguiholatum redemptorem, fide tamē & deuotione valde propere, bibit dominicum sanguinem, apponitq; vulnera sub fontibus salutis æternæ, & mundatur à magnis delictis. Quā lē fructū possemus & nos per singulos dies, in modo multoties in die sub hoc sacrificij tempore lacrari, si deuoti, & religio si fuissimus. Cum tā multa sint, quæ iuxta proposita materia possemus adducere ad vestram informationem, tria solum modo cōmemorabo; quæ magis videntur necessaria ex p̄ diētiaq;. Duo iubētur vobis, vel deprecatur à sacerdote, sa Deprecata per agēte. Alterū est oratio ea, scilicet, quæ deprecatio nē habet, & ea quæ mētis eleuationē in Deum. Primū rogat sa Cœlēta cum versus vos inquit: Orate fratres ut meū ac vestrum sa tio mentis criticiū acceptabile fiat, apud patrē omnipotentē. Hæc ora in Deum. tio depreciationē ad Deū habet. Vbi primo notare quod sa

Bcriticiū vestrum dicitur, & vere sic est, nō solū vestrum quia pro vobis offertur, verum quia à vobis offertur. Eia attēdi te nobis. Meum ac vestrum sacrificiū, inquit sacerdos. Iuste quidem deprecandus à vobis est dñs Deus noster, vt accep tabile fiat incospicuū eūs vestrum sacrificiū. Et heu eo tempore, quo orādus esset dñs, sedētes & cōfabulantes oratio solū sacerdos, & forsitan & vere sic est, ex multilo quod vestro distrahitur in oratione. Heu quantam negligimus salutē, quamq; irrisores maiestatis inventi sumus. Heu quales dabimus pœnas sub caligine, & tormentis. Quanto religiosior, & deuotior, quantoque fidēlior inventus est populus Hierosalem, cum conceptionē magni præcursoris annun ciat Gabriel angelus Zacharie sacerdoti, de quo scribitur. Factum est cū sacerdotio fungeretur Zacharias in ordine viciis suæ ante Deum, secundum cōsuetudinem sacerdotij forte exiit, vi, intēsum p̄ncheret, ingressus in templum dñi. Audite, Et omnis multitudo populi erat orans foris hora in cœsi. Multitudo populi orans, multitudo populi nostri

clamat, ridet, vociferatur, hora sacrificij sacrosancti & intus: Multitudo populi orat cum Zacharias offert incensum, & vos alter ad alterum de secularibus negotijs colloquimini, cum sacerdos offert in altare corpus, & sanguinem domini Iesu. Et sic mendaces inuenti estis coram domino,

Mendacium cum respondentes dicitis: Habemus ad dominum. Mandat populi in vobis sacerdos. Sursum corda. Vestrum respōsum hoc est, missa.

Habemus ad dominum, iam mendacium coram domino dicitis. Præcipitur vobis oratio, quæ ascensum mentis in Deum habet, & respōdentes: Habemus ad dominum, mendacium facitis. Notate quod simul docēmus vos, quæ sint tempore sacrificij nostri facienda, ut veniat super vos aspersio sanguinis Christi, ad lauationem, & mundationem, & aperimus vulnus vestrum proponimusque illud in oculis. *Eleuatio vestris, ad quærendum medelam. Oratio ergo, & eleuatio mentis in mentis in Deum tempore sacrificij vestri & nostri requiri Deum.*

mus à vobis. Hanc eleuationem statim docet sacerdos, D cum diuinam maiestatem patris omnipotentis. Ab Angelis laudatam, à Dominationibus adorandam, tremendumque Potestatibus concelebratamque laudibus à beatis Seraphim, proponit vobis. Ut ex hoc tremorem & timorem concipiatur mens vestra, summāque reverentia, cum postm odum post breue temporis spaciū illa diuina maiestas, quam tremunt potestates, ante oculos nostros sub speciebus panis, & vini proponenda sit. Ante hanc maiestatem in cœlo, viginti quatuor illi seniores cederunt in facies suas: & adorauerunt viuentem in secula seculorum. Vbi notate quod eo maxime tempore hanc reverentiam coram agno in cœlo exhibent, cum sanguinis, & passionis eius decantatur præconiū. Sic enim inquit Ioannes. Et vidi & audiui vocē angelorū multorū, in circuitu throni & animalium, & seniorum, & erat numerus eorū millia milliorum, dicētū voce magna: Dignus est agnus, qui occisus est, accipere virtutē, & diuinitatē, &c. Vi des

Apoc. 5. Nota valde. hanc reverentiam in cœlo exhibent, cum sanguinis, & passionis eius decantatur præconiū. Sic enim inquit Ioannes. Et vidi & audiui vocē angelorū multorū, in circuitu throni & animalium, & seniorum, & erat numerus eorū millia milliorum, dicētū voce magna: Dignus est agnus, qui occisus est, accipere virtutē, & diuinitatē, &c. Vi des

des

A deo quomodo, eo maximè tempore quo de occisione agnī memoria faciebat in cœlo, ceciderunt seniores illi super facies suas in eius adorationē? Quid faciēdum esset nobis, cū denuo immolatur in altari bus, sub oculis nostris. Arctiori iure obnoxij illi sumus quia redemit, quam quod creauit nos. Ples dñe Iesu tuis vulneribus debeo quibus redemptus sum, quā tuis operibus quia creatus sum, inquit beatus Ambrosius. Audite eundē Euāgelistam paulò ante illum locū.

*Super Luc.
lib.
Cap. 4.
Apo.*

Cū quatuor illa animalia dicebant sanctus, sanctus, sanctus, dñs Deus omnipotens, qui erat qui est, & qui vēturus est, procidebant viginti quatuor seniores, ante sedentē in throno & adorabāt viuentē in secula seculorū & mittebant coronas suas ante thironum. Videte quā magnum ostium apē Humiliatur nobis ad loquēdum. Ab hymno seraphim, & anima-tas & ce- liū. Sanctus, sanctus, sanctus, iā coronæ regum & principū remonie terræ (quia de sede maiestatis in excelsis descendit omni regum in

B potens rex gloriæ) mitrātur in terra simul & corda nostra, missa. procidamus spiritualiter coram eo, quia ipse est dñs Deus, *Psal. 49.* nřr: nos autē populus eius cuius sanguis super nos aspersus, *Ad Heb.* sicut olim in lege, emūdabit consciētiā nostrā ab operibus *c. 9.* mortis ad seruiēdum Deo viuēti. Congruū rēpus, & locus hic nimirū est, ad orādum cū nostro Dauide, Asperge me dñe hyssopo & mundabor, lauame & super niuem dealba bor. Recolite quæ priori homilia scripsimus: scrivantēs qualem imaginem ante oculos mentis suæ proponebat sanctus David, cum hunc psalmum coram domino cantabat. In sihem, id est, in Christum, qui est finis legis, psalmus Dauid. In Christum sanguinolentum, psalmus David. Ecce hic in dominico calice illum sanguinem preciosum, quæ aspidiebat David. Oremus & nos cum illo.

*Ad Rom.
c. 10.*

Miserere mei Deus secundum magnam misericordiā tuam. Asperges me hyssopo & mundabor lauabis me, & super niuem dealbabor. Videamus iam, & perscrutemur magnam hanc pulchritudinem, & munditiam, quam sanctus;

santus David sperabat ex aspersione sanguinis Christi; C
Conducit enim hæc consideratio, tum ad diuinæ gratiæ
commendationem, tum etiam ad amorem & desiderium
pulchritudinis spiritualis, quæ sanguine Christi comparatur.

Non unico, aut duobus locis proponit hæc munditiam
cordis, & animæ sanctificare cœlestis spiritus, quod paucis
verbis præsentipoco decantat David: Lætabis me & super-

Mat. 17. niuem dealbaboni. Maximum quod habuit Sanctus Mat-

thæus ad commendandum candorem, & pulchritudinem
dominicæ vestis: in sua transfiguratione dixit. Vestimen-

ta autem eius facta fuit alba sicut nix. Sermonem tamē de
materialibus vestimentis agebat. Hic vero super niuem de-

albandum per Christi sanguinē decantat propheta: Nec

hoc satis visum est Spiritui sancto, quoniam potius mille dicen-

tiōnē modis & formis, mille coloribus depinxit pulchritudi-

nem & munditiam sponsæ suæ, animæ, scilicet, sanctæ. Ad

hanc considerationem, quasi totis liber canticorum spe- D

ctat, ubi per singulas partes sui corporis, de maxima pul-

chritidine, Sponsa commendatur. Neque singulare hoc fuit

Salomonis, verum & multalij prophetæ apprime descri-

pserunt, & laudauerunt animarum sanctorū formositatem.

Cū ergo in immēsum calamus noster citteret, si quæ omnia

decantata sunt, in laudem & commendationem pulchritudinis spon-

tarum. Exponeremus, pauca quidem nobis

sunt eligenda, & quam magis dicto prophetæ accommoda

fuerint. Conuenit, (cum talem habeamus magistrum, sa-

do anima- cratissimam, inquam, Agnetem in cuius se lenitate hæc

scribimus) genas pōse cōmēdare, siquidē de earū pulchri-

tudine ipsa sacratissima Agnes gloriabitur. De ilibergō,

& de labiorū formositate petra etabimur, ut ultimo loco:

iuxta tēpōris necessitatē de manibus spōsa fermonē ag-

amus. Genarū & labiorū pulchritudinē à rubeo colore ma-

xime cōmēdat, ac claudat suam sponsam Christus, meritissi-

Cant. c. 4. meq; nimis rū. Sicut fragmātū plūnicj, ita genarū atq; lī-

lībus

eo

A eo quod intrinsecus later, & sicut vita coquine labia tua: *Genarum.*
 In sponsa corporali pulchræ sunt genæ quādo eas habet ali pulchritu-
 quantulum eleuatas, & medio cri rubore persitas, instar di do.
 midij mali punici, siue mali granati, quod idem signifi-
 cat. Punicum enim dicitur a loco huic modi pomum, gra- *Punicum*
 natum vero ab interiori eius dispositione, quia grana in- *malum.*
 tus est plenum. Secundum hanc igitur similitudinem, sponsa
 commendat sponsam à genarum pulchritudine. Per-
 quam intelligenda videtur humilis illa verecundia, & ve-
 recunda humilitas, qua humiliis anima, tam oculis spon-
 si sui extat ornata. Quantum vero ornamentum ac deco-
 re, anima huiusmodi colore rosaceo acquirat ea, quæ ante
 oculos nostros sic colorata apparent, facile demonstrantur.
 Tenera illa virgo summeq; fortis & potens in certamine,
 & prælio, sacratissima in quam Agoes nos docet, vnde ani-
 ma sancta, quæ cœlesti gratia laetatur, suffundatur hoc rosal
 B ceo colore, eique adhæreat, nimirum à sanguine Christi,
 sic inquiens: Sanguis eius ornauit genas meas. Cùm eius? *Ambro*
 Christi sponsi mei Postquam de singulis ornamentis ac cor- *sius.* To-
 lesti sponso sibi oblatis, differuit, cum de genarum pulchri- *mo. 3. ser-*
 tudine sermonem ageret, ecce (inquit) sanguis eius orna- *mone. 90.*
 uit genas meas. Si rapitur in admiratione oculus tuus, aut *& lib. 1. de*
 meritura, cum pulcherrimos, ad varios rubrum colores, & *virgin. in*
 maxime rubeos, à radijs solaribus intueris, ostendat ibi ego *princip.*
 vnde genæ meæ rubent incredibili pulchritudine, nimi-
 rum à sanguine Christi. Sanguis eius ornauit genas meas.
 O dñe Iesu, quis sanctarum mentium venustatem & decorum
 posset contemplari? Lava aqua mundissima, quas habes
 conseruare mentes, infundis a fonte perennis vita, & salua-
 tis aquam mundam, & mundantur ab omnibus iniqui-
 tatis suis, de latere enim tuo exiuit aqua de quascriptum
 est. Vidi aquam egredientem à latere dextro, & omnes ad
 quos peruenit aqua ista, salvi facti sunt. Lancea miles aper-
 ruit latum tuū, & continuo exiuit sanguis, & aqua. Ut super
 infu-

*Ioh. 19.**Ez. ch. 47.*

1801 Super Psalm. 50. Homilia decima.

Eph. 5.13. *infusus sanguis supra mundā animam, & super niue dealba C.*
nūndolat tam sumimā hāc pulchritudinem componat, & sic exhibes
tibi spōsam, non habentē maculā, aut rugā aut aliquid hu-
iusmodi, sed maximē pulchrā. Ornat enim sanguis tuus ge-
nas eius. Sed nō rate quod ea omnia, quā multis verbis pro-
commendatione, & laude sponsæ scripsit Salomō, ceteriq;
prophetæ, omnia vñico verbo cōplexus est sacratissimus
Gala. c. 3. Paulus. Omnes qui in Christo baptizati estis, Christum in-
duistis. Nō induistis regiam purpuram, aut deauratā vestē,
quā videntiū capiat oculos in admirationem, sed dñm no-
strum Iesum Christū. Cuius pulchritudinē admirantes, ve-
nerātesq; supernæ illæ mētes dicebāt: *Quis est iste rex glo- Psal.*
Ezai. 63. *riæ? Quis est iste qui ascēdit de Bosra?* *Quare rubrū est, ve-*
stimentum tuū? Erat certe rubrū, non tamen sordidū. Ru-
brū, quia in tinctū multoties, proprio sanguine pronobis effu-
so, sanguis ergo eius ornat genas, sanctificat, ornat pretiosis
donis, daturus deinde maximū illud quod promisit, gloriā D.

Pet. 2. c. 1. scilicet. Vbi iā implebitur quod scriptum est. Maxima do-
na nobis promisit, vt per hoc efficiamini diuinæ consortes
naturæ. Habes ergo aquā lateris Christi lavare animā, san-
guinem ornare genas, induereq; ipsum Christum, fierique
2. Cor. c. 6. diuinæ consortem naturæ. Scripsit, & aliud idem Aposto-
lus, nimirum qui adhāret Deo, vñus spiritus sit cū eo. Nec
maiora, nec preciosiora dici, aut scribi possunt, sed & illud

Rom. 8. non tacebo: *Quod si filij, & hāredes, hāredes, quidē Dei*
cohāredes autem Christi. Iam sponsa, iam anima sanctifi-
Cant. 5. catæ simili est dilecta sanctificati, de quō scriptum est. Di-
lectus meus candidus & rubicundus. Talis reddit eos, qui

magnis peccatorum sordibus polluit erant, qualis ipse est
iustus, & iustificans dominus Iesus. Iam facies illa quā erat
denigrata super carbones, splendet candore operum ruber
Intrinse- amore ignei amoris erga Deum, & proximum. *V. 10.*
cus laten Præter hoc quod intrinsecus latet. Quid est hoc quod
tidia. intrinsecus latet. Illa omnia de quibus ante sermonē feci-
mus.

A mus, Later enim quā diu sumus in carne, later nos splendor Eccles. c. 9.
 propriæ gratiæ & iustitiæ, nescimus vtrū odio, an amore si
 mus digni. Later mentē nostrā, illa sua pulchritudo, de qua
 magnifice Petrus & Paulus loquuti sunt. Vnus sp̄ritus fit 2. cap. 1.
 cū Deo, qui adhæret ei amore, sitq; consors diuinæ natu- 2. Co. c. 6.
 ræ, hic per gratiā, futurus perfectus per gloriā, estq; hæres
 Dei & cohæres Christi. Hæc sunt, quæ intrinsecus latet. La-
 ter etiā aculeus ille igneus, adamante fortior, quo anima sti-
 mulatur in Dei dilectionē, qui eā misericordia magna de Psal. 112.
 stercore alleuauit, erexitque, vt cum principibus populi
 sui sedeat, in superino solio. Hic aculeus eo vsque stimulat,
 vt candidatum martyrij, patientia laborumque tolerantia
 agat, desiderans sanguinem in confessione sui nominis fon-
 dere, & sollicitus recogitat: Quid retribuam domino pro Psal. 113.
 omnibus quæ retribuit mihi? Calicem salutaris accipiā, &
 nomen dñi inuocabo. Hoc latet intrinsecus. Ardet, nec cō Psal. 144.

B sumitur, seruet desiderijs & eructat memoriā diuinæ erga
 ipsum dulcedinis. Gen̄ eius sicut fragmen mali punici, &
 labia velut vitta coccinea, quia quicquid iā loquitur, dile-
 ctionem præfert, siue Dei siue proximi, iā eructat verbū
 bonum, non quidē de pleno vētre, imo ieiunijs esurit, sed
 decorde optimo & perfecto, quæquidē dilectio, optime
 per coccū explicatur, cuius, etiā ob huius significationē my-
 sterij, ex Dei præcepto ad tabernaculī veteris cōpositionē
 & ornatū vsus esse debebat, bis tincti ad significandū quod
 in Ecclesia (cuius illud vetus tabernaculū typus erat) om- Coccus bi-
 nia deberēt gemina charitate esse ornata. Later ergo intus tinctus.
 refulgēs illa gratiæ pulchritudo, decorata Christi sanguine
 apparetq; foris decor & optima sensu cōpositio, vt sit om-
 nibus in lucē, & exēplum, iuxta dñi præceptū. Luceat lux Mat. c. 5.
 vestrarō hominibus, vt videāt vestrā bona opera, & glori-
 fierēt patrē vestrū, qui in cœlis est. Vides quām vere san-
 ctus Dauid dixit: Super niuem dealbabor? Dealbatur nix, Similitudo
 super naturalem candorem, cum pleno iētu ardentibusq;
 radijs

401 Super Psalm. 50. Homilia decima.

radijs ferit eam sol, fulgor mirabilis egreditur; vanjq; co- G
loris splendores. Hic vere dicimus quod dealbatur ipsa nix
supra seipsum. Mundæ & dealbatæ animæ candor cœlestis
accrescit, ut vere dicatur, super niuem dealbara, cū ex me-
ditatione aspergentis sanguinem & sanguinolenti Domini
ni Iesu, ardet amore, & stuat desiderijs, stimulatur in diui-
nam dilectionem. Iam genæ eius candidæ sicut nix, rubet
velut fragmen maligranati, labiaq; eius velut vitta coccine-
& proximi. Sit de hoc satis. Videamus iam quid de mani-
bus suis sponsa sentiat. Congruit valde huic temporis hu-
iismodi consideratio.

Cant. c. 5. Manus meæ stillauerunt myrrham; & digitæ mei, pleni
Manus pro myrrha probatissima. Ad decorum, & pulchritudinem
se. sponsæ manuum dispositio spectat, & sic ad modum spon-
sæ deliciosa loquitur, quæ manus habet vnguento myrrha
perunctas adeo copiose, ut de manibus, & digitis per guttas
desfluat, cum ad aperiendum ostium, vel aliud aliquid
operandum cœperit extendere. Maxime conuenit quidem
ad perfectionem, & candorem niuem animæ, quæ pecca- D
tis sordebat, quod sponsa proponit. Quid enim per myrrham,
nisi amaram, & nihilominus odoriferam atque pre-
tiosam, carnis mortificationem, atque pœnitentiam intel-
ligimus? Amara quidem & difficultis homini, ratione car-
nis infirmæ, ab operibus huiusmodi pœnitentialibus ab-
horrentis, utilis tamen valde & salutaris, ut pote per quam
solam mors, & corruptio sempiterna euaditur. Sed notate
quo potissimum tempore, de manibus sponsæ myrrha pen-
digitos fluat, & quidem probatissima. Illo nimisrum quo
pulsanti sponsa aperiebat ostium, ad ingrediendum. Per
quod intelligimus quam necessaria sit carnis mortificatio,
& pœnitentiales fructus, etiam post remissionem peccato-

rum. Hoc est quod ante Dominum Iesum clamat Iohannes:
Facite fructus dignos pœnitentiarum. Hoc est quod ipse Do-
minus

A minus docet. Pœnitentiam agite appropinquauit enim re *Mat. 4.*
 gntum cœlorum. Nec vñtas solum myrrha, habet sponsa,
 idest anima sancta, manus, verum & plena, vt per singu-
 los digitos videat destillare. Per quod intelligimus, quod
 in cunctis nostris operibus, relocere debet pœnitentia, quæ
 per myrrham intelligitur. Sit myrrha in vestitu, in lecto,
 in mensa, in cibo, & potu. Nunquid non myrraticum vi-
 num bibebat sanctus David cum dicebat, & potum meum *Psal. 101.*
 cum fletu miscebam? Nunquid non panes myrrha condi-
 tos edebat, qui dicebat: fuerunt mihi lacrymæ mex panes
 die ac nocte? Manus ergo & digitipleni sint myrrha, quæ *Psal. 41.*
 relucent & redoleant, ad Dei gloriam, & proximorum ædi-
 ficationem. Propter quod, non quacunq; myrrha perun-
 das habet manus sponsa sed probatissima. Est enim quædā *Myrrha*
 myrrha non probata, pœnitentia & carnis quædam morti *non proba*
 fatio apparens, quæ propter hominum gloriam assumi-
 tur. Qualis videlicet myrrha, erant opera illa secundum fa *Matt. 23.*

B ciem mortificantia, quibus pharisæi gloriam sibi quære-
 bant apud homines: ad hoc ieunantes, orantes, eleemosy-
 nas facientes, vt viderentur ab hominibus. Quæ quidem
 myrrha, non solum non oblectat sponsum, verum etiam
 fecerit in naribus eios, siquidem illam fictam & vanâ mor-
 tificationem Iudeorum Ioannes, & Dominus ipse damna
 verunt. Neque proinde hæc se myrrha vngere debet spon-
 sa, cum vult sponsum, ad se introducere. Illa vero est myrrha
 probatissima, illa est pœnitentia, & carnis mortifica-
 tio quæ pro solius Dei honore, & vitiorū mortificatione,
 & culparū præseruatione virtutūq; insertione, & augmen-
 to effluitur. Talis myrrha summopere oblectat sponsum,
 & disponit & ornat palatiū cordis, vt ingrediēs inhabiter,
 & delicijs a filiat sponsa, super quem dealbata. Quā verē
 dicere poterat sacratissimus Paulus. Manus meæ stillaue- *Beatus*
runt myrram, & digitimi pleni myrrha probatissima. *Paulus.*
 Qui Christi mortificatione & stigmata semper in corpo-

O re suo

*Beatus Frā re suo portabat. Sed & beatissimus pater nōster Frāciscus, C
ciscus.* manus & totū corpus myrra probatissima delinitum ha-
buit. *Qui corpori suo etiā cibū necessariū & vestitū, in me*
dijs niuib⁹ & somnū denegabat, digit⁹ eius stillabat myr-
rhā probatissimā. Per quā ad illam mentis & corporis pul-
chritudinē, quā decātā Dauid, & cōmēdat spōsus, spōsum
laudās peruenit. Nūquid nō super niuē dealbatus fuit sacer-
dote? Nūquid nō genæ eius, sicut fragmen mali grana-
ti, & labia eius vitta coccinea? *Quis illo charitate arden-*
tior? *Quis illo dñicæ crucis proximior?* cuius latus lancea
est apertū per manus Seraph, nisi huius beatissimi patris?
Cuius corpus vitta coccinea redditū est, sacrū sanguinem
per integros duos annos emanās? O beatissime pater, quis
laudum tuarū iura persoluet? De Bosra ascendisti: rubrūq;
factū est corpus tuū, & super niuē, cādida sacra anima tua.
Hęc omnia ex aspersione sanguinis, quę ex humiliissimo
Christo emanavit contigerunt adueneruntq; tanto patri.
De quibus omnibus Dauid inquit: Asperges me Domine D
hyssopo & mūdabor: lauabis me, & super niuē dealbabor.
Ecce qui sordebat sanguine humano iniustissime effu-
so, ecce qui polluebat per multos dies adulterio iniquissi-
mo, iam super niuē dealbatus splēdet, & genæ eius rubore
perfundunt ex Chři sanguine. Iā consors factus est diuinæ
naturæ, iā vnuſ spūscū Deo est factus hæres quidē eius, &
cohæres Chři, quia ea, quę sunt Dei possidet, id est, immor-
talitatis & incorruptionis gloriā, atq; thesauros sc̄iētīz, &
sapiētīz reconditos. Et cohæres Chři iam est, si reformatū
permāsit corpus humilitatis eius in die resurrectionis dñi,
cū quo resurrexit, & configuratū corpori claritatis suæ. De
quo ad lōgū sequēti homilia. Iudicate ergo nūquid iure di-
cere potuit: lauabis me & super niuē dealbabor, q; a asperges
me hyssopo? Iure, inquio, nō sibi debito, gratia enim saluus fa-
ctus est, nō ex operibus. Per dñm nřum Iesum Christū, qui
cū patre & Spū sc̄tō regnat Deus in secula seculorū. Amē.

○ S V P E R P S A L M U M Q V I N-
quagesimum.Homilia vndecima.

Auditui meo dabis gaudium, & lætitiam, &
exultabunt ossa humiliata.

ARGUMENTVM.

A **E**X sacris magistris nostris, literalis presentis versus proponitur expositio, postquam multiplex significatio nominis, humilitas, traditur. Iam multa ad longum adducuntur. Ex quibus paenitentium & gemetium lætitia, gaudiumque oritur, & coalescit non solum pro liberazione in futuro Dei iudicio, verum & quam maxime in presentis vita cursu, nimirum venie spes, liberatio a perditione eterna, firmumque ius ad celestem patriam & hereditatem, ibi etiam de vano multorum spe, cum beatis Isidoro & Bernardo, & Richardo de sancto Victore differitur. In his omnibus multae vtriusque testamenti exponuntur scripturae, simul & due originis distinctiones.

B Auditui meo dabis gaudium & lætitiam, &
exultabunt ossa humiliata.

Beatus Hieronymus ex hebræo vertit. Auditum mihi *Hieronymus.* facies gaudium & lætitiam, exultabunt ossa, quæ contri-
visti, vel confregisti, id est, humiliari confringi, & conteri
per peccatum permisisti. In declaratione ergo huius versus
habeo sequi & vitroque brachio amplecti sacri Gregorij
sententiam, simul & beati Ambrosij. Summopere enim, &
delectabilia & iucunda sunt, quæ ex eorum expositionibus
deduci possunt. Desidero enim de futura resurrectione (in *Psal. 34.*)
qua omnia ossa exultantia, & resplendentia Domino decatabunt,
& dicent, Domine quis similis tibi) sermonem facere,

301 Super Psalm. 50. Homilia vndecima.

eriam si valde vtilis & necessarius esset de præsentि lætitia C
& gaudio pœnitentium. Vt autem, & votis & necessitatι
satisfaciamus, vtrunque amplectamur. Rei ergo natura, ac
rectus ordo expostulat, vt priori loco de præsentि lætitia
pertractemus, qua perfunduntur veri pœnitentes, vt sic ad

Hierony - resurrectionis gloriam perueniant. Beatus Hieronymus
mus.

sic exponit præsentem locum. Auditui meo dabis gaudiū
& lætitiam, cum iacens in infirmitate peccati, audire me-
ruero: Homo dimissa sunt tibi peccata tua, ex hoc exultant
ossa humiliata per peccatum. Ecce vnde exultat pœnitēs,
cuius erant ossa confracta, quia audit vocem summi sacer-
dotis Christi per ministros suos, quibus talem dedit pote-
statē, vt absoluere possent & ligare. Homo dimituntur ti-
bi peccata tua. Ego te absoluo a peccatis tuis, vade in pace.

Humilitas Videndum nobis est quid in præsentiarum significet
adieciuum illud, humiliata, aut nomen hoc, humilitas,
a quo, & illud adieciuum, multiplex est nec vnam, aut alte-
ram habet significationem. Significat humilitas, carnis ex D
vigilijs, ieunijs, orationibusq; mortificationem, sicut scri-
ptum est: Cum mihi molesti essent, in duebar cilicio, humili-
abam in ieunio animam meam. De Hester quoq; dicit

Psal. 54. Heft. c. 14 scriptura. Corpus suum humiliavit ieunijs, & eodem psal-
mo ipse David. Quasi lugens & quasi contristatus, sic hu-
miliabar. Humiliare præsentibus locis, mortificare signifi-
cat. Humiliare, seu humilitas, vel humiliatū, abiectionis,

Psalm. 17. prout contra exaltationem distinguitur, significatum etiā
habet, sicut scriptum est: Oculos superborum humiliabis,
& alio loco. Qui se exaltat humiliabitur, idest, abiicietur

Matt. 23. vili loco. Humiliabis oculos superborum, idest, perfundes
confusionē, vnde humiliantur in terra. Significatq; vilita-
tem paruitatemque rei, quæ quasi nullius valoris est, sicut

Philip. 4. scriptum est. Salvatorem expectamus Dominum nostrū
Iesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis no-
stræ, configuratum corpori claritatis suæ. Corpus humili-
tatis,

A tatis, idem est ac corruptionis & miseriae, sicut alio loco inquit idem Apostolus. Oportet corruptibile hoc induere in corruptionem, & mortale hoc induere immortalitatem. Considera, quam vile ac corruptionis plenū iaceat corpus in sepulchro, quod est reformatum & configurandum corpori claritatis Christi. David etiam dixit. Nisi quod lex tua meditatio mea est, tunc forte perirem in humilitate mea. Nullum vnam perdidit humilitas, quæ virtus est, sed miseria ac vilitas peccati. Nec audiendus est quidam Doctor *Lege beatissima* magna cum licentia, & contra scripturæ consuetudinem in *Ambr.* dixit, locum illum: quia respexit humilitatem ancillæ suæ, ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes, *Luc.* non debere intelligi de virtute humilitatis, aut actu virtutis. Cum sacratissima virgo prophetissa, & in sacris scripturis satis edocita, ex sententia patris sui David dicens: quis *Psalm.* sicut Dominus Deus noster, qui in altis habitat, & humilia respicit in cœlo & in terra? ipsa etiam cantauerit, quia respexit humilitatem ancillæ suæ, ex hoc beatam me dicent, omnes generationes. Quia obsecro exigua, aut parva sunt in cœlo rū sublimitate? Omnes illæ beatæ mentes naturæ sublimis, humilitate (quæ gratissima Deo virtus est) Domino universo rū placuerunt. Eorum ergo humilitate virtutem respexit, id est, gratiam acceptam, habuit, unde & illos magnificauit, siue super exaltauit. Hęc eadem decantat sacratissima virgo Deo plena: Quia respexit humilitatem ancillæ suæ, ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. Ne autem nimius videatur hic auctor excusat interpretem, quia secundum nominis proprietatem, esse humilem non est habere virtutem, sed esse imum. Reprehendit tamen theologos, quasi usurpantes nomen humilitatis pro virtute animæ. Sed nihil nobis cum hoc auctore, sati est illi cum Ambroso characterisq; patribus in hac expositione dimicare, ut non sit audiendus. Ad rem ergo redeamus & negotium nostrum. Exulta bunt ossa humiliata, inquit sacer propheta. Humiliata qui-

dem ieunijs, lacrymis, humiliata ex magna vilitate peccatorum, humiliata quidem, quia intra vilissimum peccatorum stercus iacet, cum ante a templum Spiritus sancti es-
tent. Valde enim humiliantur ossa lugentis & contristati sicut in psalmo legimus. Quasi lugens & quasi contristatus, sic humiliabar. Hæc ergo ossa humiliata, luctu, & ieui-
nijs, & lacrymis & fœtore stercoris peccatorum, exultabunt in vera pœnitentia.

Sunt multa & quam maxima quidem, vnde exultent pœnitentes, in medijs gemitibus & suspirijs suis. Spes scilicet infallibilis venia, liberatio ab aeterna damnatione.

*Trias subiuncta firmum ius ad regnum, & hereditatem celorum. Triam etiapro reperio in sacra scriptura, quæ non solum diuina promis-
missa in sactione, certa redduntur, ut eorum spes sit firmior cælis, ve-
cra pagina & iuramento confirmata. Omnium primum mysterium*

incarnationis est, secundum Christi sacerdotium testium ve-

Genes. 22. ro peccatorum indulgentia, & vera remissio. De primo dictum est ad Abrahæ: Per me metipsum iuraui dicit domini Deus, quia fecisti hanc rem, & nō pepercisti filio tuo propter me, benedic tibi: & benedicentur in semine tuo, om-

*De quo in uis gentes terræ. Quem locum interpretatur beatissimus fra homil. Paulus in epistola ad Galatas. Abrahæ dictæ sunt promis-
vlti. Quæ, siōnes & semini eius. Non dicit in seminibus, quasi in mul-*

&c. tis, sed quasi in uno, & semini tuo, qui est Christus & ante ipsum Zachar. de Deo Israel sermonem agens, inquit: Iu-

*psal. 109. turum servobis. De Christi sacerdotio scriptum est: Iu-
ravit dominus & non pœnitabit eum: tu es sacerdos in*

*aeternum secundum ordinem Melchisedech. Quembe-
tiā in locum interpretatur idem Apostolus in epistola ad*

*Hebreos. Et quantum est non sine iure iurando (alij qui-
dem sine iure iurando sacerdotes facti sunt hic autem cum iu-
re iurando per eum, qui dixit ad illum, tu es sacerdos in
aeternum) in tantum melioris testamenti sponsor factus*

est

A est Iesus. De remissione autem peccatorum Dominus inquit per Ezechielem. Viuo ego dicit dominus Deus: nolo mortem impij, sed ut conuertatur impius à via sua & viuat. Conuertimini à vijs vestris pessimis, & quare mori-
 temini domus Israel. Quare autem iurauerit dominus cum impossibile sit mentiri eum, sicut in superioribus di-
 tebamus, beatissimus Paulus rationem reddit, in ea-
 dem epistola ad Hebreos. Homines per maiorem sui ior-
 rant, & omnis controversie eorum finis ad confirmationē
 est iuramentum. In quo abundantius volens Deus ostendere pollicitationes hæredibus immobilitatem cōsiliij sui,
 interposuit iusurandum, ut per duas res immobiles, quibus impossibile est mentiri Deum, fortissimum solatum habeamus, qui configimus ad tenendam propositam spem. Quam sicut anchoram habemus animæ tutam, ac firmam, & incidentem usque ad interiora velami-
 nis, ubi præcursor pro nobis introiuit Iesus, secundum or-

B dinem Melchisedech pontifex factus in æternum. Atten- Spes pœni-
 de prudens lector, quam magnifice & sublimiter eri- tentium.
 gitur supra firmum fundamentum, spes pœnitentium. Abundanter satis ostenditur divini consilij immobilias, in remittendis hominum criminibus, cum veniam lucentibus & contritis corde promittit. Satisque nobis erat verbum promittens indulgentiam aperiehensque si-
 num misericordiosissimæ voluntatis suæ, extendensque labas suas, ut nos protegat, satis confirmant haec omnia spem nostram. Sed volens abundantius Deus ostendere, consilij sui immobilitatem hæredibus tanti promissi, quod sci-
 licet, dat veniam pœnitentibus, interposuit iusurah dom, ut iam quidē duas res habeamus immobiles, quibus stanti-
 bus, impossibile est mentiri Deum, unde & fortissimum so-
 latium accipiant, qui scelera sua considerantes, animo de-
 ficiunt. Ecce fortissimum solatum tuum o' peccator, qui exanimis, confurbatus & pallidus ante faciem peccatorum
 mab

tuorum iaces, diuinum, scilicet, promissum & ius iurandum, C
quod remittentur tibi maxima quæque scelera tua. Curre
ad tenendam propositam spem, quia fugit à te, cum magni
tudinem & multitudinem iniquitatum tuarū respicias, cur-
re ergo de diuino promisso, ac iure iurando confisus, quibus
statib[us] impossibile est mentiri Deum & Dñm nostrum.

Hanc spem vocat sacratissimus Paulus anchorā animæ
turam ac firmam, & incedentem usq[ue] ad interiora velami-

Spes velut nis. Spes, in nobis, similitudinem exercet anchoræ, quæ na-
anchoræ. uem, ne ad scopulum frangatur, retinet, & tutam facit, vt

non timeat submergi. Sic nimirum cum procella tempe-
statis & fluctus turbati pectoris nostri consurgit, ex pecca-
torum consideratione, adeò quod desperationi & diffiden-
tiæ proxima sit, ecce anchoram firmam & tutam, spem, sci-
licet veniæ, quæ duo brachia habet diuinum promissum,
& ius iurandum, quia est peccatorum remissio intra san-
ctam matrem Ecclesiam. Hæc est illa spes, quæ dicit pœ-
nitentem usq[ue] ad interiora velaminis, idest, usq[ue] ad secrum D.

Velut tem- tum beatitudinis. Alludit historiæ, quæ inter duo taberna-
cula, velum fuisse narrat, quod interioris tabernaculi secre-
ta celabat, in quod pontifex semel in anno intrabat, & se-
cretum beatitudinis præfigurabat. Ad quam, post Christi

mortem, patet pœnitentibus introitus. Propter quod in
Christi Iesu benedicta morte, velum, est à summo usq[ue]
deorsum scissum, manifestaque facta sunt omnia, quæ post

Remissio ipsum latebant. Fit etiam firma nostra spes veniæ, eo quod
peccatorū ad Dei gloriam, peccatorum nostrorum remissio spectat,
ad Dei glo- & maximè ad exaltationem domini nostri Iesu Christi.
riam Spe- Etat. Hoc docet sacerdos propheta Esaias. Propterea expectat Dñs,
Cap. 30. Deus iudicij Dominus, beati omnes, qui expectat eum. Si
ad Dei gloriam & exaltationem spectat, omnino fieri in-

Chrysosto. iquit Chrysostomus, non enim neglectorū est suam glo-
homil. riā, etiā si nostrā negligenter salutē, partim quod supra mo-
dum

A duim amans est hominum, partim quod nostra salus à ne-
xa est illius gloria, duntaxat in hoc negotio. Ergo si pro-
missa ad illius gloriam pertinent, dubium non est, quin & no-
stra salus sit conse quatura. Spectat etiam remissio scelerū
nostrorum ad magnificationem sanguinis Christi, qui pro
multis est effusus in remissionem peccatorū. *Quod idem Cap. 51.*
Esaias prædictus. Si posuerit (de Christo sermonē agebat) *mut. 18. 11.*
pro peccato animam suam, videbit semen longævum. Ecce
firmam petram, supra quam nostræ spei domicilium ædifica-
tur. Supra sanguinem Christi, qui effusus est, & clamat mül-
to melius quam Abel. De quo sacratissimus Paulus Accessi-
stis ad Sion montem & ciuitatem Dei viuentis Hierusalē
cælestem, & multorum milliū Angelorum frequetiam, &
Ecclesiam primitiorū, qui conscripti sunt in cœlis, & iu-
dicem viuorū Deum, & spiritum iustorum perfectorum,
& testimoniū noui mediatorē Iesum, & sanguinis aspersio-
nē, melius loquētē, quam Abel. *Gén. 4. 10.*
B parricidæ fratris perire, sanguis autem Christi persecutori-
bus vitā impetravit. Sanguis Abel clamat pro vindicta, san-
guis Christi misericordiā. Ille yni nocuit, iste multis pro-
fuit, & idcirco melius loquitur. Loquitur usq; ad præsentē
diem, quia patrē interpellat pro nobis, estq; pretium quo
empti sumus, sicut glorioſi principes terræ Petrus & Pau-
lus testatur. Empti etsi pretio magno. Quale & quātū est *1. Cor. 6. 1. Cap. 1.*
illud? Nō corruptilibus auro & argento, sed pretioso san-
guine, quasi agni immaculati, & incontaminati Chri. Hoc
est aliud fundamentum, propter quod, à beatissimo Paulo
spes nostra, gloria spei vocatur. Moyses quidē fidelis erat *Hebr. c. 3.*
in tota domo eius, tāquā famulus, in testimoniu eorū, quæ *Gloria*
dicēda erat. Christus tāquā filius in domo sua, quæ domus *spei.*
sumus nos, si fiduciā & gloriā spei, usq; in finē firmā tenea-
mus. Consuetissimus modus loquendi, ac valde familiaris
erat huic gētiū magistro, spē gloriæ dicere, nunc autē pro-
pter summā certitudinē eius, gloriā spei scribit. *Gloriamur Nota.*

spes.

inquit in spe gloria filiorū Dei. Quæ tūc certa spes debet. Q
vocabi cūm à p̄iano opere cessamus, & sequimur bona, sic
enim difficitur spes ab antiquis magistris, est enim virtus,
qua spiritualia bona speratur, id est, cū fiducia expectatur.
Est spes certa expectatio futuræ beatitudinis, proueniēs ex

Isidorus gratia dei, & pcedētibus meritis. Vnde B. Isidore. Qui age
in de sum- te male dñō de fūrū, vana spē, indulgentiā de Dei pietate re
mo bono. quirunt, quā quidem recte requirerent, si ab actione prava
Bernardus cessaret. Et beatus Bernardus. Sunt qui sperat in dñō & fru
super qui sita, quia sic de misericordia eius sibi ipfis blādiuntur, ut à
habitat.

peccatis nō erit detur. Vana est omnino spes ista, & hēc cō
fundit eo q̄ charitas desit. Est infidelis fiducia, solios male
dictiōis capax cū videlicet in spe peccamus. Hinc & ille clā

Richar. in ruis Doctor Richardus de S. Victore. Quæ quæ so cōsolatiō
de p̄. p̄. cō potest esse p̄onitentib⁹ vere, & lugētib⁹ amare, nisi vna
temp. 1. p. spes vñzari. Hic est ille tertius filius Iacob, qui idcirco Leui
cap. 10. hoc est additus vel additio vocatur, ne ante timorē, & cō
dignū p̄onitentie dolorē, quis de spe vñzare p̄sumat. Qui D

em post perpetratā scelerā, sine satisfactione sibide impuni

tate blādiuntur, nō tā spe erigit, quā p̄eumptione eliditur.

Ecce ynde auditui p̄onitentū dat Deus misericordiarū

pater, gaudiū & lētitia, cū sob iuris p̄radī asseveratiō pro

d. 20. 1. mitti vñzā & indulgētā. Quæ p̄adīcata est à sanctis pro

phētis, testificata in euāgelijs, & exēplis Chri. Iesu dñi nři

cōfirmata. Nec mirū quod in vera p̄onitentia lētitia fonte

peccator inueniat, cū etiā sanctis angelis in cœlo gaudiū

in nřis flētib⁹ & gemitib⁹ pareat de quo dñs in euāgeliō,

Gaudiū est angelis in cœlo supervno peccatore p̄onitentia

Luce. 14. agēto, &c. Ecce vnde latitia inenarrabili, offa humiliata ie

conijs, & flagellis perfunditur, & cœlo lētitia in p̄inguitur,

quiā spes vñzare testificata est in Sp̄itu sancto, & promissā de iure p̄adīcata cōfirmata. Quam vocat sacerdos Apo

Heb ca. 6. Apostolus, solatū fortissimū Iā impletur q̄ ait eodē Apo

2. Corin. 1. stolo scriptū est. Benedictus deus & pater dñi nři Iesu Chri

sti, pater

A sti, pater misericordia tuū, & Deus idū cōsolationis, qui cō solatū nos in omni tribulatione nra, ut possimus & ipsi sc̄d solari eos, qui in omni pressūra sunt, per exhortationē qua exortamur & ipsi à Deo, qm̄ sicut abundāt passioēs Chrii in nobis, ita & per Chrm̄ abūdat cōsolationē nra. A trēde obse cro. Dicebamus in superioribus cū eodē Apōstolo eū dolo rē qui est secundū Deū, operari p̄c̄heitēiā, in salutē stabile. Dolor ergo lugētiū, & p̄c̄heitēiū gemifū & lacrymarū se cūdū Deū & Chrm̄ est. Pereūdē ergo abūdat cōsolationes nra sicut testūrū noster pp̄pheta. Secundū multitudinē dolo *Psal. 93.*
 rū meorū, cōsolatiōes tuæ lētificauerūt animā meā. Et præ senti psalmo. Auditui meo dabis gaudiū & lētitia, & exulta būt ossa humiliata. Hac de psalmo qđ p̄posuim⁹ differēdū
 Date fia Deus optimus & misericors, auditui p̄c̄heitēiū gaudiū, & lētitia vnde eorū ossa, peccatis humiliata, exultat, nō solū spe venīt, sed etiā ex liberationē eiū ab aterna dānatiōne. Ut autē magnitudinē gaudij p̄c̄heitēiū ex

B hac parte ad plenū percipiat, vel vnu verbum de eorū iusta *Gaudiū p̄c̄cōdēnatiōne in mediū p̄ponamus.* Sitq; illud huius sancti *nitētiū.* p̄c̄heitēiis. Indeniai manus tua omnibus inimicis tuis, dextera tua inueniat oēs, qui te oderūt. Quā obsecro dexterā! *Psal. 20.* Illa quā omnipotētia sua formauit ccelos, creavit sole & lunā, terrā, maria, & omnia quā mouētur in aquis. Ergo dextera Dei omnipotēs est, nec quia omnipotēs, tyrānidē exercet, sed & iustitia plena est, quā reddet in iūtiq; iuxta op̄ra sua. Hac manus cū inuenierit inimicos suos, qui Deum oderant, quam dūrē & iuste poterit vindicare nostra flagitia, quibus Deum tantis affeciimus in iurijs? Audite prophētam. Pones eos ut cibānū ignis in tempore vpliūs tui, Dñs in ira sua conturbabit eos & devorabit eos ignis. De quo igne Esaias propheta. *Quis ex vobis habitare poterit cūm igne devorante & cum ardoribus sempiternis?* Qui in humerū ignis, etiam si devorari, nō tū cōsumētur, sicut scriptū est: *Luet quācūq; fecit, nō tū cōsumētur,* secundū multitudinē *Iob. c. 20.* adiuen-

111 Super Psalm. 50. Homilia vndeclima?

ad inuenitionum suarum; sic & sustinebit nec tamē patiēter, C
sed cum dētiū stridore ac cum summa rabie & ira, vt do-
lor angeatur. Quale erit pœnitētium gaudiū, qualis gemē
tium lātitia, cum attenta mente cōsiderauerint tetros illos
cæreres, & æternas amaritudines, ignemq; sempiternum,
a quibus omnibus misericorditer per pœnitentiam liberā-
tūt? Qualis fuit lātitia & gaudium filiorum Israel cum fu-

Exod. 14. glētibus manus Aegyptiorum apertum est in diuisiones
mare Rubrum, vt siccō pede transirent, ac deinde viderunt
ad litus exanimata corpora inimicorum? Cumq; extendi-
set Moyses (inquit ipse) manū contra mare, reuersum est
primo diluculo ad priorē locū fugiētibus Aegyptijs, occur-
rētunt aquæ & inuoluit eos Dñs in medijs fluctibus. Reuer-
sæq; sunt aquæ, & operierūt crucis, & equites cūcti exerci-
tus Pharaonis. Qui persequētes ingressi fuerant mare, nec
vnus quidē superfluit ex eis. Filii autē Israel ambulauerūt
per mediū siccj maris, liberauitq; Dñs in illa die Israel de
manū Aegyptiorū, & viderūt Aegyptios mortuos super li- D
tus maris, & manū magnā, quā exercuerat dñs contra eos.
Tūc summa exultatione & gaudio cecinit Moyses, & filij
Israel carmē hoc dño, atq; dixerūt. Cātemus Dño gloriose
enī honorificatus est, equū & ascēsorē deiecit in mare. Sū-
psit ergo Maria prophetissa soror Aarō tympanū in manū
sua, egressæq; sunt omnes mulieres post eā, cū tympanis, &
choris, quibus præcinebat dicēs: Cantemus Dño, gloriose
enī honorificatus est, equum & ascēsorem deiecit in ma-
re. Quanto altior, quanto & suauior erit lātitia vere pœni-
tentium, ac gementium antiqua delicta sua? Quos insē qui-
tūt Pharaon, qui est diabolus & Satanás, vt euaginato gla-
dio trahat in vincula æterna, sub caligine & igne deuoran-
te? Quale erit eorum gaudium, cum viderint inueterata
delicta sua, iam emortua super litus maris pœnitētia? Qua-
lis erit lātitia eorum? Quale erit carmē, quā iocundus erit
hymnus, quē Dño deçatabūt? Cātabat Moyses Dño. Quis
similis

A similis tibi in fortibus Domine? quis similis tui magnificus
in sanctitate, terribilis atque laudabilis & facies mirabilia? Ca-
tabunt Dño verè gementes, spe venia latabundi, dicentq;
omnia ossa eorum, ea nimirum, quæ erat humiliata: Quis
similis tibi? Gustabunt internam mentis delectationem, gu-
stum enim eorum dulcedinem vocat sacra scriptura aliquā-
do, aliquando etiam, & ebrietatem, ut quam sit parua, aut
magna ostendat: parua quidem ad comparationem futuræ
plenitudinis, magna autem in cōparatione cuiuslibet mun-
danæ iucunditatis. Pr̄sens enim p̄enitentium delectatio,
spe venia concepta, futuræ vitæ gaudijs comparata, quan-
tumuis excrescēs, inuenitur parua, in cuius comparatione
tamen omnis exteriorum delectationum suauitas est nulla.
O admirabilis dulcedo, dulcedo tam parua, dulcedo tā
magna. Quomodo non magna, quæ mundanam omnem
excedis? Quomodo non parua, quæ de illa plenitudine
vix stillam modicam decerpis? Modicum quidem de tāto

B felicitatis pelago mentibus stillas, mentem tamen quā in-
fundit hæc p̄enitentium lætitia, plene inebriat. Nonne Luce. 7.
ebria erat sacra illa mulier, quæ ad Domini pedes flebat af-
fluenter, & rigabat eos aquis lacrymarum suarū? Omnem,
quam anteā adamabat carnalem dulcedinem oblita, hoc
solum curabat veniam & remissionem inuenire. Sed meri Nota Val-
tō consulendi à nobis estis hodie vos, qui in spe venia pec-
catorum lætitiam videtur eructare cor vestrum, & os, ut
cum timore vestram salutem adhuc operemini. Restat ad-
huc lōgior via, nec ad brauim peruenistis. Post mare Ru-
brum & tympana, & choros & hymnos propter suam libe-
rationem, & inimicorum demersionē in maris fluctibus,
peruenerūt ad Mara flumum amaritudinis, nec bibere po-
tuerunt aquas eius. Restat post remissionem & p̄eniten-
tiā, tentatio multiplex, tribulatio carnis & diaboli eius
excitator. Non ingrediuntur filij Israel, altera, aut tertia die
post mare Rubrum, in terram lacte, & melle manātem, in
terram,

111 Super Psalm. 50. Homilia vndeclima.

terram, inquam, promissionis. Optime sanctus noster pro C
pheta rem hanc considerabat, cum supplex in oratione di-
Psal. 85. cebat. Lætetur cor meum, ut timeat nomen tuum, ac si dice-
Timor la- ret. Sic fac me gaudere de venia, ut nunquam desinam su-
tantium. spectum esse ac timoratum de culpa. Gaudium, sed timor
comes eius, desiderandus est in pœnitentia. Hanc doctri-
nam tradidit sacratissimus Paulus suis Philippensis, quos
multum de obedientia fidei, & mandatorum commēdans,
Cap. 2. inquit: Cum metu & tremore vestram salutem operami-
ni. Etiā post Aegyptios mortuos super litus maris spoliaq;
eorum detracta, ad sequentia bella, restat grandis via ad
Sion & Hierusalem, quæ sursum est mater nostra. Propter
quod cū timore & tremore oportet nřæ saluti dare operā.

Ius ad glo- Iam ad tertiam partē huius considerationis accedamus,
riam pœni in qua nimirum de iure, ad regnum & gloriam, quod per
tentium. pœnitentiam acquirimus agendum est. Maximus gratiæ
prædicator Paulus multis locis suarum epistolarum rē hāc
nobis proponit. In Epistola ad Romanos, cū de peccatis an-
tiquis illarū gentiū disputaret, tandem adhunc locū perue-
Rom. 6. nit, ut diuinam gratiam commendaret. Quem fructum ha-
buistis in illis, in quibus nunc erubescitis? Nam finis illorū
mors est. Nūc autē liberati à peccato, servi autē facti Deo, D
habetis fructū vestrū in sanctificationē, finē vero vitā eter-
nam (attende) stipēdia enim peccati mors, Gratia autē Dei
vita eterna in Christo Iesu Dño nostro. Considerate obse-
cro quā secundū vtriusq; naturā, gratiæ, scilicet, & peccati,
loquitus sit sacratissimus Apostolus. Cū de peccato ageret
stipēdia eius, inquit, mors est. Cū verò de gratia dissenseret,

Orig. li. 6. finis eius inquit vita eterna. Optime interpretatus est Ori-
super. 6. c. genes præsentē locū duplici vtriusq; distinctionē. Simile est
ad Rom. hoc quod dicit stipēdia peccati mors, illi quod superius di-
xerat; finis autē illorum mors! Et illud gratia Dei vita eter-
na, simile est illi quod dixerat. Haec tis fructū vestrū in san-
ctificationē, finē vero vitam eternam. Ad quod notate. Du-
plex

A plex est finis nostræ iustificationis, alter intrinsecus, alter
verò extrinsecus. Finis intrinsecus iustificationis nostræ, Finis no-
glorificatio est nostra & beatificatio, vnde ius firmū & sta stræ iustifi-
bile, certū ac fixū, quātū est ex parte gratiæ, acquirit peccata cationis du-
tor ad regnū & beatitudinē per gratiā in pœnitentia. Finis plex.
verò extrinsecus & ultimatus, est deus, & ipsius gloria, quia
adhoc Deus nos iustificat, ut beatissimus, & perpetuo ipsius
gloriæ seruiamus. Stipēdia ergo peccati mors, gratia autē
Dei vita æterna in Christo Iesu Dño nostro. Super quod
Origenes. Bene (inquit) metaphorā, idest, figurā militiæ *Vbi supra.*
ex initio propositā seruat, vt militatibus sub peccati rege,
imò potius tyrānidī ipsi parētibus, stipēdia debita mortē
dicat exolui, Deū verò nō erat dignū militibus suis, stipen-
dia, quasi debitū aliquod dare, sed donū & gratiā, quæ est
vita æterna, in Christo Iesu Dño nostro. Ecce primā anno-
tationē, seu distinctionē. Nimirū significare intēdit, mortē
& gehennā debitā peccatoribus tyrannidi diaboli seruen-
tibus & legem Dñi Dei sui contēnentibus. Imò mitius cū
illis agitur, cum minus etiā quam erat dignum punientur.

B Quod alijs verbis nostri theologi tradūt, dicentes, Deū pu-
nire citra condignum. Iustis verò regnum cœlestē, nō tam
stricto iure, firmissimo tamen, debitum esse. Quia licet sit
corona iustitiæ, & ex operibus merces non imputatur se-
cundum gratiam, sed secundum debitum, sicut tradit Apo- *Rom. 4.*
stolus (de adultis nobis est sermo, non de parvulis, quibus
ex sola iustitia Christi datur ius ad regnum & gloriam) nō
tamen vniuersum gloriæ pōdus, quod post eorū labore, &
exilium traditur eis, respondet merito & operibus, vt sem-
per, sicut prima gratia fuit non debita neque ex operibus,
non enim esset gratia, sicut testatur idem Apostolus. Sic & *Nota.*
aliqua pars coronæ sit gratiofa, & liberalis, ius tamen fir-
mum gratia conferebat ad illam. Cum autem pars illa gra-
tiæ & gloriæ illi respondentis, propter suam bonitatem, &
Christi iustitiæ Spiritus sanctus cōferat, attēde & cōsidera
quam

Super Psalm. 50. Homilia vndecima.

quam certum & legitimum ius ad regnum, & patriam cœlestem pœnitentes acquirant. De quibus, si aliquid dubium tibi subest, eo quod pœnitentes, licet non mereantur primam gratiam, merentur tamen gloriam sub ipsa contritione illi respondentem, nullum certe dubium subire poterit in corratum de gratia baptismali, quæ semper secundum suam naturam resurgit in pœnitentia, quæ nec debebat nec per illam merebatur baptizatus gloriam, licet sibi ex iustitia Christi esset debita.

Secunda annotatio, seu distinctio Origenis hæc est. Ego non puto etiam hoc vacuum esse quod ad vitam æternam addidit: in Christo Iesu Domino nostro, sed quia fortassis scire voluit aliud esse vitam æternam solum, & aliud vitam æternam in Christo Iesu. Illi enim, qui surgent in confusione, & opprobrium sempiternum viuent in æternū, non tamen in Christo Iesu, sed in confusione, & opprobrio æterno. Iusti autem, qui surgent in vitam æternā, in Christo Iesu habebunt vitam æternam. Peccatum verò militibus suis, in quibus regnat, stipendia digna largitur, morte

Ezecl. 18. illam, scilicet, de qua scriptum est. Anima quæ peccauerit, ipsa morietur, separatur enim à Deo. In hunc modum consitebantur sancti illi fratres incliti martyres veteris legis tyranno, qui eos excarnificabat, & membratim occidebat.

2. Macha. Tu quidem scelostissime in præsentि vita nos perdis: sed rex mundi defunctos nos pro suis legibus, in æternæ vitæ resurrectione suscitabit. Tibi autem resurrectio ad vitam

Matt. 25. non erit. Resurgent ergo omnes, boni & mali, sed ibut illi in vitam æternam, ut cum Christo militiæ eorum principes regnent, hi autem in ignem æternum, qui paratus est diabolo & Angelis eius.

Cap. 1. De hac re idem Apostolus scribens ad Colossenses suo magnifico sensu, magnam multamq; doctrinā proposuit Predicato illis, & nunc nobis ipsis: non cessamus pro vobis orantes & res. postulantes (audite predicatores Euangelij quā vobis conseruat

- A gruatoratio pro populis, quibus doctrinā salutis tradiō
 ut impleamini agnitione voluntatis eius, scilicet, Dei, in
 omni sapientia, & intellectu spirituali, ut ambuletis digni
 Deo, per omnia placentes, in omni tempore bono fructifi-
 cantes, & crescentes in scientia Dei, in omni virtute con-
 fortati secundum potentiam claritatis eius, in omni patien-
 tia & longanimitate (ecce) q̄ gaudio gratias agentes Deo,
 & patri, qui dignos nos fecit in partem sortis sanctorum in
 lumine, qui eripuit nos de potestate tenebrarum, & tran-
 stulit in regnum filij dilectionis suæ, in quo habemus redē-
 ptionem & remissionem peccatorum, &c. Tria sunt præ-
 cipua, quæ ad nostram considerationem in hac sententia
 Apostoli, spectant. Ad gaudium invitat, & ad gratiarum
 actionem iusq; firmum ac legitimum iustificatorum ad
 regnum & partem sanctorum declarat, cum dixit: Qui di-
 gnos nos fecit in partem sortis sanctorū. Et quomodo hoc
 tantum bonum contingit nobis? Eripuit de potestate tene-
 brarum, & transtulit in regnum filij charissimi, & dilectissi-
 mi sui, in quo habemus redemptionem, & per redēptio-
 nem, peccatorum remissionem, & per remissionem pecca-
 torum, digni facti sumus in partem sortis sanctorum. Hæc
 est cœlestis hæreditas. Ultima resolutio omnis huius boni,
 tantq; felicitatis sanctorum, in Christi sit redēptionē,
 & iustitiam, de qua iam in superioribus, multaq; infra di-
 cētū sumus. Supra firmam petram ergo fundatur ipes no-
 stra & cœlum, & terra, transibunt, verbum autem hoc non
 transibit. Quod benè sequentibus verbis declarat Aposto-
 lis. Et transtulit in regnum filij dilectionis suæ. In quo ha-
 bemus redēptionē, & remissionem peccatorum. Et vnde
 tam summe dilectus & charissimus. Unde tam firmum
 ius, ad hæreditatem & partem sortis sanctorum? Quia est
 imago Dei inuisibilis, primogenitus omnis creaturæ. Quo-
 niam in ipso condita sunt vñquersa in cœlis, & in terra, visi-
 bilia, & inuisibilia, siue throni, siue dominationes, siue

¶ Super Psalm. 50. Homilia vndeclima.

principatus, sive potestates. Omnia per ipsum, & in ipso C
creata sunt, & ipse est ante omnes, & omnia in ipso cōstant, & ipse est caput corporis Ecclesiae, qui est principium, pri-mogenitus ex mortuis, ut sit in omnibus ipse primatum tē-nens. Ecce quantus sit Dñs noster Iesus Christus, secūdum suam diuinitatem. Est expressa imago Dei, & cōsubstantia-lis, & æqualis patri. Vnde Augustinus. Similitudo est de ra-tione imaginis, & non continuo quod est simile est imago Aug. libr. sed imago addit expressionem, & filius, qui exprimitur a patre, est ei æqualis, est perfecta imago Dei, homo cū mul-tum distet à Deo dicitur ad Dei imaginem factus. Ad , ac-cessum importat rei distantis. Et filius non est genitus ad Dei imaginem, sed imago Dei est. De homine vero scri-
Christus
imago Dei
83;q.
ptum est. Faciat us hominem ad imaginem & similitudi-
Gene. 1. *nem nostram. Scio Paulum absolute hominem Dei voca-*
1. Cor. 11. *re imaginem, vir non debet velare caput suum, quia ima-*
go, & gloria Dei est, sed secundum ea, quæ in Genesi scri-
pta sunt interpretandus venit. Vnde dicamus cum eodē Au-
gustino, quod æqualitas non est de ratione imaginis sed
perfectæ imaginis, qualis est filius Dei non Adam. Et Hy-
Hylari. li. larius dixit. Imago est rei ad rem coquandam indiscreta
de Synodis. & unita similitudo. Est ergo Dei filius perfecta imago pa-
Lege Am-
bris, est conditor, & creator uniuersorum visibilium, & in-
bro. Exa. *visibilium. Secundum suam humanitatem, est talis ac tan-*
ca. 7. *tus, quod in ipso complacuit omnem plenitudinem diuini*
tatis inhabitare, & per eum omnia reconciliare in ipso (vi-
dete ius, ad regnum) & per eum recōciliare omnia in ipso,
pacificas per sanguinem crucis eius, sive quæ in cœlis, sive
quæ in terris sunt, & est primogenitus ex mortuis. Hac ma-
gnam doctrinam tradidit etiam nobis Esaias propheta, nō
Cap. 4 z. *vno loco tantum. Dedi te in fœdus populi mei, in lucē gen-*
Cap. 55. *tium, inquit pater æternus ad filium. Quale autem genus*
sit huius fœderis, infra idem propheta declarat. Incline-
aurem vestram, & venite ad me, audite & vivet anima ves-
tra,

Astra, & feriam vobis cum pactum sempiternum; misericordias David fidelis. Cum enim pacificabat, quæ in terris erant pacem componens firmavit fœdus sempiternum, sanguine, & morte filij sui. Quod ex alio verbo huius prophetæ confirmatur, fidelis enim vocatur, quia verax, & fidelis est in verbis suis, & seipsum negare non potest. Ecce de primo diximus, propter quod Apostolica sententia est inducta. Iam sequitur gaudium, de quo Paulus, cum gaudio, gratias agentes Deo, qui eripuit nos de potestate tenebrarum in quo habemus redemptionem, & remissionem peccatorum. Ex hoc exultant ossa humiliata, & illa eadē ossa dicent: Domine quis similis tibi, sicut ipse David confitetur, ut doctrinam Apostoli amplectamur, cum gaudio gratias agentes Deo. Iam hymnus (qui est laus Dei cum canto) sicut infra dicemus, ex ore eorum resonat, dantes gloriam laudibus diuinis iuxta propheticum dictum, date gloriam laudi eius. Nec solum labia eorum hymnos resonant,

B verum eructant, sicut ipse David inquit. Eructabunt labia mea hymnum, cum docueris me iustificationes tuas. Perfecte adimpleuit sanctus Rex, quod docuit. Legite vniuersas laudes psalmi centesimi quadragesimiquarti, usque dum rationem earum inueniatis. Exaltabo te Deus meus rex: & benedicam nomen tuum in seculum & in seculum seculi. Per singulos dies benedicam tibi, & laudabo nomen tuum in seculum seculi. Magnus Dominus, & laudabilis nimis, & magnitudinis eius non est finis. Memoria in abundantia suavitatis tua eructabunt, & iustitia tua exultabunt, de quo infra. Regnum tuum, regnum omnium seculorum, & dominatio tua in omni generatione, & generationem. Fidelis Dominus in omnibus verbis suis, & sanctus in omnibus operibus suis. Alleuat omnes qui corruntur: & erigit omnes elisos. Ecce propter quid magnifice laudandus est Dominus, reddendæque sunt illi gratiarum actiones, sicut docet Paulus. Et in Psal-

Psal. 34.

Psalm. 67.

411 Super Psalm. 50. Homilia vndeclima.

mo. 146. inquit: Laudate dominum quoniam bonus est psalmus: Deo nostro sit iucunda decoraque laudatio. Propter quid, o sacer propheta inuitas & conuocas ad diuinias laudes celebrandas, omnes gentes? Quia sanat contritos corde, & alligat contritiones eorum. Propter hanc sanitatem spiritualem laudandus est Dominus Deus. Gaudient ergo ossa humiliata, & in eorum gaudijs dicant omnia: Domine quis similis tibi? Hæc ergo est tertia ratio propter quam, sanctorum pœnitentium ossa humiliata gaudere debent, cum post gemitus, & lacrymas, & cessationem veram, non sicutam à peccatis, integrum confessionem sacerdoti iuris, dictio[n]em habenti fecerint, & audire meruerint. Homo dimittuntur tibi peccata tua. Ego te absoluo à peccatis tuis. Iam liberatur à perditione, & à diaboli tyrannde, ad cuius voluntatem captiuus tenebatur, vsurasq; pessimas quotidie exigebat, sicut David testatur in psalmo. Ex usuris, & iniquitate redimet animas eorum & honorabile nomen eorum coram illo. Ex hac redemptione, & liberatione gaudent, gratias agentes Deo, sicut in prima Epistola beatissimi Apostoli Petri legimus. Benedictus Deus & pater Domini nostri Iesu Christi, qui secundum misericordiam suam magnam, regenerauit nos in spem viuam per resurrectionem Iesu Christi ex mortuis, in incorruptionem incorruptibilem, & incontaminatam, & immarcessibilem, conservatam in cœlis, in vobis, qui in virtute Dei custodimini, per fidem, in salutem paratam reuelari in tempore nouissimo, &c. Exultabitis lætitia inenarrabili, & glorificata reportantes finem fidei vestrae, salutem animarum vestrum. Videte, quam consonæ sibi iniucem sint scripturæ. Omnia, de quibus supra loquuti sumus, breuiter sub hac sententia componuntur, quam non intendimus ad lögum, & per singula exponere, sed solum hoc annotabimus, quod post exilium præsentis peregrinationis paratur, lætitia inenarrabilis, & glorificata pœnitentibus, de qua sequenti

Aquenti homilia, cum expositione beati Gregorij. Hic autem dat Dominus Deus laetitiam auditui lugentium, unde exultant ossa ieiunijs, & disciplinis & vigilijs humiliata, sicut exultat hortus sub frigore, & ventis infœcundus & *Similitudo* incompositus, calecente autem sole, floribus variatur, folijs ornatur, fructibus distinguitur, odoribus varijs generis amoenus redditur & gratus. Tale redditur cor gementium & lugentium antiqua peccata sua, adeò quod vere de illo dicatur. Ecce odor filij mei, sicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus. De qua benedictione uberrimus fructus, & sublimis progreditur. Ornatur nanque anima omnibus virtutibus, decoraturque purpurea regia induens Dominum nostrum Iesum Christum super niuem, dealbata, ut tandem ad stolam gloriae perueniat per eundem Dominum nostrum Iesum Christum.

Contra. Amen.

P 3 SUPER

Anabimine oportet subiungi etiam.

Exhortacione oportet pulchritudinem.

De pectore vestris. Exaudi oportet invenientiam diligenter possitis. Gregoriane in dñi. Tunc dñe. In istis imprimis sequuntur pectores vestrum qui vestigii, (aut) vestiges vestrum. Miserere vestrum. In portentis vestrum. In vestimentis vestris. Per extrema vestimenta vestimentis vestimentis.

SUPER PSALMVM QVINC
quagesimum. Homilia duodecima.

Auditui meo dabis gaudium & lætitiam: &
exultabunt ossa humiliata.

A R G V M E N T V M.

SE C V N D A expositio huius versus proponitur,
qua est beati Gregorij gaudium hoc pœnitentium, ac
lungenium, ad futurum iudicij diem referentis, cu-
m huius assidua consideratio, perfectam vite moderatio-
nem, & reformationem adducit, & de scripturis demonstratur
esse valde proximum finem vniuersitatis carnis, nostramque resur-
rectionem, quodque primo in morte iusti Abel fuerit prænun-
tiata secundum beatum Athanasium, & Theodoretum, & cu
eodem Theodoreto, valde eleganter ius resurrectionis huma- D
nae, per Christi mortem inuentum, declaratur, quamque studio-
sus fuerit Satanus & diabolus in ipsa impedienda. Iam de om-
nium resurrectione agitur, de qua vel paruum vestigium, apud
Platonem, aliosq; philosophos extitit. Ex uno autem, aut altero
verbo Theodoreti, valde utilis consideratio texitur de spe re-
surrectionis, vbi acriter praesentium deliciarum amatores re-
prehenduntur. Ultimo tandem loco ratio tantæ lætitiae & gau-
dij pœnitentium in futura resurrectione redditur.

Auditui meo dabis gaudium, & lætitiam: &
exultabunt ossa humiliata.

*Grego. su-
per hunc clo-
cum.* **D**E hac lætitia & gaudio pœnitentium differens beatus
Gregorius, sic inquit. Tunc quidem verum & inæsti-
mabile gaudium habituri sunt sancti, cum (impijs æternâ
morte multatis, & in horrendam perpetui cruciatus vo-
raginem, per extremæ damnationis sententiam missis)
audituri

- Audituri sunt: Venite benedicti patris mei; perdispite de: *Matt. 25.*
 A ghum, quod vobis paratum est ab origine mundi: In eo au-
 tem quod ait gaudium & lætitiam, duplicem sanctorum
 venerationem intellige, qui visione claritatis in illa die,
 quanto cogitare non possumus illustrati, sicut animarum
 persuentur beatitudine, ita etiam corporis vestientur in
 corruptione. De quibus scriptum est: In terra sua duplicitia *Ezias. 49.*
 possidebunt, quod tunc implebitur, cum sorgent incorru-
 pti, & glorificato corpore resurgent. Nunc enim sto-
 lam vnam accipiunt in superna beatitudine, sicut docet sa-
 cratissimus Ioannes, gloriam, scilicet animarum, tuū enim *Apoc. 6.*
 accipient alteram in corpore glorificato. Sic enim scri-
 ptum est: Vidi sub altare Dei animas interfectorum, pro-
 pter verbum Dei, & testimonium quod habebant, & cla-
 mabant voce magna dicentes. Usquequo Domine sanctus;
 & verax non vindicas sanguinem nostrum, de his, qui sunt
 in terra? Et dñe sunt eis singulae stolæ albæ & dictum est
 B illis, ut requiescerent tempus adhuc modicum, donec im-
 pleatur numerus conseruorum, & fratribus ipsorum, qui in-
 terficiendi sunt sicut & illi ut, scilicet, non sine illis consum-
 marentur. In qua nimirum die, accipient alteras stolas al-
 bas, quia immortalia, & incorruptibilia corporum suorum
 vestimenta resument. Ecce ergo unde, & quo tempore da-
 bit Dominus Deus auditui pœnitentium gaudium & læ-
 tiā. Ecce qua die leuabunt capita sua, & accipient perfe- *Luc. 21.*
 ctam redemptionem, & exultabunt ossa humiliata.
 Inter omnia sacratissimæ fidei nostræ argumenta, qui-
 bus pœnitentiam, & vitæ sanctimoniam populos curamus
 docere, meo quidem iudicio, principem locum tenet, futu *Pœna &*
ri iudicij disputatio, ac consideratio æternorum dolorum, præmiū.
 qui inuoluerint omnes peccatores terræ, & gaudiorum, quæ
 omnes iustos in patria coelesti & superna Hierusalem, *Similitudo*
ciclopædiæ excipient. Sicut enim tria luminaria, universum mun-
 dum illuminant, Sol, scilicet, & Luna, sic cunctas mor-
 talium

111 Super Psal. 50. Homilia duodecima.

Psalm. 31. talium actiones, pœna, & p̄fæmūm moderantur ac dispo-
nunt, quasi chamo & fræno maxillas peccatorum, qui à do-
mino Deo recedunt, nec volunt ei approximare constringi-
mus, cū æternos cruciatus, & ignē deuorantē ex doctri-
na fidei eis proponimus, & ad currēndā viā déponunt om-

Hebr. 12. nē pondus, ac circumstans peccatū, exposito gaudio accor-
da, quæ pœnitētibus p̄mittiuntur. Familiare fuit hoc argu-
mentū sanctis prophetis, & quā maxime Christo Dño, &
Apostolis eius. Plenūm̄ est sacrū Euangeliū promissis &
cōminicationibꝫ. Tertiō nanq; verbo, nobile promissum

æterni soli gaudij & lætitiae sempiternæ quo inuitabat cœ

Matth. 5. leſtis magister ad virtutes, reperies. Beati qui lugent (in-
quit) quoniā ipſi consolabutur. Beati pauperes sp̄itu, quo
niā ipſorū est regnū cœlorum. Quod argumentū ut bicor
ne effet haberetq; omnes vires ad persuadendū, multa ma-
la, & valde dura cōminatus est. Vx vobis qui ridetis vñc,
quia plorabitis & flebitis. Vx vobis diuitibus, qui habetis
hic consolationem vestram. Vx vobis qui saturati estis; Di
quia esuriatis. Quam considerationē per integrōs duos

libros diebus proximè elapsis patria lingua vñuerso popu-
lo proposuimus, quod autem ad præsentē locū spectat, an-
notabimus. Spes futuri gaudij & lætitiae Davidi promissa
sub sponsi voce, Venite benedicti patris mei, posidete pa-
ratum vobis regnum, ab origine mundi, excitabat cor suū
ad mœrorem & lacrymas ad cineris stratum, & ciliciū, ad
flagella, & vigilias, ad orationem & obsecrationē, deniq;
ad perfectam castigationem sui corporis. Sic & sanctus
Moyses aspiciebat in remuneratorem, sicut testatur sacra-

Hebr. 11. tissimus Paulus, propter quod temporalis peccati despexit
lætitiam, & regni solium, magis eligens affligi cum popu-
lo Dei, & maiores diuitias æstimans improperium Chri-
sti, theſauro AEgyptiorum. Ad magnificum illud opus,
quo AEgyptum, & solium regni eius contempsit, nec ve-
ritas fuit animositatem regis, inde vires hausit, qui a respi-
ciebat

A ciebat in remuneratorem. Sic & noster propheta, humiliatus a sua sub penitentia flagello, expectans resurrectio-
nis gloriam. Et alio loco inquit. Inclinaui cor meum ad fa- *Psal. 118.*
ciendas iustificationes tuas in aeternum propter retributio-
nem. Ecce dogma magnum a sanctis patribus ad nos usque
deuolutum, a spicere, scilicet, in remuneratorem, & retri-
butiōnem, non quidem priori loco, sed secundo. Seruēndus enim est Deus propter semetipsum primo, deinde pro
pter suum regnum, & gloriam. Hinc fides vires magnas assu-
mit, hinc accingitur vir ad penitentiam, & omnem labo-
rem eius, quia expectat audire suauissimam vocem. Venit *Matt. 25.*
te benedicti patris mei, in regnum coeleste, vobis paratum
ab origine mundi, qua exultabunt ossa humiliata. Hanc ergo consideratiōnem persequamur, siquidem tanti illam fa-
cit uniuersa scriptura veteris, ac noui testamenti, expertiq;
sumus eius utilitatem atque fructum.

Mandauit Dominus Deus Habacuc prophetā, cum dicit *Cap. 2.*
B I sposuit per os eius docere gentem suam & uniuersum mihi
dum post illos, magnam hanc consideratiōnē, loquutusq;
est ei dicens. Scribe visum, & explana illum super tabulas,
ut percurrat qui legerit eum, quia adhuc visus est procul,
& apparebit in finem, & non mentietur. Si moram fecerit
expecta eum, quia veniens veniet, & non tardabit.
Hanc sententiam ad longum declarabimus. Magna enim
inuoluit, magna que utilitatis & momenti sunt. In hoc *Sermo &*
iudico ac intelligo necessitatē præsentis consideratio- *Verbum Dei*
nis, quia alias se penumero mandabat Dominus Deus alijs aliquando
prophetis, ut obscure ac inuoluto sermone loquerentur, clauderent
& scriberent, clauderentque verba eius. Ad Esaiam in- *aliquando*
quit: Claude sermonem & ligale gem. Et Danieli: Claude *denege-*
sermones & signa librum usque ad tempus statutum. Al- *tur,*
teri de destructione, & excacatione Iudeorum siebat ser- *Cap. 8, 19.*
mo, Esaix inquam Danieli vero, de hoc iudicij die, de quo *Cap. 12.*
nobis est præsens verbum. Fuisse autem eodem tempore

Cap. 14. Danielēm, & Habacuc nemo potest dubitare cum hoc sa-
Hieron. in crat testatur scriptura Danielis, de quo legendus est sacer
prolog. su- Hieronymus. Fuisse etiam alterum in Babylone, id est, Da-
per Haba- nielem, cum iam ductæ essent in captiuitatem duæ tribus,
euc. quæ Iudas vocantur, alterum in Iudæa, eadem historia nar-
rat. Nec parum conducere hoc existimes, ad soluendam
difficultatem, quæ ex dictis horum prophetarum nasci vi-
detur. Quibus, licet idem coniungatur tempus, quia locus
separabat, diuersa à Domino mandantur. Danieli, quia Ba-
byloniæ, ut clauderet sermonem, sed non in sempiternū,
sed ad tempus. Habacuc vero, quia Iudæa, ut explanet super
tabulas, ut percurrat qui legerit, neque habeat vbi hafset.

Acto. 16. Sic & Paulus vetitus à Spiritu sancto loqui verbum Dei in
Ibi. ca. 18. Asia, iussusque est à Domino Iesu per multis dies manere
Corinthij, id est, per annum & sex menses, & prædicare ibi
verbum salutis. Dixit autem Dominus nocte per visionem
Paulo: Noli timere sed loquere, quoniam populus est mi-
hi multus in hac civitate. Iam ergo ad re redeamus. Iussit DI
vniuersorū Dñs Habacuc prophetæ explanare super tabu-
las doctrinam, & sermonem iudicij, & vicinitatis eius, ut
multam audaciam hominum illorum refranaret, inuita-
retque ad omne opus bonum, declarauitq; quantum utili-
tatis animæ credenti hunc sermonem sequeretur, dicens:

Abac. 2. Iustus in fide sua vivet. Et econtra quantum obueniret ma-
lum cordi incredulo. Ecce qui incredulus est, non erit re-
cta anima eius in semetipso. Firmum manet hoc argumen-
tum & efficax, iam ad illud accedamus.

Hieron. su- Scribe visum super tabulas, & explana, id est, manife-
per. 2. cap. stius scribe. Tabulas aurē puto illas (inquit sacer Hierony-
Habacuc. mus) de quibus Apostolus loquitur ad Corinthios. Episto-
2. Epistol. la nostra vos estis, scripta in cordibus nostris, quæ cognos-
cap. 3. citur & legitur ab omnibus hominibus manifestata, quo-
niā estis epistola Christi manifestata à nobis, & scripta nō
atramero, sed spiritu Dei viuetis, nō in tabulis lapideis, sed
in tabu-

A in tabulis cordis carnibus. Sed & Salomon tale quid signi Cap. 3.
 sicat in Proverbij. Describe eam super latitudinem cordis
 tui. Scribere autem iubetur planius, ut possit lector curere,
 ut nullo impedimento velocitas eius, & cupido legendi
 teneatur. Scriberet ergo in medijs visceribus cordis non considera-
 stri, consideratio magni iudicij Dei, quæ aduersus exercitio iudicij
 tum Satanæ sit fortis armatus, custodiens atrium suum. De quam ne-
 corde enim exirent cogitationes prauæ, adulteria, fornicatione, cœssaria.
 tiones, odia, homicidia, sit ergo armatum cor nostrum hac Luc. 11.
 iudicij consideratione assidua, aduersus serpentes istos Matt. 13.
 mortiferos, ne nascendo, veneno mortiferi consensus,
 pereat nobilis anima in interitum sempiternum. Quod
 si moram fecerit expecta eum quia veniens veniet & non
 tardabit. Verbum hoc non tardabit, exposuit sacratissi-
 mus Petrus, & amplius ponderauit coapostolus eius Pau-
 lus. Vnum vero non lateat vos charissimi (inquit Petrus) 2. Epist. ca-
 qui avus dies apud Dominum, sicut mille anni, & mille pit. 3.

B anni, sicut dies una. Non tardat Dominus promissionem Heb. c. 10
 suæ, sicut quidam existimat. Paulus vero scribens ad Hebreos Aduentus
 inquit. Nolite amittere confidentiam vestram, quæ magnam domini ad
 habet remunerationem (ecce quam utilis iustis, haec consilium iudicium val-
 deratio) patientia enim vobis necessaria est, ut voluntatem de proximi
 Dei facientes reportetis promissionem. Et quando, obse-
 ero, reportabunt promissionem resurrectionis, & leti-
 tiae? Adhuc modicum quidem, aliquantulumque, & qui
 venturus est veniet & non tardabit. Omne tempus a mun- Nota.
 di creatione, & constitutione, usque ad finem eius, in
 quo veniet Dominus, a quo sequetur, aut gloria eternii-
 tas, aut dolorum, nec dies una existimari debet. Vides
 ergo quomodo gloriosi principes terræ Petrus & Paulus
 docent magnam utilitatem, & necessitatem huius con-
 siderationis? Vnum non vos lateat charissimi, ahi dicer-
 et, & si multa fugiant mentem, & considerationis ve-
 stræ captum, hoc tamen vnum quod iudex est in ianuis,
 sin O veniens

veniens ad iudicium, ut reddat unicuique iuxta operas sua, C
non vos lateatis. Hoc scribit super tabulae cordis vestri. No
Cap. 28. tardat; & qui trepidus non festinat dixit Esras propheta. Iu-
stus autem in fide hac vivet. Non dispergo nunquid in fide
sua, an in fide mea sit legendum: satis est quod de hac re bea-
Rom. 1.ca. Rom. 1.ca. Hierohymus scripsit, satis est quod Paulus in fide mea
legit, cum hoc non certum sit prophetam de magno iudicio
sermonem agere, cum dixit. Iustus in fide mea vivet, & ideo
ego scribo. Iustus in hac fide & consideratione magni iudi-
cij Dei vivet, qui autem incredulus est, non placebit anima-
Cap. 24. me, sicut apud sanctum Matthaeum legimus. Si dixerit malus
seruus in corde suo, mora facit dominus meus, & cceperit percu-
tere conseruos suos, & bibat cum ebriosis, veniet dominus seru-
illus in die, qua non sperat, & hora, qua ignorat, & diuidet
eum, partemque eius ponet cum hypocritis. Illicerit fletus, &
stridor dentium. Vides quantum malum sequatur ex hoc,
quod malus seruus dicit in corde suo, Dominus meus tar-
dat? Vides quomodo ad omne malum extendit manus suam, D
ad proximorum vulnera, ad ebrietatem, quia non credidit
dicenti, non tardo? Vides quantum displiceret domino Deo,
siquidem cum hypocritis ponit partem suam, ubi erit fle-
tus, & stridor dentium? Ecce primam partem consideratio-
nis. Ia de vera resurrectione huius nostra carnis agamus.

*Resurre-
ctio car-
nis.*

Mysterium resurrectionis revelatum est a domino Deo
ab origine mundi statim post peccatum, propter quod mors
introiuit in orbem terrarum. Creditum fuit semper & ma-
xime contestatum a domino Iesu, in sacra Evangelij eius pra-
dicatione, sicutque demonstratum in eo, qui primus omnium
mortuus fuit, scilicet, in Abel. De quo querentur beatissimus
Athan. q. Athanasius ac Theodoretus, quare prior fuerit mortuus, cum
92. ex veritate ab Adam fuerit initium peccati, respondet: *Quia non vo-*
teri test. *luit Deus fundamentum mortis esse firmum.* Nam si Adae
Nota Val- primus fuisset mortuus, firmam illa certe basim habuisset, ta-
de. *quia que primum mortuum, eum qui peccasset, arripuisse!*

Quia

A. Quia verò eum, qui iniuste fuit interemptus, primum recepit, lubricum habet ac débile fundamentum. Dixit Beatus Theodore. Quia verò primum recepit eum, qui in iuste occisus erat, dubium fundamentum habet. Super arcum qđ. 46. in Genes. nam ædificauit nec basim firmam posuit mors domui sūx, vnde flante vento resurrectionis generalis, cadet & interficiet eam, scriptum est enim. O mors ero mors tua inferne ero mors tuus. Tunc fiet sermo qui etiam scriptus est. Ab Oſe. c. 13. sorpta est mors in victoria. Vbi est mors victoria tua? Vbi est mors stimulus tuus? Stimulus autem mortis peccatum 1. Cor. 15. est, virtus verò peccati lex. Deo autem gratias, qui dedit nobis victoriā per Iesum Christum Dominum nostrum. In quo nimis bello, non potentia, sed æquitate certatum est, & iuste contingit victoria. Hoc argumentum eleganter nimis pertractat, & absoluit idem Theodore. In Theod. ser. trudicit dialogum Domini Iesu & mortis, in quo ratio- mone. 10. nem reddit, quam iuste ac secundum ius actum sit contra de prouidē illam, ut perdat omne hominum genus, de cuius antiqua tia.

B. possessione gloriabatur ab origine mundi. Christus sustinuit innocens peccatorum mortem, & cōtra communem naturæ nostræ hostem dæmonem litigat, propugnator simul & patronus naturæ nostræ factus, & merito ad dirum nostrum tyrannum dicit. Captus es pessime, & tuus proprijs retibus comprehensus es, & tuus gladius in cor tuum penetrauit, arcus tui contriti sunt, foueam fodisti, & incidi sti in eam. Dic enim quare corpus meum cruci affixisti, & morti tradidisti? En diligentius nunc nudum in cruce hoc videns scrutare. Inspice linguam omni probro parentem, &c. Quod si verò nihil eorum inuenis, quæ diuina lege prohibentur, quin potius omnia quæ hæc præcipit, nō sint te detinere, quod detinere nefas est. Imò alijs mortis carne aperiam, te verò solum concludam, ut pote quæ legē diuinam transgressa sis. Diuina enim lex peccatores morti tradit, tu verò etiam peccati expertem (ad diabolum con uertit

qii Super Psal. 50. Homilia duodecima.

ueritatem sermonem) mortis vinculis tradidisti, & insatiabilis C
tua libido extrema tibi crudelitatis causa fuit, cumque
vnum iniuste ceperis, omnibus simul subditis iuste expo-
liaris, & qui cibum vorasti non edendum, omnem ate-
Vis argu- eglutinum euomes. Recordare propter quid humani gene-
menti. ris progenitor Adam mortuus sit. Hic, cum ipsi omnium
paradisi arborum copia facta esset, ijs quæ data erant, non
contentus, arborem scientiæ tangere ausus est, cuius fru-
ctum creator vetuerat, vnde insatiabili cupiditate labo-
rans, & vetita concupiscentia, toto paradiſo priuatus est.
Istis te quoque supplicijs subiçiam. Iniustum enim foret
eum Adam huiusmodi pœnam sustinere, seductorem ve-
ro, non eodem supplicio puniri. Quoniam itaque tu, qui
potestate in peccatores acceperas, corpus eualisti nullius
peccati reum, potestate tua discedito. Non simpliciter Do-
mini potestate vtor. Sed potestate iusta. Debitum enim
pro humano genere solui. Debito ergo persoluto conue-
nit ut qui propter illud carceribus inclusi fuerint, carceri- D
bus liberentur, & pristina libertate fruantur, & ad patrios
locos redeant. Hæc fatus Dominus proprium corpus exci-
tauit, & hominum naturæ spem resurrectionis seminavit,
sponsorem omnibus dans proprij corporis resurrectionem. Hæc ad literam Beatus Theodoretus. Simili verbo-
rum formula pertractat eandem considerationem Beatus
Cyrillus. In qua, quia singula notare nō possumus, aliquot
partes ad præsens negotium eligamus.

Sap. 1. Primo itaque loco verbum illud, non potestate, sed iu-
Genes. 3. sta potestate vtor, confirmemus. Manifestum est ex scri-
Rom. 5. ptura, inuidia diaboli mortem introisse in orbem terra-
1. Cor. 15. rum. Dictum fuit ad Adam. In qua hora comedenter morte
Iure certa morieris, in quo & omnes peccauimus, & ad mortem dam-
num est, ad natum sumus iure quidem. Sed & iure certatum est adversus
uersus dia eum, qui mortis habebat imperium, diabolum, scilicet. Nam
bolum. sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes
viuifica-

A viuiscabantur. Per vnum hominem mors, & per vnū re- *Irenæus.*
 surrectio mortuorum. Vtrobique ius & xequitas. Sed ma- *Leo Papa.*
 gna nobis, & generi nostro tributa est sublimitas, quia nō \dagger *Atha.* in
 nuda potentia maiestatis suæ Deus aduersus diabolum de *Euā.* decru-
 certauit, sed obiecit illi carnem Adam, humanitatem suā ce σ pas-
 ac nostram, quem cibum, quia consuetum, summa auidita-*sione Dñi.*
 te deglutiuit, & Adam cum omni eius posteritate euomit. *Lege be-*
Beatus Irenæus libro quinto aduersus hæreses capitulo. 1. tū Greg. li.
 in principio optima distinctione de re hac agens, vsus est. 33. in mo-
 Quantum attinet ad apostasiam, iuste suo sanguine redi-*ral. ca. 40.*
 mens nos ab ea, quantum autem ad nos, qui redēpti sumus, *vbi expre-*
 benigné. Nihil enim illi ante dedimus, neq; desiderat ali-*se tenet dia-*
 quid à nobis, quasi indigens. Nos autem indigemus eius, *bolum co-*
 quæ est ad eum communionis, & propterea benignè effu-*gnouisse fi-*
 dit semet ipsum, vt nos colligeret. Sic magnus Leo Papa de *lū Dei in-*
 Christo sermonem agens inquit: Christus, vt humanū ge-*carnatum,*
 nus à vinculis mortiferæ prævaricationis absoluere, scuiē sed quod

B ti diabolo, potētiā suæ maiestatis occultauit, & infirmitatē moriendo ip-
 nostre humilitatis obiecit. Si enim superbus ac crudelis ini*sum trāsf-*
inicuus cōsiliū misericordis Dei nosse potuisset, Iudæorum geret ne-
 animos māsuetudine potius tēperare, quā iniustis odijs stu*sciebat. Idē*
 duisset ac cēdere, ne omniū captiuorū amitteret seruitutē, sentit Beda
 dūnij hil sibi debētis persequitur libertatē. Fefellit ergo il-*super Luc.*
lū malignitas sua, & intulit suppliciū filio Dei, quod cūctis ca. 4. Lege
filijs hominū, in remediū vertere fī. Hāc cōsiderationē ad B. Tho. 3.
longū persequitur B. Athanasius. In qua vbi deuētū est, ad p. q. 44. ar.
tractādū magnā diligētiā, qua procuravit Satanas filij Dei 1. & B. Bo-
mortē impedire, aliquādō pér vxoris Pilati cōmonitionē, nau. 3. sen-
aliquādō vero pharisæorū vocibus, qui pmittebāt se credi tē. d. 23. nu-
turos, si de cruce dñs Iesus descēderet, omnē eius astutiā dē 59. Et B.
nudat. Sed re vera saluator nō sua, sed nřa querēs, nō in se Chry. hom.
saluādo, sed in creatura redimenda, saluatorē se esse inno. 4. super
tescere volebat. Non em̄ medicus, eo quod se ipsum seruat Mat. in im-
declaratur medicus, nisi simul & xgrotis arte suā exhibeat. perfecto.
mabsp

Neque

Neque item sol, iubar intra se ipsum contrahens, plenus lumine agnoscitur, nisi etiam orbi terrarum suos radios exporrigat, & tenebras illuminet. Ita quoque Dominus non se ipsum saluavit, sed ex suis in alios beneficijs, voluit salvator declarari. Eandem sententiam tenet beatus Hieronymus, super cap. 16. Matthaei Iustus ergo cum illo actum est, non potentia sola sua diuinitatis. Sed infirma humanitate nostra illum vicit, unde redemptio simul, & maximum honorem nobis conciliauit. Hoc forsitan considerat Paulus, cum ad Hebreos scribit. Non subiecit Deus Angelis orbem terrarum futurum de quo loquitur. Non enim per angelos facta est redemptio, sicut nec naturam eorum assumpsit, sed semen Abraham. Quis est orbis terrarum futurus? *Psal. 101.* Ille qui alio loco describitur. Et populus qui creabitur, laudabit Dominum. Ecclesia ergo sancta, non subiicitur Angelis (ipso enim administratori spiritus sunt propter eos qui hereditatem capiunt salutis) sed Christo Deo vero & homini vero, qui sanguine suo eam redemit. Ecce qui victus duciebat, & demonum pedibus conculcabatur homo, scilicet ipse vincit in Christo, & in manicis ferreis, eum qui mortis habebat imperium, sub caligine ligat, & cruciat, dia bolum, scilicet, & Satanam.

1. Cor. 15. adeo constanter affirmat Paulus, quod in Spiritu sancto audit dicere: Quod si mortui non resurgent neque Christus resurrexit, & quia ipse resurrexit a mortuis vere, ideo, & nos resurgemus. Quia est primiæ dormientium, quoniam quidem per hominem mors & per hominem resurrectio mortuorum, & sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes vivificabuntur. Vnusquisque autem in suo Primitiæ ordine. Primiæ Christus, deinde qui sunt Christi. Primiæ quidem unius sunt generis atque naturæ, cuius reliqui fructus, quorum pro latiore prouento, primitiva Deo munera deserunt, sacrū munus pro omnibus, & quasi reparatæ quædam

A quædam liba naturæ. Primitiæ ergo quiescentium Christus: sed utrum suorum quiescentium, qui quasi mortis extores dulci quodam sopore tenentur, an omnium mortuorum? Respondebat ad quæstionem beatus Ambrosius ex sententiâ beatissimi Pauli, sicut in Adam omnes moriuntur, *in lib. de fide, & in Christo omnes vivificabuntur.* Itaque sicut primi de resurrectione mortis in Adam, ita etiam primitiæ resurrectionis in Christo. Omnes resurgent sed nemo desperet, neque iustus doleat communem consortium resurgendi, cum precipuum fructum virtutis expeteret. Omnes quidem resurgent, sed unusquisque in suo ordine. Communis est diuinæ fructus clementiæ, sed distinctus ordo meritorum. Intellexerunt non mediocris sapientiæ viri, immo illustres valde famosique sacram resurrectionē corporū nostrorū in verbo illo, quod ad Noe loquutus est dominus Deus. Sanguinem animarum vestrarum requiram de manu cunctarum *etio.*

B bestiarum. Tertullianus antiquus auctor, diligentissimus que scripturarum indagator postquam visionem Ezechie prophetæ ossium aridorum resurgentium demonstravit de generali resurrectione carnis debere intelligi, cum resurrexerint multa alia corpora inhumata fuerint & à bestijs terræ & piscibus maris deuorata, de illis inquit. Sed ne solummodo eorum corporum resurrectio videatur prædicari, quæ sepulchris demadantur, habes scriptū: Et mādabo piscibus maris, & eructabūt ossa, quæ sunt comesta, & faciēt compaginē ad cōpaganē & os ad os. Ergo inquires, pisces suscitabūtur & ceteræ bestiæ, & alites carnivoræ ut revomant, quos comedérūt, quia apud Moysēm legis exquiri sanguinē de omnibus bestijs? Non utique sed idcirco nominantur bestiæ & pisces in reprobationem carnis & sanguinis, quo magis exprimatur resurrectio, etiā deuoratorū corporū cum, de ipsis deuoratoribus exactio edicitur. Hoc etiam mystrium cognovit Theodoretus in verbis Moysi, Sanguinem tuus. q. 54. animarum vestrarum requiram de manu omnium bestiarum in Genesi.

Super Psal. 50. H o milia duodecima.

rum. Hic insinuat resurrectionem , non quod bestias contra omnium opinionem vocaturus sit in iudicium , & de his supplicium supturus eo quod homines deuorauerint, sed ut congregaturus corpora ab ipsis consumpta & illa suscitaturus . In manu enim eius sunt omnes fines terræ , & est illi facile unde cunque corpus nostrum congregare. Et hic quidem indicat illud , sub ænigmate, per Ezechielem clarius autem resurrectionem prædicauit. Paria ac Damasce- similia scripsit beatus Ioannes Damascenus nouam ratio- nus lib. 4. nem addens. Quomodo requiret sanguinem hominis de Orthodo - manu omnium bestiarū nisi quia resuscitabit corpora om- xæ fidei c. niū mortuorum ? Nō enim pro homine moriētur bestiæ.

27. Decantauit, & noster David Psalmum dño in hoc magnifi Psal. 103. co opere resurrectionis sub his verbis: Auferes spiritum eorum, & deficient, & in puluerē suū reuertentur. Ecce de corporū morte. Deinde subiunxit ac euāgelizauit resurre

ctionē. Emitte spiritum tuum & creabuntur, & renouabis faciem terræ. De quo Elaias: Resurgent mortui, & susci-

Cap. 26. buntur, qui sunt in monumentis. Corpora quidem sunt,

Resurre- qui habent resurgere, illa enim ceciderunt, non animæ

etio. quæ immortales sunt. Est enim resurrectio secunda eius,

quod interiit, statio. Sed & ad prouidentiā Dei & eius iu-

stitiā corporum nostrorum resurrectio spectat, nam Deus iustus est , mercedem laborantibus tribuens. Non au-

tem laborauit in hac vita sola, aut nuda anima pro eius

gloria & honore imò quam inaxime corpus sub fer-

ro , sub caligine, sub tetro carcere , sub bestiarum denti-

bus, sub ferreis vngulis, sub craticula ardenti , denique us-

que ad mortem certauerunt in suis corporibus sacri mili-

tes, debetur ergo eis eorum, inquam corporibus præmium

& corona. Resurgent ergo ut quod inquit sanctus Dauid,

Auditui meo dabis gaudium & lætitiam & exultabunt os-

fa, humiliata, impleatur. Ambo ergo corpus & anima sunt

iustissimè ad retributionem fabricata. Idem iudicium est

A peccatoribus, qui & in suis corporibus puniendi sunt.
De quo tandem Apostolus. Omnes nos manifesta- 2. Cor. 5.
ri oportet, ante tribunal Christi, ut referat vnuſquis
que propria corporis prout gessit, siue bonum siue ma-
lum. Quæ gessimus in corpore bona aut mala, illic co-
ronanda aut punienda confitebimur. Humiliata ergo offa-
tunc exultabunt.

Nec noua est prædicatio resurrectionis in. sacrifici euani-
gelijs, eadem enim, quæ apud beatum Matthæum scri- Cap. 24.
buntur, legimus in libro Danielis prophetæ, quanquam Cap. 12.
impiissimus Porphyrius aliud persuadere contendat.

In tempore illo confurget Michael princeps magnus, qui
stat pro filijs populi sui, & veniet tempus quale non fuit,
ab eo, ex quo gentes esse cœperunt, usque ad tempus illud,
& multi de his, qui dormiunt in terræ puluere eui-
gilabunt, alij in vitam æternam, alij in opprobrium, ut

B videant semper. Qui autem edocti fuerint, fulgebunt
sicut splendor firmamenti, & qui ad iustitiam erudiunt
multos, quasi stellæ in perpetuas æternitates. Qui sunt
isti, qui vocantur edocti, qui & fulgebunt quasi splen-
dor firmamenti? Sunt profecto illi, quos docet Habacuc
& ipse Daniel de extremo iudicio, quod ad mon-
net beatissimus Petrus, Hoc vnum non vos lateat, cha-
rissimi, &c. His sunt qui fulgebunt quasi splendor firma-
menti. Sequitur: Et qui ad iustitiam erudiunt multos,
quasi stellæ in perpetuas æternitates. Maximè conuenit *doctores.*
doctoribus, quibus tantus honor à domino promittitur, iu-
dicij & præmiorum in æterna beatitudine sermo assi-
dius, quo docetur & concutitur dura mens populorum.
Quod documentum habemus in Christo Iesu domi-
no nostro, qui moltoies de iudicio, de æternis pœnis &
præmijs disputauit. Ultimam manum huic considera-
tioni imponentes obsecro considerate quandam senten-
tiā beatissimi Pauli ad Philippenses scribentis, describit
in cap.

Super Psal. 50. Homilia duodecima.

Cap. 3. in cap. 3. illius epistolæ generis sui nobilitatē, quippe cum C de Beniamin natus sit & Rachel, vitæ religionem, cum phariseus fuerit, & quam nihilo hæc omnia propter Christum fecerit, ut sacerdota illa omnia, & si quæ fuerunt maiora, est arbitratus. Iam de mortificatione, & ossium humiliatione inquit: Ut Christum lucrifaciam omnia detrimentum feci, ut inueniar in illo, non habens meam iustitiam, quæ ex lege est: sed illam, quæ est ex fide Iesu Christi, ad cognoscendum illum, & virtutem resurrectionis eius (attende) & societatem passionis illius, configuratus morti eius.

Nota Val. de. Deinde post multa. Nostra conuersatio in cœlis est: vnde & saluatorem expectamus dominum nostrum Iesum Christum, qui reformauit corpus humilitatis nostræ, configurationem corpori claritatis suæ, secundum operationem virtutis suæ, qua etiam possit subiçere sibi omnia. Pôdera quanto sint illa, quæ præmisit sanctus apostolus ante verbū configurationis corpori claritatis Christi societas passionum D eius & configurationis morti eius, conuersatioq; in cœlis. His omnibus sanctis ex legitimis partibus, spes resurrectio nis gloriæ nascitur, propter quod infert. Vnde & saluatorē expectamus, qui reformabit corpus humilitatis nostræ, configuratum corpori claritatis suæ. Ex ossium humiliatiōne, & mortificatione, per quam societatem habemus passionum Christi, ex conuersatione in cœlis, bene sequitur ut speret corporis glorificationem & claritatem, sicut per

Matth. 13. ipsum dominum Iesum sicut promissum. Fulgebunt iusti sic ut sol in regno patris eorum. Ne autem quis diffidat, potentiae & virtutis eiusdem redemptoris meminit, inquiēs: *Lege Ire-* secundum operationem virtutis suæ, qua etiam possit sibi nœum. 5. subiçere omnia. Quasi diceret: Possibilis est creatori re lib. aduer. resurrectio, maius enim opus est creare quam resurrectio heres. c. 1. nem facere. Illa enim ex non existentibus, vocavit ea quæ circa pinci non erant, & dixerunt: Ecce ad sumus. Hæc autem, idest, regnum. resurrectio ex his, quæ existunt facienda est. Omnipotens et

Ago cum sit, optimè poterit resurrectionē promittere & facere. Tunc subiectur omnia sub pedibus eius, ac si dicceret. Nunc corpus nostrum subditū est morti & eius legibus, tūc autem cum ipsa destruetur, omnia erūt ei subiecta.

Non pigrum mihi, aut vobis molestum erit quale resurrectionis vestigium apud Platonem cæterosque Philosophos fuerit demonstrare. Post multas magnasq; mūdi mutationes expresse inquit Plato mortuos reuicturos: quod nescio vnde aliunde, quā à Iudaica scriptura intellexerit. Et post alia dicit. Deus enim ne omnino dissoluatur, gubernacula rursus capiet, & omni expulsa turbatione, immortalē ipsum & insenescētē efficiet. Et post pauca. Dicam tibi sermonē fortissimi viri Eris nomine, genere Armenij, qui olim in prælio mortuus, post decimū diem ferē iā corpore corrupto, delatus à suis domū, cam in rogū ponetur, decimo die postquam decidit, reuixit: multaque

Bibi vidisse, narravit, ac inter alia, quod anima egressa à corpore cum multis in locū quendam admirandū deuenisset, ubi terræ hiatus inter se connexi maximi erant, & ex opposito duo ad cœlū itinera, iudices autē vidisse, à quibus, qui iusti fuissent, iudicabantur in anteriori parte signis alligatis ad dexterā, & sursum in cœlum ire videbantur. Invisti verò ad sinistrā, & deorsum signis ad posteriorē partē eorum alligatis, in quibus scripta erāt eorum facinora. Quæ cū vidisset, accessisse atq; rogasse dicebat, vt liceret ei homini bus hæc nunciare. Hæc Plato. Plutarchus autē in primo de anima narrat. Enarchus nuper ægrotans tanquā mortuus, à medicis fuit derelictus: & brevi tempore in seipsum posteā reductus, dicebat se mortuū fuisse, & in corpus iterū restitutus, nec me in ægrotatione moriturum, reprehensosq; aiebat vehementer à domino suo eos spiritus, qui animā eius duxerunt: ad Nicandam enim illos missos, non ad illū fuisse. Nicandas autem coriarius erat, & in palæstris non ignobilis, qui eo tempore, quo Enarchus reuixit, in maximas in

Reuixit
quidā apud
Gentiles.

Super Psal. 50. Homilia duodecima.

cedit febres, & repente mortuus est. Hic autem viuit super^r C
stesque felicissimè nobiscum manens. Quid autem de cœ-
lesti terra scribat Plato ex persona Socratis, videre est in
libro de anima, & in materia de iudicio futuro Hebreos
sequitur in eodem libro de anima. Eadem commemorat

Lege Euse^b Origenes aduersus Celsum Iudæum & hereticum ad-
bium Cæs. dens quæ Eraclides de muliere defuncta narrat. Quæ-
lib. 11. de cunque ergo apud illos scripta sunt, siquæ vera habentur,
prepara- præludia fuerunt huius resurrectionis, de qua nobis ser-
tione enan mo. Si quæ etiam vera scripserunt de libris quidem He-
gelica ca. bræorum acceperunt, prout testatur Eusebius Cæsa-
18.19.20. riensis. In sinu ergo nostri pectoris & cordis sit hæc spes,
Origenes quasi semen divinum manu Christi seminatum. De quo
lib. 2. con- dicebat Theodore. Hominum naturæ resurrectionis
tra Celsum spem seminavit. Magnum verbum profecto consideratio-
Euseb. Vbi neque dignum. Seminavit dominus Iesus resurrectione
supra. sua naturæ nostræ corruptissimæ spem resurrectionis, de-
Theodore. ditque sponsorem omnibus nobis resurrectionem sui cor. D
sermo. 10. poris. Qui obsecro fructus ex tali semine nascuntur? Se-
de prou- men resurrectionis mundi contemptum, ac voluptatum
dentia. eius generat. Claudit oculos advisibilia omnia quia tēpora
Semen re- lia sunt ut futura, mens nostra cōsideret ac diligit, quia eter-
surre^rctio- na. Generatur amor pœnitentiæ & discipline, originemq;
nis, & fru inde trahunt omnes virtutes. Quis hæc docuit ac scripsit,
Etus eius. vt credamus tibi loquenti? Optime. Credite & obtempera-
1. Ioā. 3. e. te beatissimo Ioāni Apostolo, magnam hanc doctrinā do-
centi. Charissimi nunc filij Dei sumus, & nōdum apparuit
quid erimus. Scimus quoniam cū apparuerit, similes ei eri-
mus, quia videbimus eū sicuti est. Et omnis qui habet hanc
spē in eo, sanctificat se, sicut ille sanctus est. Qui habet aures
audiendi audiat, qui spiritus dicat ecclesijs. Qui habet hæc
spē in eo, sanctificat se, sicut ille sanctus est. Hic est fructus
nascens ex celesti semine, quod seminavit Christus dñs in
cordibus fidelium spē resurrectionis tribuēs, vt simus sancti
sicut

A sicut Deus sanctus est. Nec nouū est hoc verbū, loquutus *Leuit. ii. c.* est dñs illud per Moysen. Sācti eritis quia ego sanctus sum. Dicit ergo beatissimus Ioānes. Qui habet hanc spē sanctificat se, sicut ille sanctus est: Imitationem & participium diuinæ sanctitatis significat verbū illud, sicut, non æqualitatem. Sicut in euangelijs inquit Christus: Estote & vos per *Matt. 5. c.* facti, sicut pater vester perfectus est. Deus quidē nullum in *Apoc. 22.* clementum suæ bonitatis, & sanctitatis habere potest. Homo verò sanctus, sanctificatur adhuc. Sāctificat se ieiunijs, orationibus sacris vigilijs, lacrymis, gemitibus, pœnitentia, dilectione, contemptu omnium voluptatum. Et quid *1. Tim. 6.* dicam? Reputat se peregrinum, & aduenam in hoc seculo, futuram resurrectionem inquirentem, propter quod contentus est cibo, & potu, & quibus induatur, quia nihil intulit in hoc mundo, sed neque deferet. Hic est fructus seminis resurrectionis. Qui habet hanc spēm sanctificat se, *August.* sicut ille sanctus est. Sanctificat se, legit beatus *Rom. 8.* Augustinus,

B ut cognoscas inter præcipuos fructus spei resurrectionis, *Psal. 83.* amorē castitatis. De hac spe scriptū est. Omnes qui sperāt in illo nō confundentur, & alio loco. Spe salui facti sumus. Et alia scriptura dicit. Beatus homo qui sperat in te.

Sed heu dñe Deus, nunquid nō hēc docuisti nos per prophetas & sanctos Apostolos tuos? Nūquid hāc doctrinā nō accepimus à cathedra tua, & sacro magisterio? Quomodo ergo populus, qui dñi dicitur, à maiore vsq; ad minorē, omnes avaritiæ student, quę est idolorum seruitus, omnes, quę *Hiere. 6. c.* sua sunt, querunt, nō quę Iesu Christi. Aplāta pedis vsq; ad *Ephes. 5. c.* verticē capitis, nō est in eo sanitas. Vulnus & liuor, & plaga tumens non est circumligata, neq; curata medicamine, *Philip. c. 2.* neq; fota oleo. Heu heu dñe Deus, omnes violent tēplum, *Esai. c. 1.* quod tu gratia tua consecrasti in baptisme, tollūtq; membra Christi, & faciunt membra meretricis. Quid dicam, & quid scribam, de amore deliciarū ventris & eorū quę sub ventre sunt? Nunquid in istis adimpletum non videmus,

Super Psal. 50. Homilia duodecima.

Cap. 2.

Considera
tio resurre
ctionis.

1. Cor. 15.

Spes resur
rectionis.

quod olim in libro Sapientiae scriptum est: Vmbræ est C
transitus tempus nostrum, & non est reuersio finis nostræ,
quoniam consignata est, & nemo reuertitur. Audite iā quā
ta mala ex tā impia cōsideratione quod, scilicet anima inte
reat cum corpore, & non sit resurrectio, sequantur. Venite
(inquiūt) & fruamur bonis, quæ sunt, & vt amur creatura tā
quam in iuuentute celeriter. Vino pretioso & vnguentis
nos impleamus, & non prætereat nos flos campi. Corone
mus nos rosis ante quā marcescant, nullum pratrum sit, quod
non pertranseat luxuria nostra. Nemo vestrum sit exors
luxuriæ nostræ, vbi que relinquamus signa latitiæ, quoniā
hæc est pars nostra, & hæc est fors nostra. Opprimamus
pauperem iustum, & non parcamus viduæ, nec vetera
no, nec vereamur canos multi temporis. Hæc omnia ma
la & quæcunque alia, propterea amplexati sunt etiam no
stri temporis peccatores, quia licet resurrectionē credant,
non tamen aliquando, quæ in illa futura sunt, meditantur.
Ad omnia delectabilia sensuum, ad omnia lasciuia, & tur
pia corporum vitia, facile declinat mens nostra, cum resur
rectionem non considerat, in qua idem illud corpus gehē
næ tradetur, in æternos cruciatus & dolores, & ardebit us
que ad inferni nouissima. Et sicut præsentia amplectitur
mens nostra, non considerans futura & æterna, sic econtra
etiam carnificibus bestijs, gladijs, ignibus, tradit libenter
corpus expectans resurrectionem gloriosam. Quod opti
me beatissimi Pauli Apostoli confirmat doctrina & exē
plū. Si secundū hominē pugnauit ad bestias Ephesi, quid mi
hi prodest, si mortui non resurgunt? Manducemus & biba
mus, cras enim moriemur. Et quia constanter expectabat
carnis resurrectionem ad gloriam, carnem suam tradebat
bestijs deuorandam. Hic est fructus de spe resurrectionis
nascens, quam seminavit dñs resuscitans proprium corpus,
Spes resur ipsumque dedit sponsorem nostræ resurrectionis. Ofœ
recciónis. Iux spes nostra. O valde diues spes nostra, o regnans, o vin
cens

A cens, & certaspes nostra, quæ talem ac tantum habes arrhabonem, & sponsorem. Gaudete qui diu & noctu humiliatis ossa in cinere & cilicio, in ieiunijs, & lacrymis, in vigilijs, & orationibus, quia exultabunt lætitia inenarrabili, & glorificata in tempore visitationis, quod valde proximum est. Hoc promisimus nouissimo hoc loco in conspectu vestro proponere hodie.

Sicut redundat fluuius plenissimo alueo ex multis tor- *Similitudo*
rentibus, sic erit exultatio & glorificata lætitia pœnitentium, cum audierint vocem illam suauissimam: Venite benedicti patris mei, possidete regnum, quod vobis paratum est ab origine mundi. Videbunt horredam perpetui cruciatus voraginem, ad deuorandos omnes peccatores terræ pleno ore apertam, sicut scriptum est: Dilatauit infernus animam suam, & aperuit os suum, descenderuntque ad eum fortis & sublimes terræ, qui pœnitentiam non egerunt. Videbunt ardente in ignem, paratum diabolo, & angelis eius,

B quibus crediderunt, tetroisque dæmones, vi & vngulis ferreis trahentes eos, intra obscura & squalidos carceres. Audientque vocem velut tonitrum magnum, qua cunctis videntibus, & acclamantibus abeat in orcum inferni: omnes peccatores terræ præcipitabuntur. Considerabuntque quanta *Nota.*
ta actum est cum illis misericordia, quæ eduxit illos à delictis suis, & translulit in partem sortis sanctorum. Obscro considerate quibus oculis, quibus extensis contra cœlum manibus, quanta reverentia & dulcedine mentis & cordis, laudabunt & glorificabunt & adorabunt Iesum redemptorem suum & liberatorem. Sis in æternum benedictus, & gloriatus & superexaltatus, ò dñe Iesu, qui in sanguine tuo lavasti nostra crimina, & fordes scelerum nostrorum. Benedictio & claritas, & sapientia & gratiarum actio, honor virtus & fortitudo tibi domine Iesu in secula seculorum amē. Videbunt regem in decore gloriae & divinitatis suæ, audiентque vocem sponsi ad nuptias, gaudiaque earum inuisitatis.

Q. 5 tantis.

Super Psal. 50. Homilia duodecima.

tatis. Venite (inquit) ad me, venite benedicti patris mei (pœnitentia benedictio patris coelestis est) possidete regnum & gloria vobis parata ante mudi constitutionem. O si sapere in cordis palato posset, quid admirationis habet quod dicitur.

Venite benedicti patris mei. Quid dulcedinis; possidete

Iohn. c. 14. regnum vobis paratum. Quis purauit illud? Ipse Iesus Dei filius, & dñs noster. Si abiero & preparauero vobis locum iterum veniam, & accipiā vos ad meipsum, ut ubi ego sum vos sitis, & gaudiū vestrum nemo tollet a vobis, & exultabunt ossa vestra humiliata in pœnitentialibus operibus. Numquid ex tam multis & magnis deliciarū & gaudiorum torréribus non exultabūt corda vere pœnitentiū? Numquid non est comodissimum tempus & locus hic, in quo omnia ossa a dño decarent: Quis similis tibi? Torrēte voluptatis tuę potabis eos, & inebriabūtur. Vere dignissime scriptū est Auditui meo dabis gaudium & lætitiam, cum audire me feceris verbum illud desideratissimum: Venite benedicti patris mei percipite regnum, & coronam.

Ecce secundā sanctorū stolā corporū, scilicet, glorificationē, & immortalitatē, splendoremq; maximū, de quo

Matt. c. 13. scriptum est. Fulgebunt iusti sicut sol in regno patris eorū.

O quale erit lumen supernæ beatitudinis, in quo tot miriades sanctorum fulgebunt sicut sol, sicut splendor firmamentū, sicut stellæ in perpetuas eternitates. Iam impletur quod

Ezaias. c. scriptum est. Lætitia sempiterna super capita eorum, gaudiū & exultationē obtinebunt. Iam impletur quod alio loco scriptum est. Ecce serui mei comedent, quia ieunij humiliauerūt ossa sua & vos esuriatis, qui ventre impleuistis

Ezai. 65. cibo & potu ad luxuriam. Ecce serui mei bibent, qui calicē suū cum fletu miscebant, & vos sitietis, qui bibebatis vinū defecatum, eratisq; potentes ad miscendam ebrietatem, surgebatisq; mane ad illam seztandam, & potandum usq; ad vesperum. Ecce serui mei lætabuntur præ exultatione

cordis, qui planū fecerunt super peccata sua, & vos clamabitis

A mabitis præ dolore cordis, & præ contrione spiritus vltulabitis, qui risum & laetitiam dilexistis. Cithara & lyra & tympanum fuit in conuiuijs vestris, ecce gemitus & clamor lacrymæ & dolor multus. Ecce quomodo exultant ossa humiliata, induuntur tunica regia usque ad talos, quia vna immortalitas & æternitas vestier corpora pœnitentium. Iam glorificantur corpora sanctorum, alterasque accipiunt stolas, iam ossa humiliata configurantur corpori claritatis Christi, quem expectauerunt. O fœlices gemitus gementium peccata sua. O cilicium & saccum plusquam purpura regia dulcis. O stratum cineris sublimem, & plusquam imperatorum cathedræ altum. O confessio plena gloriae & honoris. Os satisfactio rapiens regnum cœlestis, quia violenta, quia fortis, quia invincibilis. Et quid de misera condemnandorum forte dicam? O falsax gaudium omnium viuentium super terram. O dulce vita vestra, quomodo & quam citè conuertetur in amarum.

B rum. O maledicta vita triginta aut sexaginta annorum, quæ ad æternos cruciatus & flammam ignis deducit vos. Plorate & vltulate, deducantque oculi vestri lacrymas, nec taceat os vestrum præ angustia cordis, quia separati estis in diem malum, ad vindictam, ad carceres, ad ignem & ad flammarum ardenter & non lucentem. Tunc ubi huiusmodi iactantia? Vbi inanis gloria? Vbi ornatus? Vbi pecunia? Vbi nobilitas? Vbi tunc delectatio? Vbi falsa illa & inutilis mulierum pulchritudo? Vbi tunc vestimentorum cōptus? Vbi peccadi delectatio? Vbi, qui odoribus perfunduntur? Vbi quitymparis, & citharavini potat, Vbi potentia? Vbi tyrannus? Vbi tunc Rex: Vbi princeps? Vbi dux, Vbi potesta te prædicti? Quanto pudore afficiuntur coram iusto illo iudice, causam dicere non valentes? Quantus eos pudor inuadet, ad regis sinistram separatos? Quæ tenebrae eis incidet, cum eis ira inflammatu suis verbis perturbabit, cum eis dicet. Faceisse à me execrabilis in igne æternum, dia-

bolo

Super Psal. 50. Homilia duodecima.

bolo eiusque angelis paratum. Heu heu quanta afflictio, C
dolor, angor, metus, tremor instat eorum animis, cū siet cla-
mor omnium cœlestium potestatum dicentium: Discedat
improbi in orcum sempiternum? Heu qualis est locus ille

Locus in- vbi fletus & stridor dentium, qui Tartarus appellatur, quem
fernit vel ipse diabolus horret. Heu qualis est gehenna ignis, qui
non extinguitur, vrens neque lucens? Heu qualis est nun-
quam dormiēs venenatus vermis. Væ qui relicta pœnitentia,
sequuntur huius vitæ voluptatem. Væ qui tenebras pec-
catorum dilexerūt magis quam lucem iustitiae. Væ sequen-
tibus huius vitæ fortunas. Væ per noctem peccati gradien-
tibus. Væ qui sicut fuscantur, ut animos ad impurę nequitię con-
iunctionem, libidinemq; vulnerent, cum re ipsa hamus sit
diaboli, non fucus. Væ contumacibus. Væ contentiosis at-
que turbulentis. Væ iurantibus delectationis gratia. Væ
periuris. Beatus homo, qui in supplicatiōibus perseverat, in
ieiunijs durat, in vigilijs gaudet: somno reluētans eumque D
arcens, & genua ad Dei prædicādas laudes flectens, peccatum
tundens, faciem feriens, manus in aerē efferens, aspergum
in cœlum attollens ad dominum, cogitans illum, qui in so-
lio gloriae sedet, & corda scrutatur, & renes. Hic nimirū
fruetur æternis bonis, filius & frater & amicus fit Dei. Hu-
ius facies solis instar splēdebit in die iudicij, in quo ossa eius
humiliata vere exultabunt, ut impleatur quod beatissimus.

i. Pe. 1. ca. Petrus dicebat. Benedictus Deus & pater domini nostri
Iesu Christi, qui secundum misericordiam suam magnam
regenerauit nos, in spem viuam per resurrectionem Iesu
Christi ex mortuis, in hereditatem incorruptibilem & in
contaminaram, & immarcessibilem, conseruatam in cœlis.
Eia fratres charissimi, obsecro, attendite vobis & saluti ani-
marū vestrarum & corporum. Convertimini & agite pœ-
nitentiā ab omnibus inquinamentis vestris, in quibus præ-
uaricati estis, & non erit vobis in ruinam iniquitas. Projici-
te a vobis omnes iniquitates vestras, & facite vobis cor-
olod nouum

A nouū & spiritum nouum. Et quare moriemini domus Israēl? Quia nolo mortem moriētis, dicit dominus Deus, reuertimini & viuite, quod obtainendum nobis est gratia, & dono Deipatrī omnipotentis per Iesum Christum filium suum in Spiritu sancto Amen.

S V P E R P S A L M V M Q V I N- quagesimum. Homilia decima tertia.

Auerte faciem tuam à peccatis meis : & omnes
iniquitates meas dele.

A R G U M E N T V M .

B



C C A S I O N E multoties repetit.e orationis Davidis, etiam dimissis sibi peccatis, de sollicitudine ac metu nostrorū primo agitur, ad quoru remissione quantū conduceat oratio ostenditur eiusq; affectus, tum exemplo Anne matris Samuelis, tum maxime ex Davidis rugitu, in suis obsecrationibus, qui rugitus eleganter exponitur. Lacrymarum potentia in oratione, ex beatis Hieronymo & Bernardo ex eodem Davide, perseverantia ex origine, potentia ex sacro euangelio, necessitas ex alijs scripturis, spes ex auditionis, docetur. In secunda parte, ex patrum sententij oratio David exponitur & quam multum ex eodem David. Vbi cum illis, que scripta sunt Apocal. 1. quam faciem à peccatis suis auerti desideret, declaratur, & quam nobile magnumq; promissum sit, quod. 2. paral. cap. 7. & leuitici. 26. promittitur, quamq; dura comminatio, que deut. 31. scribitur, qua impleta, quomodo peccator in profundum malorū veniat, quantumq; malum hoc sit. Ultimo tandem loco, ex documento David & Pauli Apostoli docemur habere peccata nostra ante oculos ad iram & vindictam, per quod fructus orationis Davidis apprehenditur, quamq; sollicite in eorū inquisitiōe, cū memoria exciderint, esse debemus

Auer.

Super Psal. 50. Homilia decimatercia.

Auerte faciem tuam à peccatis meis : & omnes C
iniquitates meas dele.

I Am quarto orat sanctus confessor rex, & ppheta David.

Oravit primo: Miserere mei D^e secundū magnā miām
tuā. Oravit secundo. Et secundū multitudinē miserationū
tuarū dele iniquitatē meā. Oravit, testio. Amplius, lauame
ab iniquitate mea: & à peccato meo munda me. Iā quarto
orat, nouo quidē vītēs orationis genere in priori parte in se
cunda vero, superiorē repetit. Grauiter quidē sanctus Da-

Genes. ca. uid̄ segnitiē & desidiā nostrā ferit, gladioq; acutissimo per
25. curit, qui nō solū abimus parui pendentes sicut Esau scele-

ra ac grauia delicta nostra, verū cum ad supplicandum ve
niam & remissionem accedimus, semel & quidē incōpo
sito ac distracto animo, corā dño oramus. Huic graui mor

2. Reg. 12. bo & maxime periculoſo quārenda est hodie medicina.

Meminisse oportet, quod sanctus propheta Natā dixit Da D
uidi ex ore dñi: dominus transtulit peccatum tuum. Quod
verbū non tanquā hominis sancti, ac Deo deuoti, sed tan
quam prophetæ cœlesti lumine illustrati, accepit humilis
scelerū suorū confessor Daud. Quo auditō, nō solū veniq;
spē cōcepit, sicut cōmuniter in nostra cōfessione cōtingit,
verū certissimus fuit redditus de indulgentia. Ecce qualis
fuit eius confessio, quā ardens, quā de intimis præcordijs,

2. Reg. 12. quantoq; feruore plena, siquidem ab ore prophetæ dñi au
Solicitude dit: Transtulit peccatum tuum Deus. Et tamen quasi ho
pro pecca- rum omniū oblitus, per singulas noctes stratū suum lacry
tis.

mis rigat & rugit, quasi leo, à gemitu cordis, paratus erat
in flagella, & cinerem tanquā panem manducabat, & effun
dens animā suam in oratione coram dño dicebat: Misere
re mei Deus, dele iniquitatem meam, amplius lauame,

Cap. 5. auerte faciem tuam à peccatis meis, Docet hanc doctrinam
Psal. 7. etiam ecclesiasticus. Nec dixeris peccavi, & quid mihi ac
Eap. 11. cedit triste? Altissimus enim est patiens redditor, quia non

per

- A per singulos dies irascitur, sed dissimulat peccata hominū propter poenitentiā. De propitiato peccato nō oī esse sine metu neq; adiicias peccatū super peccatum, & ne dicas misericordia Domini magna est, multitudo nis peccatorum meorum miserebitur. Ne talia dicas, vnde licentia ad peccandum assumas. Misericordia enim & ira ab illo cito proximant, & in peccatores respicit ira illius. Ecce magnū hoc *Iob. c. 9.* verbum in ore duorum, si tertium desideras, audi sanctum Iob. Verebar omnia opera mea, sciens quod non parcis delinquenti. Non parcis etiam gementi, ac dolenti, id est, nō dimittes sine debita & iusta vltione, quanto magis non parcis impoenitenti? Aperite obsecro medico vestro vulnera, quæ putruerunt, & corrupta facta sunt, & utinam sic fœteant naribus, sicut sua Dauidi fœtebant, de quibus beatus Ambrosius. Est sancto David spes & remedium sanitatis, quia non vnguentum redolent, sed fœtorem suorum *suis super vulnera peccatorum, & quia affligitur hic atque curuatur, & Psal. 37.*
- B nō delectat. Aperite obsecro medico cœlesti vulnera animalium vestrarum, accipiteq; medicamentū summa mixtū clefætor. mentia, & oleo misericordiosissimæ spei venia. Accipite *Psal. 146* de manu eius, qui sanat contritos corde, ligaturas, ad integrimā vestram salutem. Hoc medicamentū profecto oratio *Oratio* est, à qua etiā post veniam nunquam cessauit sanctus Dauid. *vulnerum* Orandus ergo est Deus & dominus noster pater misericordiarum à nobis etiam post sacerdotalem absolutionem. *mentum.* Ipse Dauid qui docuit orationis necessitatem, docet etiam qualis debeat esse nostra supplicatio, cum metus propiciationis peccatorum anxit cor nostrum. Primum docet magnum affectum orationis, cū dicit. Sperate in eo omnis congregatio populi, effundite coram illo corda vestra, Deus in oratione adiutor noster in æternum. O cœlestis philosophia, o diui ne ex Dunnū magisterium. Spei sermonē præmisit, sperate in eo omnibus congregatio populi, ante quam de affectu orationis age *61.* ret, & deinde in spe confirmat oratiū animos, omnemq;

con-

821 Super Psal. 50. Homilia decima tertia.

congregationem, quia nullū à venia exulem facit, si Deum C
& patrē rogauerit. Eundem in docendo orationem seruat
ordinem sanctus Dauid, quem inuocatione nominis Dei

Rom. 10. c. nostri tradit sanctus Paulus Apostolus. Hic dixit: quomo-
do inuocabunt, in quem non crediderunt. Ille verò. Spe-
rent & orēt. Spei enim fides mater est, sicut eleganter pro-

Origenes. Altera enim diffinit alteram. Est enim fides

Hebre. 11. rerum sperātarum substantia, seu suppositum. Spe ergo &
fide erigendus est animus in Deum, qui veniam promisit

pœnitentibus, & quidem sub iure iurando, sicut supra expo-

Homil. 12. suimus. Hac spe aperitur cor nostrū, ut corā domino fun-

damus animas nostras, sicut docet propheta, exemplum q;

Anna. 1. Annæ matris Samuelis confirmat De qua filius: Cum esset

Reg. c. 1. Anna amaro animo, oravit dominum flens largiter & re-
spondens Heli, (qui eam temulentam existimauerat) dixit

Nequaquā domine mi, nā mulier infelix nimis ego sum

vinum & omne quod inebriare potest, non bibi, sed effudi

animam meam in conspectu domini. Effudi animam meā,

inquit. Quod vel ex hoc uno comprobatur euidēter, quia

inquit scriptura: Orabat Anna flens largiter, nec vox eius

audiebatur: talis ac tanta oratio pro accipiendo filio fundi-

tur, qui concessus est illi.

David rugit. Noster verò Dauid pro saluanda anima, non solum fle-
bat abundāter, non solum orat assidue, verò & rugit à ge-

mitu cordis sui. Afflictus & humiliatus sum nimis: & rugie-

bam à gemitu cordis mei. Pōdera singula verba. Rugit leo

fame, & præ dolore raptis catulis suis. Rugit Dauid legitime

considerans culpam suam, tanquā Dei iniuriā, & offen-

sam, rugit à gemitu cordis, quia nimis afflictus. O vera pœ-

nitentia. O ardens dolor, qui in leonis conditionem, mutat

animum hominis pœnitentis. Rugitus enim leonum est

sicut rugitus boum. Ut autem intelligas ac perpēdas, mul-

titudinem dolorum, vehementemque afflictionem, vide

& considera quomodo cum illo, quod est proprium homi-

nis

- A nis, scilicet, a filiis tibne & humilitate, & gemitu cordis, con-
iunxit quod est naturale leoni, scilicet, rugire. Quo auditu Nota val-
timet ille alter leo, qui est diabolus & Satanás, qui circum- de.
iens querit, quem deuoret, fugiens quidem, sicut docet
beatissimus Petrus. Timent certe omnes aduersariæ pot- 1. Pet. c. 5.
fates, timet totus infernus, & quærentes latibula, fugiunt
dæmones præ timore, cum peccator in sua pœnitentia ge-
mens & rugiens, clamat à gemitu cordis. Hanc vocē exau-
dit Dominus attentissimis auribus, quas exorabat noster
propheta. Fiant aures tuæ intendentes in vocem depreca- Psal. 29.
tionis meæ, & fugere coguntur omnes inuisibiles inimici.
Vnde iure dicere potuit ipse David: Discedite à me om- Psal. 6.
nes, qui operamini iniquitatem: quoniam exaudiuit Do-
minus vocem fletus mei. O qualis est hæc vox fletus & la-
crymarum. O quam fortis & potens. De qua beatus Hierony-
mus. O lacryma humili, tua est potentia tuum est re- mus. Lacryma-
B nibus silentium imponis, non est qui te accedere vetet, si rū poteris.
sola iðtraueris, vacua non redibis, magis crucias diabolū,
quam pœna infernalism. Quid plura? Vincis inuincibilem,
ligas omnipotentem, inclinas filiū virginis. Et mellifluus
Bernardus dixit. Lacrymæ pœnitentium vinum sunt An. Bernar-
gelotum, quia in illis odor vita, sapor gratia, gustus indul dus.
gentia, sanitas redeuntis innocentia, reconciliationis iu-
cunditas, & sanata conscientia suavitatis. Hoc aspiciens bea-
tus Augustinus diffiniensq; id genus orationis quod Deo Augu. su-
im holocaustū à peccatoribus offertur, dixit. Orare est ama per Psalm.
rosini compunctione genitus, & non composita verba re- 120.
sonare. Abendit ergo mens nostra in Deum relinquens Oratio
omnia, quæ in fra sidera & cœlestes virtutes sunt, vt sic ora- quid.
tio, vt autem sit potens, oritur à gemitu cordis rugiétis præ Damas. li.
dolore. Ecce affectum in orationibus pœnitentium. Qui 3. orth. fid.
quantæ virtutis sit, optime in eo, quod Sansoni accidit, sigu cap. 24.
ratur. Cui euntii in Thamnatha, ad nuptias compatre & Indic. c. 14
missus

R matre,

QSI Super Psal. 50. Homilia decimatercia.

matre, cumque venisset ad vineas oppidi, occurrit ei catulus leonis sacerdos & rugiens. Inquit scriptura, irruit autem spiritus Domini in Sanson & dilaceravit leonem, quasi hædum in frusta decerperet, nihil omnino habens in manu. Sic nimis oranti effundentiq; animam suam pro exauditione, & rugienti à gemitu cordis, contingit, quia spiritus domini irruit in mentem afflictam & humiliatam, tribuens fortitudinem contra leonem sacerdotum, aduersarium inquam nostrum diabolum?

Perseuerā De perseverantia in orando sermonem faciens ipse *Da*
tia oratio- uid nos docet, cum dicit, Ego clamaui quoniam exaudisti
nis. me Deus: inclina aurem tuam mihi & exaudi verba mea.

Psalms. Orandus est Dominus Deus, vñq; dum exaudiat vocem de
precationis nostræ. Orandus est, quia exaudiuit nos. Tunc
pro venia, nunc pro perseverantia, in accepta salute. Audi-
te quid oret David. Mirifica misericordias tuas, qui saluos
facis sperantes in te. Mirabile valde est, quod sub magno

Similitudo aquilonariq; vento nascentes flores non arefiant. Multò D
mirabilius, valde mirificumque est, inter vanam homi-
num conuersationem, & multiplicem tentationem carnis
& sanguinis si de novo progenitæ virtutes non extinguan-
tur, tanquam in magno fluvio modicus ignis. O homo co-
gnosce & noli negare, quām in maligno totus mundus sit
positus, vbiique pericula, vbiique scandala, vbiique insi-
diæ, vbiique avaritiae retia tendit diabolus ad capiendam
animam tuam. Vide & considera si sit tibi necessarium,
postquam fueris exauditus, in perseveranti oratione per-
sistere. Clamavi (inquit David) quoniam exaudisti me.

Clamabam à gemitu cordis, ut exaudires, & exaudisti
vozem fletus mei. Clamo quia exaudisti me. Venite filij
Psal. 33. audite me, timorem Domini docebo vos. Timete Domi-
num quoniam iugum legis eius fregistis, rupistisque vin-
cula. Timete eum, qui animam, & corpus potest perdere
in gehennam ignis, & ante faciem terribilis iudicis huius,
quem

A quem proponere debetis ante oculos mentis vestrae, implebitur quod scriptum est: Sicut quae concipit, cum appro *Esa. c. 26.*
 pinquauit ad partum, dolens, clamat in doloribus suis, sic facti sumus a facie tua Domine. Concepimus & quasi par- *Apo. c. 12*
 turiuimus spiritum salutis. Hic est filius masculus, quem exspectat magnus ille draco & rufus, qui traxit cauda sua tertiam partem stellarum de celo, ad deuorandum eum. Iam videte si pro eius liberatione conuolandum sit ad turrim refugij, quae quidem oratio est. Idem omnino & multourgentius periculum huic masculo, a facie Domini concepto, hoc est, a timore eius, & nato per gratiam, idem in qua periculum imminet, quod filijs masculis Hebraeorum. Sed nato Moysè occultauerunt eum parētes eius, per integros *Exod. 2.*
 tres mēses. Cūq; iam celare nō possent, sumpsi fiscellā scir peā, & liniuit eam bitumine ac pice, posuitq; intus infantum, & exposuit eum in carecto ripe fluminis, stāte procul

B sorore eius, & considerante euentum rei. Ecce autē ascēdebat filia Pharaonis, &c. Occultādus infans noster est profecto, nec statim ad publicū venire debet, noua recensq; virtus, quia expectat gladius Pharaonis ad mortē. Sed & summa diligentia adhibenda est, cum necessitas vrget, cum exponitur Moyses in aquis. Occultate propter AEgyptios Moysēm & si exponitis, sit fiscella bitumine, & pisce linita. Per quae multam diligentiam & timorē in bonis nostris operibus nos docet scriptura. Ex timore ergo orate: Mirifica misericordia tuas, qui saluos facis sperantes in te, ut qui boni operis dedit initium, det per orationem, consummatio- *Orationis*
 nē, & perfectionē, cui beatitudinis merces promittitur. *potentia.*

Vide iam, si placet, orationis potentiam, ut hanc cōside- *Origenes*
 rationē confirmemus. Ad quod accipite, quae apud originē *super. c. 22*
 legimus nō vno loco tātum. Quærerit Origenes quare vsus *nume.* ho-
 fuit Balaac filius Sephor formula illa verborū, delebit hic *mil. 13.* &
 populus oēs, qui in finibus nřis cōmorātur, quomodo solet *hom. 17. in*
 bos herbas vsq; ad radices carpere? Respōdetq; ex sentētia *Iosue.*

081 Super Psal. 50. Homilia decimatertia.

cuiusdam magistri Hebræorū, qui crediderat: Ob hoc sine C
dubio, quia vitulus ore abrumpit herbam de campo, & lin
gua, tanquam falce, quæcumque inuenierit, secat. Ita ergo &
populus hic, quasi vitulus ore & labijs pugnat & arma ha
bet, in verbis ac precibus. Hæc ergo sciens rex mittit ad Ba
laam, ut & ipse deferat verbis, verba contraria, & precibus
preces. Et in homilia super Iosue inquit. Hoc est intelligē
dum in hoc loco, quod synagoga Domini, quæ nos præ
cessit in sanctis, ore & lingua consumit aduersariam syna
gogam, id est, orationibus & precibus aduersarios nostros
absumit. Non ergo armis pugnandum est nobis aduersus
hostes nostros invisibiles, sed orationibus, & verbis Dei
meditationibus, & operibus ac sensibus rectis. Sic enim an

- Cap. 17. mabantur patres, fide & operibus vincentes. Manifestum
argumentum rei præsentis nobis præbet quod in Exodo
scriptum est. Moyses autem & Aaron & Hur ascenderunt
super verticem collis. Cumque lenaret Moy ses manus vici
cebat Israel, sin autem paululum remisisset, superabat Amalech. Manus autem Moysi erant graues, summa tenuisigitur lapi
dem posuerunt subter eum, in quo sedit. Aaron autem &
Hur sustentabant manus eius ex utraque parte. Et factum
est ut manus illius non lasarentur, usq; ad occasum solis.
Fugauitque Iosue Amalech & populum eius in ore gladij.
Vides quam multa in hac historia reloceant ad doctrinam
& instructionem nostram? Primo quidem mira orationis
virtus, atque potētia hic apparet, quippe cum Moyses ora
bat, vincebat populus eius, si minus, vincebatur. Perseue
rante autem illo fugatus est Amalech. Secundo vide, quā
manū in congruenti eleuatio manuum ab uniuersa scriptura do
oratione. ceatur in oratione. Moyses leuat contra cœlum manus in
Psal. 140. oratione & vincit, David orans leuat manus. Domine cla
mavi ad te exaudi me: intende voci mea cum clamauero
ad te. Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu
tuo, eleuatio manuum in cœlum sacrificium vespertinum.

- A** Auerte faciem tuam à peccatis meis & omnes iniquitates meas dele. Prudentissima nimirum oratio, quæ & non fraudabitur à desiderio suo. Prudenter roget, bene agit (inquit sanctus Ambrosius) ut faciem auertat, non ab ipso, ne deficitat destitutus: sed à peccatis, ut vires non possint habere polo. *Dan.* repeccata ipsius. Rogādus est ergo Dominus Deus, ut nos *1. cap. 13.* respiciat, auertat autem faciem suam à peccatis nostris, & deleat ea. Faciem auertat, id est, iram, sicut alia translatio *Psal. 118.* habet. Auerte faciem, id est, furorem tuum à peccatis meis. *Psal. 50.* Alio loco orat: Aspice in me & miserere mei. Auerte faciē *Psal. 118.* tuam à peccatis meis. Illuminet vultum tuum super nos & misereatur nostri. Ostendat faciem suam & salui erimus. Hęc omnia orat sanctus Dauid, de quibus sermonem agere debemus, scrutantes cum humilitate scripturas, in quibus spiritus & vita sunt. Hęc ergo est lex inter Deū & pęc *Lex inter catorem* ut nos memores simus cum dolore, ac gemitu eo *Deum & rum*, quæ aduersus Domini inuercunda fronte commisi- peccatore.
- B** Ius, ut ipse non imputet ad vindictam, antiqua delicta nostra nec recordetur. Non meus est hic sermo, nec auderem. Domino meo legem aliquam prescribere, sed ipse per prophetam reuelavit nobis: Seruire me fecisti in peccatis tuis, *Ezai. c. 34.* præbuisti mihi labore in iniquitatibus tuis. Ego sum, ego sum, qui deleo iniquitates tuas & memor non ero, tu autē memor esto, & iudicemur. Sic beatus Ambrosius, nec di- *Amb. Vbi scedit ab scriptura, quæ inquit: & peccatorum tuorum non supra.* recordabor. Reduc me in memoriam & iudicemur. Deus auertit oculos ab eius peccato, qui illud sine cessatione animaduertit. Non enim Deus peccata eorum vlciscitur, qui in occulto cordis depravorum operū memoria affligitur. Qui nimirū semetipſos iudicant, vt terribile omni potestis iudiciū euadant iuxta illud Apostoli. Si nos metipſos *1. Cor. c. 11.* iudicaremus non vtique dijudicaremur. At contra reprobi, quia ea, quæ commiserunt, nequaquam conspiciunt, actus suos à conspectu iudicis non abscondunt. Hęc beatus

Super Psal. 50. Homilia decimatercia.

Grego su- Gregorius. Ecce de quibus nobis est agendum, sicut in prin C
per hunc cipio promisimus.

Psalmmum. Considerate obsecro quam vere diximus & quo iure

prudentiam orationis sancti Dauid laudauimus. Orat san-

Psal. 118. Etus Domini propheta sic. Auerte faciem tuam a peccatis
meis, no a me, de hoc enim alio loco orabat. Aspice in me
& miserere mei. Peccatum hominis est Dei offensa & iniuria,

Ezech. 18. quia quae peccauerit ipsa morietur. A primo, hoc est a pec-
cato, rogit Dauid, ut auertat Deus faciem suam, nec consi-

derans, vindictam sumat & perdat in gehennam ignis. A
secundo minime gentium, immo aspice in me inquit & mi-

sere mei, quia vulneratus iaceo, quia miser & miserabi-
lis sum. A peccatis meis auerte faciem tuam: ne iratus per-

das, & peccata mea vires assumant ad magnum dolorem
meum, in me aspice, ut illumines cor meum, quia de vulnu-

Psal. 7. tuo pietas & indulgentia emanant. Deus noster iudex qui-
dem est iustus, & potens, patiens ramen, quia per singulos

Hiere. 29. dies non irascitur. Est iudex & testis, quia sub oculis eius,
omnia opera nostra sunt, sicut supra dolens nimis dicebat

sanctus propheta. Malum coram te feci. Ad iustum iudi-
cem spectat culparum vindicta. Et ira iudicis in ardenti vul-

Cap. 1. tu eius apparet, sicut Apocalypsis libro scribitur, ubi domi-
nus Iesus, visus est Ioanni, oculos velut flammatum ignis ha-

bens, de cuius ore exhibat gladius, vtrique parte acutus, in
quo sententia ultimi iudicij ac diei, qua corpus & anit am-

mittet in ignem eternum, declarabatur, sicut eleganter ex

Richar. su ponit Richardus de Sancto Victore. Quo viso, magnus il-
per illu lo le Ioannes, qui in coena super pectus Domini recubuit, &
cum.

dilectus meruit appellari, cecidit velut mortuus ad pedes

Ioan. c. 21. eius. Tremet terra cum in eam respicit dominus Deus, fu-

Psal. 104. migantque montes. Quid faciet foenum aridum? Quid
Esa. ca. 14. continget inimico & peccatori? Quis sustinebit? Si ex-

tenderit manum suam, quis auerteret eam? Hanc faciem

rogat

A rogar sanctus Dauid, ut auerterat ab eo Dominus Deus, a peccatis eius inquam. Auerte faciem tuam a peccatis meis, quæ quidem si inspexeris, non solum velut mortuus, ad pedes tuos iacebo, sed etiam in inferiora terræ, & sub terra in ea loca descendam præcipitatus, tradarque in manus gladij & pars ero vulpium illarum crudelissimarum, dæmonum, scilicet, in vindictam & flagella paratissimorum. Ecce quæ faciem timet sanctus Dauid, illam nimitem quæ describit noui testamenti propheta sacratissimus Ioannes.

Habet Dñs Deus, alios oculos misericordiæ plenos, de quibus scriptū est. Conuersus dñs respexit Petru & recor-datus est Petrus verbi domini Iesu, & exiuit foras & fleuit Oculi Do-amare, cuius respicere plenum misericordiæ est. De hoc ministrante, rogat sanctus Dauid. Aspice in me, & miserere mei. Aspi-ce cor ruptas cicatrices meas, ac latale vulnus scelerū meorum, saniem emanans & vermibus plenum. Aspice, aperi

B oculos clementiæ tuæ multæ, & miserere mei emundans, lauans, alligans, sanans cor meū & animam meā valde mi-serā. Sed obsecro notate qualiter oret sanctus cōfessor Da-uid. Aspice in me & miserere mei, secundum iudiciū diligentiū nomē tuum. Quale est iudicium diligentius nomē tuum? Hoc Salomoni indicatum est, dicēte ad illū dño: Au-diui orationē tuā & elegi locum istum mihi in domū sacri-ficij. Si clausero cœlū & pluia nō fluxerit, & mādauerō, & præcepero locustæ vt deuoret terrā, & misero pestilentia in populū meū: cōuersus autē populus meus, super quos in uocatū est nomen meū, deprecatus me fuerit & exquisierit faciē meā & egerit pœnitētiā à vijs suis pessimis, & ego exaudiā dē cœlō, & propicius ero peccatis eorū & sanabo terrā eorum. Oculi quoq; mei erunt aperi, & aures meæ erectæ ad orationem eius, qui in loco isto orauerit. Ecce iudicium diligentium nomen Domini. Super eos aperien-tur oculi dñi, eruntq; erectæ aures eius ad orationē, clamā-tium ad se. Promittebat multa, & magna quondam dominus

Deus

461 Super Psal. 50. Homilia decimatercia.

Deus antiquo populo suo , inter quæ, non vili loco iacet C

Leu. c. 26. quod scriptum est. Respiciam vos, & crescere faciam, multiplicabitini & firmabo pactum meum vobiscū. *Quem Origen. ho* locum exponēs Origenes inquit: Plenum beatitudinis est *milia. 16.* hoc ipsum , si quem respiciat Deus. Vis videre si respiciat

Deus ad hominem quanta sit salus? Petrus aliquando pene perierat, & ex consecratione diuinæ gratiæ diabolo per os ancillæ pontificis inspirante fuerat eruptus. Sed ubi respexit ad eum Iesus tantum, ubi ad eum placidi voltus ora conuertit, statim reuersus in semetipsum & prolapsum de precipitio reuocans pedem, fleuit inquit, amarissimè, atq; ita respectus à Deo, gratiam & amicitiam flendo recepit, quā Similitudo negādo perdiderat. Respiciam vos & augebo vos inquit.

Tanquam, si sol aspiciens segetem, & uberrimos fructus referat, quam vtique si non aspexisset, infœcunda relinqueretur. Ita Dominus Deus cor nostrum inspiciens oculis misericordiæ suæ, & radijs nos verbi sui illuminans, auget nos & multiplicat, ut ultra iam non simus paruuli sed magni efficiamur, sicut magnus factus est Isaac, & magnus factus est Moyses, & magnus Ioannes. Vide ergo quam eleganti similitudine, quamque efficaci exemplo scripturæ declarauerit senex Adamantius plenum esse misericordia diuinum respicerè. Videte hæc duo quæ diximus faciē & oculos Domini describentes, variosque effectus iræ, aut misericordiæ eius in eos quos respicit iratis aut blandis oculis.

Cap. 14. Intrat Esther regio fulgens habitu & circundata gloria sua, roseo colore vultum perfusa , & gratis ac nitentibus oculis: intrat, inquam , omnia ostia per ordinem palati imperatoris, & sterit contra eum , ubi ille residencebat super solium regni sui, indutus vestibus regijs, auroque fulgens & pretiosis lapidibus, eratque terribilis aspectu, cumque eleuaret faciem , ardenterbusque oculis furorem pectoris indicasset, regina corruit & in pallorem colore mutato , lassum super ancillulam reclinavit caput.

Dens

Vide

A Sacrificium vespertinum vocat eleuationem manū. Ad offerendum hoc sacrificium cum hac ceremonia, invicat nos Paulus Apostolus. Volo viros orare in omni loco, leuā tes puras manus, sine ira & disceptatione. Sine ira dixit, quia aliter non audit Dominus Deus orationem, nec respicit manuum eleuationem. De quo Esaias propheta. Cum Cap. 1. extenderitis manus vestras avertam oculos meos à vobis, & cum multiplicaueritis orationem, non exaudiā manus enim vestræ sanguine plenæ sunt. Optima forma & habitus exterioris hominis, eleuatio manuum in oratione. Præter hoc enim quod diuinam maiestatem sic protestamur, in cœlorum sublimitate habitantem, imaginem & dominicæ crucis etiam referimus, cuius signum multum, valde est dæmonibus tremendum. Iam tertio intellige quod si diu perseverare eleuatis manibus non potest, sede, & ora, cognoscit enim Dñs figmentum nostrū. Et melius multò est tibi in oratione perseverare, quā discedere. Sic impletur quod in Exodo legimus. Fugauit Iosue Amalech.

B Necessitatē orationis docuit Dñs Iesus & Apostoli eius *Necessitas mille locis*, de quibus omnibus vnum aut alterum assumā orationis ac proponam in præsentiarum. Postquam cœlestis magister, multa de extremis calamitatibus ac doloribus, quibus inuoluerunt omnes homines sub magni iudicij tempore, disputauit, statim docet qualiter, quibus uero armis illis omnibus possimus occurrere, ut salui simus: Dies illi tanquam la *Luc. c. 21.* queus superueniet in omnes, qui sedent super faciem omnis terræ. Ecce vestrum refugium. Vigilate itaq;, omni tempore orantes, ut digni habeamini fugere ista omnia, quæ futura sunt & stare ante filium hominis. Ante hæc autem dixit: Attendite autem vobis, ne forte grauentur corda vestra, in crapula & ebrietate, & curis huius vitæ. Optimè coniunguntur in tanti magistri doctrina, iejunium, vigilia, cum oratione, nec alterum sine altero inueniri potest. Quis ascendit sine aliis in cœlum? *Quis cum magnopere*

Super Psal. 50. Homilia decimatercia.

Psalms. 4. dere non deprimitur? Crapula & ebrietas, graue faciūt cor nostrum, somnum solicitant, orationem fugant. Propter quod forsan Dauid vehemēter in nos insurgit: Filij hominum vsquequo graui corde? Nonne scitis quam necessaria abstinentia, paruitasque cibi & potus, ad sacras vigilias & orationes? Sed & oratio necessaria est ad ieunium, de quo dicebat Origenes. Procurat oratio ieunium, & ieunium orationem, illa ut ascendat, hoc ut refectioem, ac dulcedinem participet, Sed & Tertullianus dixit: Alioquin oratio ieunium & ieunium preces. Seruabantur ergo incolumes in

Gene. c. 7. tertio mundi calamitates veri adoratores, sicut Noe cum

Luc.18. ingressi in magni cataclismi tempestatibus. Quod autem

Dominus Iesus dixit orantes omni tempore, alio loco ab ore eius audiuimus. Oportet semper orare & nunquam desicere. Sed de hoc sit satis, multa enim ab alijs scripta sunt, facileque erit ex eorum sententijs argumentum ad plenum deducere.

Psalm. 24. Cognouit hic noster David quantum sublimis esse de-

**beat, orantium, ac deprecantium spes, cum propter nomen
Domini, aliquid donum ab eo desiderantes, quærebât, eo**

*Nota Val- vel maxime cum de peccatis agebat. Propter nomen tuum
de- arniciaberis peccato meo (inquit) multū est enim. Quid*

ab. **pro**pri*ia*ber*is* peccato*m*is** (inquit) multa en*em* illi. **Quod** obsecro horum est multum*peccatum* tu*m*is** an nom*e* Do

mini, de utroque enim prædicari potest adiectuum illud,

multum. Aut dicere potes, quod peccatum tuum est mul-

Nomen domini tuum, & vere licet, aut dicere debes, quod nomen Dei est;

mini. multum, ieiunior, an ignoticeatum, vi autem vobis progetur
Cap. 55 quod secundo loco diximus audire Esiam prophetam di-

centem: Derelinquat impios viā suā, & vir iniquus cogita-

ties suas & reuertatur ad Dñm, & miserebitur eius, & ad

aperte dicit Elalias nobis, docetque ^x si modo interpretari
debeat & intelligi quod in Daniel legimus propter nomē

*et operari & interregi quod in Eustachio regnum, propter novum
etiam eum tuum*

A tuum propiciaberis peccato meo, multū est enim scilicet, nomē tuū ad ignoscendū. Quid est multū est nomen dñi? multum ad ignoscendum. Propensissimum, paratissimum, sufficientissimum ad indulgendū, quantūvis grauia peccata nostra. Multus est rex ad condonandum ciuis iniuriam, multus est fluuius ad lauandum vestis fordes, aut ad *nes.* *Similitudi-*

extinguendam sitim & ardorem, sic multum est nomē Domini, & Dominus multus est ad ignoscendum. Iam aperte demonstratum est (meo iudicio) quod in versu illius psalmi, multum, refert Dei nomen, non peccatum. Et quid alienum ab scriptura dicemus, si docuerimus hoc nomen, de quo tam magnifice scribit David, esse sacratissimum nomen Iesu? Audite Petrum Apostolum. Cum mirarentur *Acto. c. 3.* turbæ in admirabili sanitate claudi hominis ab vero martris, inquit ad illos: *Quid miramini in hoc quasi nostra virtute, aut potestate fecerimus hunc ambulare?* Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Iacob, Deus patrum nostrorum

B glorificavit filium suum Iesum. In crastinum vero prædicauit ad omnem populum in hæc verba: Si nos hodie disjudicamur in benefacto hominis infirmi, in quo iste saluus factus est, notum sit omnibus vobis & omni plebi Israel, quia in nomine Domini nostri Iesu Christi, in hoc iste stat coram vobis sanus. Neque est aliud nomen sub celo datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri. Vere ergo de hoc nomine scriptum est, quod sit multum ad ignoscendum. Vere de illo cantat David: propter nomen tuum propiciaberis peccato meo, multum est enim. Neq; sic glorificatur Dominus Iesus, in sanitate claudi hominis, aut mortuorum suscitatione, quā cum propter nomen suum peccata nostra atq; crimina lassantur. *Quantum autem curæ sit patri cœlesti clarificare filium suum Iesum dominum nostrum, vel ex hoc uno facile deprehendes, quod ex debito, quātū pro mei ingenij paruitate coniugere possum, glorificationē debere ei.* Sic enim ad patrem filius orans

Super Psal. 50. Homilia decimatercia.

Ioan. 17. dixit Pater clarifica filium tuum, & posteā: Ego te clarifi- C
caui super terram: opus consummavi quod dedisti mihi.
Clarifica me, quia ego te clarificauī, & quidem usque ad
sanguinis effusionem, & mortem ex obedientia tua. Cum
ergo fide, Iesu Christi nomen apprehenderit, virtutemq;
eius cognoverit, firmissima spe concepta inquit: Propter
nomen tuum propiciaberis peccato meo. Multò clarius
habemus nos sermones Euangelij, vnde in veram & cer-
tam spem veniae & remissionis erigatur mens nostra. O
noster, quaterque beati, quibus assiduus est sermo in fine
nostrarum orationum: Per Dominum nostrum Iesum
Christum filium tuum. Habuit antiquus ille Dei popu-
lus Abraham Isaac & Jacob, tanquam mediatores, in suis
necessitatibus, spes eorum non confundebatur, oratio eo-
rum siebat exaudibilis, in conspectu Domini. O magnum
Spes no-
stra. gaudium nostrum, o firmior coelis spes nostra. Patrem ora-
mus per Dominum nostrum Iesum Christum filium suum,
qui usque ad mortem eum glorificauit. Propter Abraham D
dilectum orat Moyses & propter Isaac seruum, & pro-
pter Jacob sanctum. Nullus tamen eorum ausus est dicere
propter Abraham filium tuum. Nos autem populus acqui-
sitionis, gens sancta, pleno ore, pleno inquam spe & gau-
dio orantes dicimus: Per Dominum nostrum Iesum Chri-
stum filium tuum. Videte ergo qualē fiduciam conci-
piat religiosa mens, cum orat Deum patrem omnipoten-
tem, dimitte nobis debita nostra per Dominum nostrum
Iesum Christum. Hęc est firma anchora spei nostrę, quod
Dominus Iesus est aduocatus patronus & refugium no-
strum. Omnia viscera nostra melle & dulcore redundant
cum orantes dicimus: Dimitte nobis debita nostra per Do-
minum nostrum Iesum Christum. Hęc omnia diximus enar-
rātes qualiter iam quarto orat sanctus David propiciatum
peccatorum abundantiorē, ad instructionem nostram &
doctrinam. Iam ad eius orationem accedamus.

Auerte

- A) Vide effectum aspectus terribilis, & oculorum ira ardentiū , examinis redditur etiam illa, quæ charissima erat Esther, scilicet. Sic & charissimus Ioannes tanquam mortuus cecidit ad pedes Domini Iesu, cum oculo eius velut flammarum ignis ardentes videret. Hæc facies est, de qua inquit sanctus David. Auerte faciem tuam à peccatis meis, si enim ardentibus iratisq; oculis respexeris, sustinere non potero, sicut nec Esther sustinere potuit terribilem aspectum iratumq; regis. Videte iam quanta dulcedo, ex mansueto respectu eius emanauit. Conuertiturque Deus spiritu regis in mansuetudinem & festinus ac metuens exiliavit de folio & sustentans eam vlnis suis donec rediret ad se, his verbis blandiebatur: Quid habes Esther? ego sum frater tuus. Noli metuere, non morieris, non enim pro te sed pro omnibus hæc lex constituta est, &c. & osculatus est eam. Deniq; omnia quæ voluit concessit illi. Vides quanta, quā munifica ac dulcia dona ex mansuetudine regis sequātur?
- B) O quantò altiora, quæ tu Domine concedis sunt, quanto beatorem faciunt animam nostram. Respiceret tuum plenum misericordia est. Propter quod sapienter orat sanctus David: Aspice in me & miserere mei, & auerte faciem tuā à peccatis meis, illa scilicet, quā ardente ira cernit Ioannes.

Sciebat enim in lege doctissimus, quantum malum eos *Facies Domini* inuoluit tiquibus Dominus Deus auertit faciem suę clemē mini auertit scriptum enim est in lege. Derelinquet me & irritum *fa.* faciet fœdus, quod pepigi cum eo. Et irascetur furor meus *Deut. c. 31* contra eum in die illo, & derelinquam eum, & abscondam faciem meam ab eo & erit in deuorationem, inuenient eum omnia mala & afflictiones, ita ut dicat in illo die. Vere quia non est Deus mecum, ihuenerunt me hæc mala. Ego autem abscondam & celabo faciem meam in illo die, &c. Heu quantum quamq; graue malum à vultu iræ Dei venit in peccatores, à quibus auertit & abscondit clementię & misericordia suę faciem. Tenebræ super terram, diffunduntur *Similitudo*

Super Psal. 50. Homilia decimatertia.

duntur cum faciem suam ab ea abscondit sol, ad occasum de C
clinans, sicque malæ bestiæ rugientes egrediuntur de cubi
libus suis ad deuorandas animalium & hominum carnes.

Cap. 3. Quale bonū relinquitur nobis, si abscondit & auertit piissi-

mus pater faciem suam? Quod malum non apprehendet
nos? Videte quid in Michæa propheta scriptum sit. Tunc
clamabunt ad Dominum, & non exaudiet illos, & absconde-
ret faciem suam ab eis in tempore illo, sicut nequiter ege-
runt in adiunctionibus suis. Sermonem faciebat sanctus
propheta aduersus oppressores pauperum. Abscondam fa-
ciem meam & erunt in deuorationem, dixit in Moysè Do-
minus, non exaudiam in Michæa & erunt in deuorationē.

Hæc sciens sanctus David inquit, ne auertas faciem tuam à

Psal. 142. me, sed auerte faciem tuam à peccatis meis. Ne auertas fa-
ciem tuam à me, scio enim, quod si auerteris illam à seruo
tuo, similis ero descendantibus in lacum. Hunc locum ex-

Basi. Theo ponentes beatus Basilius & Theodoretus inquiunt. Et vnde D
doretus. de est auersio Dei? Ipse hoc dicit. Non inualida est manus
mea, sed peccata vestra diuiserunt inter me & intervos.

Cum itaq; quid perperam designamus, auertit se. Stude-
mus igitur virtuti, ne in Tartara nequitiæ precipitemur,
vbi nos profundæ inuoluerent tenebrae. Per lacum ergo in-
quem descendere timet David, si auerterit ab illo Deus fa-
ciem suam, profundum malorum & tenebrarū intelligit.

Quod & beatus pater Augustinus confirmat. Hoc est val-
detimendum in peccatis nostris, ne ex contemptu pœnitè-
tiæ auerterat Dominus faciem suā à nobis & sic descēdamus
in lacum, idest, in profundum malorum & inuoluit nos te-
nebræ culparum profundæ. Hanc profunditatem culparū,
& tenebrarum, lacū appellat plœnūq; scripture, in qua pro-

Contemnit. funditatē, cū venerit peccator, contemnit. Quid est conte-
nit? Iam nullam prouidentiam deputat, aut si deputat: ad
eam se pertinere non putat, idest, non excogitat nec mēte-
re uoluit: Proponit sibi peccandi licentiam sine spe venire
habenis

Lacus
quid?

deuolatione
scripturae

A habenis iniquitatis effusis. Non dicit, reuertar ad Deum, *Ezai. 45.*
 ut reuertatur ad me, neque audit, conuertimini ad me &
 conuertar ad vos, id est, faciem meam, quam abscondi pro
 pte peccata vestra. In eandem sententiā venit beatus Gre Grego su-
 goriū. Illi in lacum descendunt, ubi non videant lumen per hunc
 misericordiæ intentionem cordis non dirigant ad cœlos, *Psal.*
 carnis satisfaciant desiderijs, Deum contemnant sicut scri-
 ptum est. Peccator cum in profundum malorū venerit con-
 temnit. Nunquid hæc mala non sunt timēda? Nonne sunt *Prov. 18.*
 fugienda? Nonne est orandus Deus fusis lacrymis & eleva-
 tis contra cœlum manibus? Nonne oportet rugire à gemi-
 tu cordis, & iacere super nudam terram, & labijs lingere
 eam, orantes Dominum, ne auertat faciem suam à nobis,
 & quod auertat illam à peccatis nostris? Ecce qualem do-
 ctem dedit nobis Dominus ad instructionem eorū, qui
 credituri sunt illi in vitam æternam. Sanctum Dauidē pro-
 posuit in medium, in quem aspicientes componamus om-

B nes vitæ nostræ actiones. Peccauit, confessus est delictum *2. Reg. 12.*
 suum, audiuitq; Dominus trāstulit peccatum tuum, & ora-
 uit millies, sollicitus de propiciatu, agebatque acerrimam
 post remissionem pœnitentiam, in cinere quidem & cili-
 cio, in ieunijs, & obsecrationibus cognoscensq; quantum
 referat, ut auertat Deus faciē suam, à peccatis inquit. Auer-
 te faciem tuam à peccatis meis.

Prudentissima oratio, quæ non fraudabitur à desiderio
 suo. Quare non fraudabitur à desiderio suo? quia nim-
 rum faciem suam auertit Deus à peccatis eorū cōtra quos,
 peccatum quod commiserunt, est semper & clamat. Quod
 cum aperite didicerimus à sancto Dauide, qui gemens di-
 cebat, Iniquitatem meam ego cognosco: & peccatum meū
 contra me est semper, iure diximus, quod non fraudabitur
 à desiderio suo. Ad illos conuertit faciem suam pīssi-
 mus pater Deus, qui dolentes cognoscunt iniqutitatem
 suam, nec gloriantur in rebus pessimis. Ecce aliud magnæ
 necessi-

Super Psal. 50. Homilia decimatercia.

necessitatis documentū, sancti Davidis & beatissimi Apo C
stoli Pauli confirmatum exēplo, cognoscere, scilicet, pec-
catum nostrum, habereq; illud, ante oculos mentis nostræ
ad vindictam & flagellum, ad odium, ad ardentem dete-
statiōrem, & iram, non ad nouam complacentiam, & glo-
riationem, & congratulationem, sicut heu, assidue pecca-
toribus contingit, de quibus scriptum est : Lætantur cum

Pro. ca. 2. malefecerint, & exultant in rebus pessimis, quotū viæ per
uersæ sunt & infames gressus eorum. Habendum est ergo
& proponendum ante mentis nostræ oculos peccatum,
quod aduersus legem & sanctum Domini mandatum in-
uerecunde commisimus, vsq; dum vere dicere possimus

Psal. 31. cum sancto propheta: Ego in flagella paratus sum & dolor
meus in conspectu meo semper. Sic nimirum auertit Deus
oculos iræ suæ à peccatis nostris, respicietq; nos, in gemi-
tus ac lacrymas nostras, quas absterget, spē misericordio-
fissime veniæ suæ. Impenitenti ac oblivioni tradenti pec-

Psal. 49. cata sua, terribiliter minat Deus dicens: Existimasti inique D
quod ero tu similis, arguam te & statuam contra faciem
tuam. Similis tui essem, si peccatum tuum impunitum di-
mitterem. Tu enim non solum non vis videre, sed & post
tergum tuum proijcis, ne possis videre illud. Oculi autem
mei, qui iudex iustus sum, contemplatur illud, accediturq;
ira mea & conflatur furor meus contra te. Tacui, nunquid
semper tacebo? Tacui quia misericordiam prærogavi, ini-
quitatem tuam dissimulaui, tempus pœnitentia in delsi.
Sed nunquid semper tacebo? Imò arguam te & statuam con-
tra faciem tuam. A peccatis tuis auertis oculos tuos & quan-
dam tibi vanæ spei securitatem premitis. O magnum ma-
lum nostrum, quia nos ipsos non videmus, nec Deum con-
siderare attendimus. Tunc implebitur quod apud Hiero-
miam scriptum est. Hec dicit Dominus populo huic, qui

Cap. 14. dilexit mouere pedes suos & non quieuit & Domino non
placuit: Nunc recordabitur iniquitatum eorum & visitabit
peccata

A peccata eorum. Hanc extremam calamitatem in exitu animæ eorum experientur, cum princeps mundi huius venierit, vt accuset eos ante illud tribunal magni Dei, vbi sicut *Similitudo* fur, qui cum rapina in manibus comprehenditur, sic obmisercent, imò & confitebuntur, quæcunq; iniuste egerunt, si cut scriptum est. Omnes nos manifestare oportet ante tribunal Christi, vt referat unusquisque propria corporis prout gessit, siue bonum, siue malum. Qualiter autem manifestabuntur omnium peccata suo loco dicemus, si forte contigerit cum Richardo de Sancto Victore. Sint ergo in exemplum nostrum David & beatissimus Paulus Apostolus, quorum alter dicebat. Iniquitatem meam ego cognosco, & peccatum meum contra me est semper, alter vero coram oculis omnium hominum, vsq; in finem temporis, & seculi, antiquam blasphemiam & nimiam crudelitatem suam proponebat. Ego sum minimus Apostolorum, qui non sum dignus vocari Apostolus quoniam persequutus

B sum Ecclesiam Dei, qui prius blasphemus fui. Perpende obsecro prudens lector, quam assidue haberent ante oculos suos duces ac principes militiae nostre peccata sua. Propter quod venia digni habitus sunt, & ad fastigium virtutis, & mentis ascenderunt, vt interim de eorum corona & eius sublimitate taceam. Auertit Dominus Deus à peccatis faciem suam, respicitq; illos dulcissimis oculis clemètia suæ. Iure optimo dicere possum vobis hodie, quod olim sanctus propheta Esaias populo suo dicebat. Hæc est via ambulare in ea, & non declinetis neq; ad dexteram neque ad sinistram. Hæc est via ad inueniendum gratiam, in oculis Domini, & inclinandum cor eius ut auerterat faciem suam à peccatis vestris, quod summis votis erat Dauidi, si proponueritis in oculis vestris peccata vestra, ad vindictam & dolorum. Hæc est via regia digito demonstrata à sacris Apostolis, & prophetis, & quicunq; ambulauerint in ea, requie animabus suis inuenient. Ambulate in ea, ô filij, sint in co-

Super Psal. 50. Homilia decimatercia.

mitatu vestro rex & propheta Dauid, & gentium Doctor C
Petrilacry & sanctissimus Petrus, qui (teste beato Clemente eius disci
m.e. pulo) per singulas noctes à galli cantu usque mane flebat
amare, dimissam iam negationem magistri sui. Fuit profe
cto acutissima sagitta eius respicere, quam in cor discipuli
potenter infixit. Ecce magistri tui Israel, audi illos nec
contemnendos putas, ecce duces tui, sequere eos consors
eris coronæ quicunque laboris comes fueris & particeps.

Orate cum Dauide. Auerte faciem tuam à peccatis meis,
Psal. 78. & ne auertas faciem tuam à me. Orate: Domine Deus vir-
tutum conuerte nos ostende faciem tuam & salui erimus:
orate. Auerte faciem tuam à peccatis meis & omnes ini-
quitates meas dele. Sicut impium est à Deo dimidiā ve
niam sperare & querere: sic certe vanum ab uno & non
ab omnibus peccatis pœnitere. Lex diuinitatis immobi-
liter firmata est, ut de omnibus habeamus pœnitentiam,

Ezec. 18. ut omnia etiam dimittantur nobis. Si impius egerit pœni-
tentiam de omnibus peccatis suis, quæ operatus est, & cu-
stodierit omnia præcepta mea, & fecerit iudicium & iu-
sticiam, vita viuet & non morietur. Omnia iniquita-
tum eius, quas operatus est, non recordabor, in iustitia sua

Iacobi. 2. quam operatus est viuet. Seruanda sunt omnia mandata,
Nota val- qui enim deliquerit in uno, fiet omnium reus, quia omnes
de. iustitiae eius, quas operatus fuerat, non recordabuntur,
agenda est de omnibus pœnitentia, quia impium est à Deo
dimidiā veniam sperare. Orandum etiam pro omnibus
peccatis cum propheta: Et omnes iniquitates meas dele.
De quo verbo multa in superioribus, cum secundum ver-
sum huius psalmi exponeremus. **Quod autem paucis ver-**
bis beatus Ambrosius & Hieronymus annotauerunt, silen

Amb. A- tio prætereundum non est. Exponens beatus Ambrosius
polo. **Dan.** sequentem versum, cor mundum crea in me Deus, inquit.

1. cap. 14. Superius mundari ab occultis se petit, hic postulat cor
mundum creari sibi. Forsitaniam expositionem eius atq;
distin-

A distinctionem declarabimus. Occulta sibi & cogitatu suo timer pro eisque valde solicitus est & orat: & omnes ini-
quitates meas dele. Dixit beatus Hieronymus. Præteritas Hieron. su
præsentes, & futuras. Nec solū hoc loco orauit pro occulta per hūc lo
rū culparū remissione, verū & alias cū dicebat: Ab occul- cum.
tis meis munda me & ab alienis parce seruo tuo , delicta Psal. 18.
quis intelligit? Optimus ordo nimirum. Primo multa de Peccata oc
licta nostra fugere mentis nostræ captum, demonstrat, de culta.
quo , non sicut cæteri homines vœcordes, solicitus & ti
moratus , pro occultis orat. Ab occultis meis munda me,
omnes iniquitates meas dele, quasi diceret: Vñque huc duo
hæc grauissima peccata, quæ mihi & omnibus sunt mani
festa, homicidium, scilicet, & adulterium, graviter clama
bant contra me, pro quibus ecce quam multus in lacrymis,
quam assiduus in orationibus , quam ardens in confessio
ne eorum fui, cum tamen , quasi nullus sit, qui delicta mea
intelligat, iam oro, vt etiam illas iniquitates , de quibus cū
B cæteris hominibus communem habeo ignorationem, de
leas & remittas. Optima regula pro his qui certam deside
rant facere suam vocationem & electionem ex bonis ope
ribus, & ad magnam doctrinam , vobisque quam multum
necessariam nos inuitat.

Duo sunt, quæ ex diuino mandato , sanctissimaque Dei
lege sub magna obligatione inuoluunt omnes peccato
res terræ. Alterum est voluntarius dolor pro illis pecca
tis, quorum opera ante placuerunt, quicquidem pœnitent
ia dicitur. De quo dominus in exordio suæ prædicationis. Matt. 4:
Pœnitentiam agite & appropinquabit regnum cœlorum.
Alterum est, confessio eorum etiam, quæ occulte gessimus
imprudenter irreuerenterq; cōtra Dominum & sanctum
eius mandatum. De quo non extat tam apertus locus scri
pturæ, sed manifesta argumentatione ab eo deducitur, vn
de ab orthodoxo negari non potest. Accipite Spiritū san- Ioann. 20:
ctum : quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, quorū

Super Psal. 50. Homilia decimatertia.

Confessio. retinueritis retenta sunt. Remitti sine cognitione non pos- C
sunt, nec ista haberis sine confessione, hæc ergo est necessaria. Pœnitentia ergo & confessio est necessaria ad salutem,

Nota Val- vtraque peccatorum est. De quibus dixit David: Delicta de. quis intelligit? Videte iam quanta vobis in pœnitentia &

Recorda- confessione, scrutatio & indagatio mentis & consideratio tio pecca- nis sit necessaria. Magnus morbus hic est, & timeo valde torum. quod ex multis millibus hominum, unus inuenitur, qui omnia, quæ sunt ad rem hanc necessaria, perficiat. *Quis* vias suas considerat tempore pœnitentiaz, & confessionis? *Quis* per diem integrum, unius anni, vitam mores, consue tudines suas, officia, negotia, etiam si magna & difficilia fuerint, perscrutatur? Delicta quis intelligit? inquit sanctus David, propter quod orat: Omnes iniquitates meas dele, ab occultis meis munda me. Ettu, o homo, qui usque ad diem hanc perditissimis moribus indulsist, diuini nomi nis irrisor & maiestatis, alienorum raptor per mille no cendi modos, sine inquisitione tantorum malorum ad con fessionem accedis? Sine vigilie indagatione peccatorum tuorum doles? Heu quantum malum hoc est. *Quamq;* ve hemens impœnitentis animi indicium. Docuit apertissime hanc doctrinam Ezechiel propheta cum de nostra pœ nitentia sermonem ageret. Cum auerterit se impius ab ini pietate sua, quam operatus est, & fecerit iudicium & iusti tam, ipse animam suam vivificabit. Considerans enim & auertens se ab omnibus iniquitatibus suis, quas operatus est, vita viuet & non morietur. In qua sententia solummodo duo verba notate. Considerans (inquit) & auertens se. Cum quis adulterat, adhæret voluntas eius adulterio, cum quis irascitur aduersus fratrem suum vindictæ & ultioni adhæret voluntas eius, & quia hæc mortifera sunt, discede re, & auertere oportet ab illis ut viuamus. Hoc autem per odium & detestationem contingit pœnitentibus. Ex hoc sequitur manifeste esse ad auersionem à malo necessariam

Cap. 18. consider-

A considerationem eius, hoc est cognitionem, quam per considerationem acquirimus, in incognita enim non fertur voluntas. Est ergo secundum prophetam ipsamque naturalem rationem, necessaria consideratio, hoc est, recordatio mali, ut ab eo se auerterat voluntas per odium & pœnitentiam & confessionem. Vnde notate. Magis necessaria est *Nota*. huiusmodi recordatio propter confessionem, quam propter solam pœnitentiam, singulorum namque facienda est confessio, & omnium simul sufficit unus dolor. Considerans enim quis simul centum peccata ad eorum remissionem, unus & idem dolor, qui est contritio, sufficit, & singularum singularis facienda est confessio, non enim sufficit in confessione dicere, decies peccavi mortaliter, cum in illis homicidium, adulterium, furtum, festi violatio inueniantur. Videtis, quam aperto sermone vobis demonstrauerimus, considerationis vita præterita, & actuum eius recordationis necessitatem? Nec per haec quæ dicimus in *Antonius*, aliam sententiam nos subscribere existimetis, quippe cum *nus. 3.p.ti* datur tempus & persona quæ quam multa adhibita consideratione, præteriti peccati non recordatur, & omnibus *18.in prin* peccatis in communi dolet, & non solum de negligentia cipio. sua, hic certè animam suam sanctificat sicut in multis, capi *Cap. Pode-* tulis determinatur. Sed per haec docere desideramus, quæ ret. *50.di-* necessaria sit inquisitio nostrorum peccatorum, quæ qui-*stin. &c.* dem in precepto includitur. Tenemur namq; confiteri om*2.de pœni* nia peccata mortalia, quorum memoriam habemus, sicut *tertia.d. 7.* docet Concilium Florentinum, hoc quidem præmissa in- *Nota Val-* quisitione diligent, secundum possibilitatem fragilitatis de- *humanæ*. De qua dixit Doctor subtilis *Scotus*: Intelligo *Scotus. in.* quantam inquisitionem posset aliquis apponere, circa ali- *4.dist. 17.* quod multum arduum, quod sibi multum esset cordi, ranta *arti. 2.* debet apponere circa omnia peccata mortalia, reducenda *Antoni-* ad memoriam. Dixit de hac re beatus *Antoninus*: Ad recor- *nus, ubi su-* dahum deberat adhibere studium & conatum illū, scilicet, *pra-*

Super Psal. 50. Homilia decimatercia.

quem in re multum graui & quæ sibi maxime est cordi, ad C
hibet ad eius recordationem. Sed sacrum Concilium Tri
den. Sess. 14. cap. 5. Postquam quisquam diligentius se ex
cuserit, & conscientia sua sinus omnes & latebras explo
rauerit, ea peccata confiteatur, &c. reliqua autem peccata,
quæ diligenter consideranti non occurunt, &c. Iam atten
dite nobis, quod licet Concilium Florentium dicat tene
ri nos confiteri omnia peccata, quorum memoriam habe
mus, per quod videtur à necessitate contritionis & confes
sionis oblitera peccata excludere, hoc tamen non simplici
ter intelligitur, sed cum post diligentem indagationem,
meminisse nequit peccator. Tunc quidem ex ignorantia
inuincibili, nec conteri in particulari, nec confiteri tene
tur, sed excusatur. Cum vero ex culpa sua oblitus est, sic co
fiteri tenetur, quod per obliuionem non excusat, atque
adeo per absolutionem non recipit gratiam. Hæc quidem
vniuersorum magistrorum cathedra docet, vnanimisque
est eorum sententia, à qua discedere, aut contradicere non
licet. O tempora ô mores, ô misera sors nostra, ô humana
Ipsa. ca. 42. cæxitas & crassitudo. Cæci intuemini ad videndum, surdi
audite. Ille, qui corda & renes scrutatur in cuius conspectu
omnia sunt nuda & aperta Dominus Deus noster Hierusa
lem peccatorum iudicium facturus, lucernam promittit se
accensurum & scrutari omnes vias eius. Et erit in tempo
Sopho. c. 1. re illo, scrutabor Hierusalem in lucernis, & visitabo super
viros defixos in fæcibus suis. Quid tibi cæco, ignaro, obli
uioso esset faciendum ad cognitionem & recordationem
tantorum peccatorum, sicut usque ad horam hanc commi
sistis? Hanc diligentem indagationem, ac inquisitionem do
Luc. c. 15. cuit nos Dominus Iesus sub parabola mulieris, quæ dra
chmam perdidera, ad quam inueniendam euertit totam
domum, & accedit lucernam. Accende & tu lucernam di
ligentissimæ considerationis, & euerte totam vitam tuam,
& inuenies multa & magna peccata, quorum obliuione la
borabas.

Ab orabas. Ad vos, o sacri munieris sacerdotes cōuerto hodie Confesso-
sermonem meum & obtestor per Christum, & sanguinē res.
eius, per salutem animarum vestrarum & ouium vestrā
curz commissarum, vt in lucernis scrutari Hierusalem stu-
deatis, cum ad confessionem rūdis ignaraque plebs acce-
dit, sed in cœstīnum differte absolutionem, vel in tertium
diem, hanc domus conscientiæ euerſionem mandantes.
Quid dicam aduersus pōpūlūm & medicū eius? Quippe
qui sub triū horarū spatiā viginti hominū audiunt
confessiones, quos omnes absolutione dignos inueniunt.
Heu, heu, si cœcūs cœcum ducit, nunquid non vterq; in fo-
rueam præcipitabuntur? Recogitare omnes annos vestros
in amaritudine animæ vestræ, sicut sanctus Ezechias in *Ezai. 34.*
suo cantico promittebat, attēndentes quam multa peccata
vos lateant, quæ recogitatione manifestantur. Habetis san-
ctum prophetam in doctorem, qui hæc considerans ora-
bat, ab occultis meis mūda me, & omnes iniquitates meas
B dele. Cum talis timor occultarum sollicitat cor nostrum,
considerat quidem vias suas, & auertit se per pœnitentiam
& dolorem, & impletur quod Dominus per Ezechielem
promittebat: Vita viuet, & non morietur. Considerans se
& auertens se ab omnibus iniquitatibus suis, quas ope-
ratus est, vita viuet & non morietur, & etiam si mor-
tuis naturali morte corporis fiterit, viuet dono
& gratia Dei & Domini nostri Iesu Chri-
sti, qui cum patre & Spiritu sancto re-
gnat in secula seculorum.
Amen.

SUPER PSALMVM QVINC

quagesimum. Homilia decimaquarta.

Cor mundum crea in me Deus : & spiritum re-
ctum innoua in visceribus meis.

A R G V M E N T V M.

VAM sublimis sit prima oratio huius versus in qua
summum bonum huius vitæ & future a Domino
exorat propheta, quodq; munditia cordis per inhabi-
tantem spiritum sanctum, comparetur, ipsumq; esse
Deum & creatorem nostrum. Deinde vero quod preciosior &
longè magnificentior sit cordis mundi creatio, quam uniuersi,
& quod inter omnia opera nostra, qua ad hanc munditiam con-
ducunt, diuina dilectio primatum tenet. Proponuntur beatorum
Ambrosij & Gregorij sententie, ex quibus cum multa doctrina, D
urgentiq; fructu texitur oratio. Secundo, loco altera oratio eius-
dem versus, ubi magnum bonum recti cordis declaratur cum
suo contrario, & quid sit, aut in quo, hæc rectitudo consistat,
occasione autē prime expositionis de primario ac superexcelsō
Dei nomine difficultas eiusque absolutio cum beato Dionyso
& Damasco, & Cypriano.

Cor mundum crea in me Deus : & spiritum re-
ctum innoua in visceribus meis.

Mat.ca.5. **S**Vmmopere intendēdum præsenti orationi iudico, quā
fusis lacrymis offeret Domino Deo in multo desiderio
animæ suæ sanctus confessor Dauid, cuius secretā virtutem
si penetraverimus, accēdetur mens nostra, ad clamandū cū
illo, cor mūdum crea in me Deus. Sublimis est hæc oratio,
summumq; bonum præsentis vitæ complectitur & futuræ
certissimum pignus, cum scriptum sit, Beati mundo corde,
quoniam

A quoniam ipsi Deum videbunt, nō quidem in hac vita mortali, quod nulli hominum quantumvis magno contingit, sed in futuro seculo, vbi tempus commodum & locus paratus est retributioni & præmio. Bonum huius vitæ mūditia est cordis, bonum sed non optimum, alterius videre Deū, sicuti est. De quibus duobus verbis nihil in præsenti homilia, ne doctrinæ ordo rumpatur, cui intēdimus. Necessariò tamen de illis agendum cum sit, singularem scripturam considerant, quam eis tribuemus. De primo cōstat veram esse sententiam, qua diximus esse præsentis vitæ bonum, cordis munditia, quæ supetueniente Spiritu sancto operatur. Sic enim scriptum est. Emitte spiritum tuum & creabuntur & *Psal. 103.* renouabis faciem terræ. Crea Deus cor mundum in me (in quicquid sanctus propheta) id est, emitte Spiritum sanctum tuum, qui gratia sua lauet fortes animæ meæ, ipse adueniens inhabitet in me, & sic creabitur cor mundum in me. Hanc do. *Roman. 5.*

B trinam habentus à beatissimo Paulo Apostolo. Charitas *Spiritus* *Sanctus* *Dei* diffusa est in cordibus nostris (inquit) per Spiritum sanctum, qui datus est nobis. Datur ergo, & infunditur *Spiritus* *est Deus.* *Spiritus* *sanctus* in iustificatos. Hoc fuit firmum argumentum *Argumen-* *beati Athanasij* mille locis aduersus Arianos, ad comprobātum pro di-*dam* diuinitatem *Spiritus sancti*, & consubstantialitatem unitate cum patre & filio. Hoc etiam arguento passim virtutis *Spiritus* *Dydimus* ad eandem demonstrationem. Quidam *Spiritu sancti*. *A-* *sancto* pleni esse dicuntur, nemo autem siue in scripturis, *thanasi* ad siue in consuetudine plenus creatura dicitur. Neque enim *Serapionem*. aut scriptura sibi hoc vendicat, aut sermo communis, ut *Dydimus* dicas plenum esse quempiam Angelo, throno, dominatio- lib. de *Spiri-* *ne*. Soli quippe diuinæ naturæ hic conuenit sermo. Dici virtus sancti. mus autem virtutis & disciplinæ quosdā esse plenos. Hæc *Hierony-* *Dydimus*. Et in fine tertij libri exponens locū illū *Ioannis*, mo inter- vbi dicitur de Iuda traditore, quod introiuit in eum *Satrapes*. 9. nas, inquit, postquam confirmauit superiorem sententiam: *Corno*. 1. 1. Ad id verò quod secundum posueramus exemplū, quia in *Cap. 13.*

Super Psal. 50. Homilia decimaquarta.

Satanus Iudam introisserat Satanus, hoc est dicendum. Observas dia C
quomodo bolus quibusdam motibus & operationum signis, ad quæ
intravit in potissimum cor Iudei esset proclivius, deprehendit eum
Iudam. patere insidijs avaritiae, & reperta cupiditatis ianua, misit
in mentem eius quomodo desideratam pecuniam accipe-
ret, & occasionem lucri, proditor magistri, & saluatoris sui
existeret, argentum pro pietate commutans, & suscipiens
preium a Pharisæis atq[ue] Iudeis, &c. Introiuit ergo non se-
cundum substantiam, sed secundum operationem, quia in
troire in aliquem in creatæ naturæ est, & eius, quæ partici-
patur a pluribus, im participalis est diabolus, non creator.

Legendus Constat autem in Spiritum sanctum esse creatorem & domi-
est Orig.li num nostrum, si quidem aduentus eius creatur cor mundū,
bro.3. Pe- & renouauit facies terræ. Solius enim in creatæ naturæ, &
riarch.c.2 infinitæ, est seipsum intra aliam naturam infundere. Ad
rem ergo redeamus.

Orat sanctus propheta dicens: Cor mundum crea in me
Deus, acri diceret. Scio ad creationē mūdi cordis adesse Spi D
ritū sanctū tuū, o pater cœlestis, Scio lōge excellētiorē hāc
creationē illa, quæ prius facta est, cū nō esset mūdus aut cœ
Psalm. lum. Tūc enim verbo tuo facta sunt omnia, mādasti & crea-
ta sunt astra, cœlū, mare, & omnia, quæ in eis mouētur, nec

fīc, dum creaturæ producerētur, cōsortes factæ sunt diuinæ
naturæ tuæ, incapaces enim sunt & sanctificationis, & diui-
nitatis inhabitatīs? Nūc autē, si cor mūdū creaueris in me,
diuinitati tuæ tēplū cōfēcrabis, vt inhabites intra cor meū,
nec exibis a me, non enim deseris iustificatos, nisi ab eis de-
Creatio. 2. seraris. Pondera ergo, quā sublimis, quā longe magnificen-
sublimior tior sit hæc secunda creatio, in qua esse diuinū mūdis corde
quam pri- tribuitur. In qua impletur quod scriptum est. Ego dixi, vos
ma. dij estis & filii excelsi omnes, cōsortes enim redditū sunt di-
Psal. 8 r. uinæ naturæ. In prima creatione esse naturale sublime, mi-
1. Pet. c. 1. nusve altū tribuitur cūctis creaturis, in hac verò, esse diu-
num amplius & amplius participatum, secundū vniuersitatisq[ue]
mabul disp-

A dispositionē aut virtutē, ut euāgelico vtatur verbo. Cor Matt. 25.
 mūdū ergo crea in me Dēus, amplius per hoc magnificatu
 rus tuū nomē & potētiā, quā cū primo creabas omnia, quæ
 à te sunt cōdita. Tūc enim sub potētia, obedientiali, adhuc
 cum non essent, tibi erant subdita, vocasti ea, & dixerunt:
 Ecce ad sumus, & stellæ luxerūt tibi cum iucunditate; cl^a Baruch. 3.
 ruitq; in eorum cōstitutione omnipotētia tua gloriosa, cū
 in nullo præsupposito subiecto, aut materia operaretur mā
 nus tua. Materia enim cunctarum rerum in tempore etiam
 creata est. Nunc autem si cor mundum creaveris intra vi-
 scera mea, si rebellem voluntatem meam dulci oleo mis-
 ricordię tua traxeris ad te, declarabitur infinita bonitas ac
 misericordia tua, qui iniūcū tuum non inclusisti intra
 Barathrum angustiarum & dolorum, quin potius venisti
 ad eum, sanatus plagam magnam, quam peccatum fece-
 rat. Vidimus in superioribus, quam immundum sit cor no-
 strum, cum peccato polluitur, nec oportet iterum, quæ iam

B exposita sunt, hūc adducere, supereft vt munditiam cordis
 scrutemur, quæ & qualis sit. Vidimus namq; quanta sit pul-
 chritudo, qua mens nostra diuinis donis decoratur, vnde
 constat duplice esse stolam candidam, qua vestitur. Altē
 ram quidem gratiæ & donorum, quæ infunduntur cum
 ipsa, alteram vero, quæ quotidianis bonis operibus conte-
 xit, qua honestatur valde, & splendet, sicquæ apparet pul-
 cher Ioseph talari tunica decoratus inter fratres suos. Mun *Munditia*
 ditia ergo cordis in carentia omnium vitiorum consistit, *cordis*.
 & præcipue in castitate. Vnde Chrysostomus super Mat- Chrysostomus
 thæum. Mundos hic appellat, aut vniuersam virtutem ha- mus,
 bentes, & nullius sibi mali conscos, aut continentia con-
 spicuos, de quo infra. Sed non tacebo, nec silentio præter- Amor dei,
 eundum est, quan efficax est ignis amoris diuini ad pur-
 gandam animam, mundificandumque cor nostrum. Hic
 enim principem locum in omnibus donis diuini & san-
 torum operationibus obtinet. Quantumvis durum sit similitudo
 sepede ferrum

Super Psal. 50. Homilia decimaquarta.

ferrum impenetrabileque, si tamen intra flammam ignis ali C
quandiu commoretur, totum rubet, & quasi in ignis tran-
sit naturam, operationemque eius habet. O super cœlestis
ignis à regalibus sedibus veniens, cum ferreum cor no-
strum accendis, cum durissimam faciem meam attingis,
calet cor & exardescit ignis, quo purgatur, consumitur
& excoquitur omnis scoria mea. O utinam completerentur
Domine Iesu illa flammatia desideria tua, quibus signi-
ficabas te venisse ad accendendum inflammandumq; vni-

Luc. c. 12. uersum mundum. Ignem veni mittere in terram, & quid
volo nisi ut ardeat? Aperi nobis cor tuum, aperi nobis sa-
crum latus tuum, ut inde aditus pateat ad ignem diuinita-
tistuæ, ad ignem charitatis tuæ. Quomodo, aut quo tem-

Præsepe do min. pore misit Dominus Iesus hunc ignem in terram? Mittit
ignem usque in diem hanc à præsepio, in quo positus fuit,
cum primo natus est. Constringebatur gelu & frigore, &
ardet religiosa mens, quæ ipsum considerat. Et ut cætera
taceam, pendens in cruce sanguinolentus & effundens san D
guinem misit ignem ardētem, quo montes, sicut cera,
fluxerunt. Huc attende pijs oculis & dirige aciem mentis
& considerationis, si ignem istum desideras, quo integerri-
ma munditia cordis comparatur, sicut per multa capitula
in nostris opusculis & præcipue in eo quod lignum vitæ
intitulatur, declarauimus. Ora clamans cum propheta. Cor
mundū crea in me Deus: quia magnū bonū hostrū hoc est,

Mati. 5. certissimūq; pignus cōsummatæ beatitudinis, sicut à Dño
promittimur. Beati mūdo corde quoniā ipsi Deū videbūt?

Amb. A- Beatus Ambrosius exponens præsentem locum inquit:
polog. Da- Superius mundari ab occultis petiri, hic postulat cor mun-
uid. 1. cap. dum creari sibi, quod ei prouenit, qui renouat spiritu.

14. In nouo enim homine cor mundum est, in quo veterum
delictorum fuerit deleta colluuiæ, neq; inscripta māserit
aliquæ iniquitatis effigies. Grande autem unius, cordis esse
mundi. Vnde pulchre Salomon. *Quis gloriabitur castū se*
habere

A habere cor? Beatus Gregorius habitatorem cordis mundi *Grego su-*
considerans, qui Deus & spiritus eius est, ad comparādam per hanc lo-
hanc munditiam mentalem, accingit audientes. Si illum cum.
qui ab omni peccato mundus est, in cordis hospitio habe-
re volumus, oportet primo, ut illud ab omni vitiorum for-
de purgemus. Emundemus ergo interiora cordis nostri, &
diligenter peccatorum nostrorum secreta scrutemur, ne
ex affectu nostro peccati delectatio pullulet, ne turpe desi-
derium cor in occulto titillet, ne passionum ex eo conten-
tiones prodeant, ne peruersarum cogitationum dispensa-
tiones aliquando erumpant. Templum enim Dei, non po-
test esse pollutum, quia scriptum est. Templum Dei san- 1.Cor.3.c.
ctum est, quod estis vos. Verum quis gloriabitur mundum
se habere cor, aut immunem esse se à peccato? Dic mihi, ô
homo, quale stratum, qualis munditia deceat Dei templū
& domum? Domum tuam decet sanctitudo in longitudi- Psalm.92.

B sermonem agens. Illa autē omnis pulchritudo vmbra erat
signumq; eius, quæ in mente nostra per singulos dies infi-
genda est. De qua sacratissimus Paulus. Renouamini spiri- Ephes.4.
tu mentis vestræ, & induite nouum hominem, qui secun-
dum Deum creatus est, in iustitia & sanctitate veritatis.
Duo docet, renouationem spiritus & mentis, & indumen-
tum noui hominis, & hoc quidem in veritate. Primū acqui Renouatio
naturum cum carnalibus desiderijs à corde exclusis, omnē mun mentis.
di gloriam mente despiciamus, cum animam medullitus in
conditoris gloriam & amorem infigimus, cum illatis iniu-
rijs, patientiam custodimus, & custodita patientia, dolore
à corde repellimus, cum omnibus, per humilitatem, nos in
feriores deputamus, de morte inimici nullatenus exultan-
tes, aliena non ambientes, propria egentibus distribuētes,
amicum in Deo & inimicum propter Deum diligentes, in
afflictione proximi nos ipsos affligentes. Ecce quomodo
renouatur spiritus mentis nostræ, de quo dicebat idem

Aposto-

Super Psal. 50. Homilia decimaquarta.

2. Cor. 5. Apostolus: Si qua igitur in Christo noua creatura, vetera C
Vetus ho- transierunt, ecce facta sunt noua. Ad veterem quippe ho-
mo.

minem pertinet, mundi huius gloriam concupiscere, ani-
mum à Deo auertere, patientiam non seruare, opportuni-
tatem vindictæ exquirere, melioribus quibusq; despectis
superbire, aliena diripere, propria detinere, nullum pro-
pter Deum diligere, de inimici morte gaudere. Hæc au-
tem omnia ille respuit, qui Deum induit, quiq; in nouitate

3. Cor. 5. virtæ ambulare contendit. Hæc omnia sub alia verborum
forma nobis tradit idem Apostolus. Pascha nostrum im-
molatus est Christus, epulemur itaque in azymis syncerita-
tis & veritatis, non in fermento malitiæ & nequitiae. Modic-
cum enim fermentum totam massam corrumpit. Modica
malitia, cordis munditiam maculat, in quo habitaculum si-
bi elegit Deus. Quod si talis sanctitas & munditia domum
Dei decet in hoc seculo, ut dignum maiestatis suæ conse-
cret habitaculum, qualis erit necessaria ad Deum videndum?

Notæ. Mundis corde enim Dei visio promittitur, quam summis D
votis concupiscebatur sibi David. Notate obsecro. Altior pu-
ritas, puriorq; munditia mentalis, ad videndum Deum re-
quiritur, quam ad habendum eum intra cordis nostri hos-
pitium. Hic enim, cum multis peccatis venialibus aggra-
uatur cor nostrum, non tamen fugit à domo sua habitator

Apoc. 21. Deus. Illic autem nihil coquinatum potest introire. Pro-
pter quod sanctificatis, in eorum exitu purgatorijs ignis pa-
ratur, ut perfecte mundentur ab omni macula & immun-
ditia. Cum ergo totum bonum praesentis vitæ sit habere
Deum per cordis munditiam, & totum bonum patriæ cœ-
lestis habere eum per claram visionem, intelligite quale &
quantum studium, quam assidua & affectuosa debeat esse
oratio nostra in exorando diuino suffragio, ut cor mun-
dum creet in nobis Deus noster? Facile est rem hanc in eo
quod sancto Esaiæ contingit considerare. Ascendit in altum
contemplatione, eleuatusq; fuit in mentis excessum, vnde
Cap. 6.

& do-

A & dominum sedētem super solium excelsum & eleuatum
vidit, maiestatemque eius qua domus vniuersa erat plena,
vidit beata Seraphim clamantia. Sanctus, Sanctus, Sanctus,
Dns Deus exercituum. Nec tamen nudam Dei essentiam
& diuinitatem vidisse illum existimetis, sed Dnm Iesum
in forma humana apparenti, sicut exponit beatus Hierony-
mus & interpretatur sacratissimus Euanglista Ioannes. Et *Hierony-
mus super*
hic talis ac tantus propheta in cōspectu sedētis super maie- *hunc locū.*
statis soliū, vñ, inquit, quia vir pollutus labijs ego sum. Ad *Cap. 12.*
cuius mundationem, vñus de Seraphim volauit & accepit
de altare calculum ignitum, & tetigit os eius, & dixit: Ecce
tetigit hoc labia tua, & auferetur iniquitas tua, & peccatum
tuū mundabitur. In quo etiam notate, quam paratus sit Dns
Deus ad conferendū cordis nostri mūditiam, illis maxime
qui, vñ, dicūt. Vñ, dolētis interiectio est. Ad quos non solū
venit Seraphim, sed volat, volauit (inquit) volatu celerri-
mo Dei nūtius ad illorū corda mittitur, qui calculū ignitū

B deferat, & ut peccatū eorū auferat, & deleat iniquitatem.
Quā assiduus fuerit beatissimus pater noster Frāscus, in
gemitibus & suspirijs & lacrymis, ut mūditiam hanc mētis *Beatus frā*
perfectius cōpararet, cęcitas oculorū eius sit testis fidelis, *ciscus.*
ad quā præ lacrymarū imbris peruenit, magis eligens
materialibus oculis priuari, quā interioris hominis mun-
ditiā minuere. Hunc nō terret quod difficile valde in hac
vita apparet cordis, scilicet munditia, de qua quā pauci glo-
riari potuerūt, sed in desideriū solicitat animū eius, ex ra-
ritate, pretiositatē, considerantē. Propter hoc est scriptum:
Qui sanctus est, sanctificetur adhuc, & alia scriptura docet.
Pacē sequimini cū omnibus, & sanctimonīā, sine qua ne-
mo videbit Deum contēplantes, ne quis desit gratiæ Dei: *Apoc. 22.*
ne qua radix amaritudinis, sursum germinās impedit, & *Heb. 12,*
per illā inquinētur multi. Magnū ergo bonū est cordis mū-
di possessio, per quā Deus inhabitator eius est in prēsenti
vita, & merces magna nimis in futura beatitudinis requie.

Et

Super Psal. 50. Homilia decimaquarta.

Et spiritum rectum innoua in visceribus meis. Ecce se- C

Grego. su- cundam sancti Davidis orationem. Notauit beatus Grego per huc locum quam cōgruo ordine disposuit has duas orationes sanctum.

ctus propheta, priori siquidem loco cor mundum, secūdo autem rectum spiritum à Deo requisiuit. Prius enim abrenunciandum est tibi omni peccato omnisiq; à corde vitiorum fœditas eliminanda, vt omne quod agitur aut diciatur, eo purum in conspectu Dei ac lucidum appareat, quo ex intentionis origine, quasi de puro quodam fonte, emanat.

Basil. &

Theodore-

tus.

Notauit beatus Basilius & Theodoretus spiritum in hoc loco non sacrosanctū spiritum, qui Deus & creator est, sed rationis impetum debere intelligi. Non enim creatur aut

innouatur ille spiritus, qui omnium est artifex, & creator, qui renouat faciem terræ, quo adueniente in cor hominis inueteratum antiqua malitia, creatur nouum & mundum.

Hierony-

mus.

Nota tertio cum beato Hieronymo, spiritum stabile posse legi, nostra translatio autem bene habet rectum, utrumq; enim hebræa vox significat. Magnitudinem & necessita-

tem orationis præsentis facile deprehendes, si quæ alijs locis scripturæ, & maxime apud hunc nostrum prophetam de cordis rectitudine & spiritus, consideraueris. Alio psal-

Psal. 72.

Nota.

mo (& quidem sub initio eius) sic decantat David. Quam bonus Israel Deus, his qui recto sunt corde, in quo loco illud tibi prius est notandum, quod Israel casus dativus est, id

quod ex græco articulo patet, qui casui dativo additur. Similiter & in hebræo, Lamed adjicitur, sicut ad dativum posteriorem his, qui recto sunt corde. Est ergo sensus: Quam

bonus est Deus Israeli, nimirum his, qui recto sunt corde, vt per sequentem literam exponat propheta, quod priori dixerit. Quid ergo significare vult propheta, cum dicit:

Bonus est Deus his, qui recto sunt corde? Nunquid alicui Deus optimus maximus, natura bonus, est malus, vel saltim tortuosus corde? Nemini certè Deus est malus, aut esse potest, sed, vt mihi videtur, eadem omnino ratione, quæ à san-

cto

A quo Hieremia in Threnis bonus vocatur. Deus sic & in p̄c Cap. 3.
 senti à Davide. Bonus est dominus sperantibus in eum, animæ querenti illum. Iam dico. Natura boni est quod diffusus Naturabo
 sium sit sui ipsius & cōmunicabile. Hac ratione cōproba ni generamus & reperimus in Deo generationem æternam, quia tan
 tio æternatus est filius, sicut ille qui genuit. Cum enim pater sit infinita bonitas, infinito modo est communicabilis, sicque gene
 rat filium sibi consubstantiale, cōæternum & per omnia
 cōæqualem. Hæc est ad intra communicatio summa illius
 bonitatis. Ea autem, quæ ad extra ipsum Deum est, in pōde
 re fit & mensura, secundum magis aut minus, sine sui aliqua
 mutatione, diffundit. Deus suam bonitatem suis creaturis,
 bonitatem, inquam naturalem, quæ ipsis tribuit esse & vi
 uere & perfectionē secundū genus & species suas. Alia est,
 & quidem sublimior altiorque communicatio huius diuinæ
 bonitatis. Hæc est secundum gratiā & dona Spiritus san
 cti, quibus tum angelicatum humana natura, diuinæ reddi
 tur cōsors. De hac est sermo prophetarum Davidis & Hier
 emia dicentium: Bonus est Deus his, qui recto sunt cor
 de, aut sperantibus in eum, aut animæ querenti illum, id est,
 suę bonitatis est Deus, multum diffusus his, qui recto sunt
 corde & sperantibus in eū, & animæ querenti illum. Mag
 num hoc nimirum est, summeque desiderabile, nobilitat
 & magnificat cor hominis & excelsam reddit animā, quæ
 rehabet illum, & in ipsum sperantem. Virtutis suæ diffusus
 est sol etiam usque ad terræ viscera, vbi aurum purum
 & argentum generatur. Omnibus communicat infinita
 illa bonitas Deus seipsum, aut secundum esse naturale, aut
 gratiæ, maximè autem his, qui recto sunt corde. Intra eō
 rum viscera aurum & argentum purissimum cœlestis chari
 tatis, & gratiæ diffundit. Quod attendens noster prophe
 ta oravit & dixit. Et spiritum rectum innova in visceribus
 meis. Ac si diceret: Scio expertusque fui, cum ambulabam
 coram te corde recto, quam abundanter bonitatem tuam

T mihi

Super Psal. 50. Homilia decimaquarta.

mihi communicabas, iamque in magnum malum meum C
cessauit fluess gratia tua, quia tortuosum factum est cor
meum, dum ad carnales delicias inclinatus est, innova ergo
in me spiritu rectu, ut innoues etiam gratiam tuam, & pretio
sa dona, quae rectis corde preparasti. Ecce quam bonus est
Deus his, qui recto sunt corde, quam munificus & libera-
lis, quam suae bonitatis diffusius & communicabilis. Vide
te iam qualis sit erga Deum suum homo non habens re-
ctum cor & spiritum. Vel si placet rem hanc suis numeris
absoluamus, priusquam huic considerationi accedamus.

Dionysius Beatus Dionysius Areopagita statim in principio quar-
ti capituli de diuinis nominibus, proponit magnam hanc
Theologiam & huic loco valde congruentem. Si igitur
oportet iam sermone ad ipsam eamus boni nominatio-
nem, quam excellenter attribuunt theologi supernae deita-
ti, & ab omnibus determinat, ipsam (sicut reor) thearchicā
Nomen

Dei primū ut substantiale bonum: ad omnia existentia extendit boni D
tatem. Ecce quid de primo Dei nomine sentiat beatus Dio-
nysius. Sed ut ea, quae sumus dicturi maioris pretij, mul-
toque sublimioris sint estimationis, quam si sola Dionysij
auctoritas commendaret, quae & sola sufficeret, verbum

In primis illud est notandum, ex antiquorum Theologo-
rum doctrina accepisse Dionysium ipsam diuinam subsi-
stentiam, bonitatem vocari. Qui obsecro fuerunt theolo-
gi antiquiores Dionysio, qui tradiderunt hanc doctrinam

de nomine diuinæ subsistentiæ, quae vocari debet boni-
tas? Quis nisi sacratissimus Paulus magister eius, qui de
Dionysio aliisque similibus dicebat, loquimur sapientiam

1. Cor. 2. inter perfectos? Quis nisi beatissimus Ioannes magnus su-
per omnes theologos, aut statim post illos Hierotæus? Ibi
sunt theologi, qui diuinam subsistentiam dicere potuerunt
bonitatem docereque de re hac Dionysium Deus namque
naturaliter independenter, superexcellenter & infinite

est

A est bonus, ita quod sua essentia & natura, est bonitas perfectissima & infinita. Quod probat beatus Dionysius aposteriori, quia omnibus creatis propter bonitatem suam trahuit Deus esse & bonitatem, exemploque à solis natura desumpto, qui radios suæ lucis & virtutis ubique diffundit, quæ superius dixit, comprobatur. Propter hoc querens beatus Ioannes Damascenus, de illis, quæ de Deo dicuntur quid sit principalis ac primarium eius nomen, non audet à Dionysio discedere, etiam si aliud probabile forsan videretur. Enim uero videtur (inquit) principalis omnium de Deo dictorum nominum esse, Qui est. Quem admodum ipse dans respondit Moysi in monte inquit: Dic filiis Israel. Qui est misit me. Totum enim in se ipso Est. comprehendens, habet ipsum esse, veluti quoddam pelagus substantiæ infinitum & interminum. Quemadmo-
dum autem sanctus Dionysius ait, primarium Dei nomen esse bonum. Non enim primum est dicendum de Deo, esse, sed ipsum bonum secundum causalitatem. Hoc diuini nomi implet nomenclaturam Dei, cum bonitas infinita dici-
tur. Deus enim non est nomen naturæ diuinæ, licet cum primo auditur statim mens nostra illud, est, concipit, supra quod altius, aut sublimius, nihil possit ex cogitari. Non enim Deus, qui Græce Theos, vel à Thein, quod est Plato in currere ac disponere uniuersa, vel ab æthin, idest, ure, Cratillo, descendit. Sic Plato, & Damascenus. Deus enim ignis in scriptura appellatur à sancto Moysè, eo quod omnem malitiam consumat, vel ex eo quod cum Moyses transgressori populo sermonem agebat, ignem Deum esse dicebat, ignem adeo diem super induci minitans sicut Irenæus placet Beato Irenæo, vel ab intuendo omnia dicitur. li. 3. aduer Nam nihil eum latere potest: imo omnium inspectio sus here. c. est. Præcedens autem nomen, Est, quod sit Deus ostensis 37. lege auctor est, nou autem quid sit, præsens autem, idest, Deus, Etorem si operationem insinuat. Vide ergo quomodo inter hec tria, placet.

Super Psal. jo. Homilia decimaquarta.

Bonum, Esse, Deus, primum ipsam maturam diuinam in-
dicat quid sit, secundum, quod vere sit, tertium, operatio-
nem. Principalius ergo nomen ac primarium secundum
causam & effectum hoc est inter omnia Dei nomina, Bo-
num, Indicat enim essentiam & naturam diuinam, Deus
temporaneum nomen est, sicut & creator & gubernator.

Bonum autem aeternum. Esse etiam aeternum. Illud signi-
ficit substantiam & essentiam quid sit, hoc autem quod ve-

Matt. 16. re sit. Forte propter hanc veritatem dicenti sibi, Magister

bone, respondit dominus Iesus: Quid medicis bonum? Ne

mo bonus nisi solus Deus. In quo verbo non se alienum

aut extraneum a patris natura ostendit, quæ bonitas est, imo

Nota. *Mal* consubstantialem, sicut eleganter demonstrat beatus Atha-
de.

Athana- nasius in eo quod statim sequitor: Svis perfectus esse, vade

suis cōtra vede quæcumque habes & da pauperibus, & sequere me. Ist

Apollina- tere. Qui enim eum, qui bonus non est, sectatur, quomodo

riū in mo do vitam aeternam adipisci poterit? Quomodo si Christus

sed & le Deus, non est, bonus quod pater est, perfectionem tribuit

ge Orige. sequentibus se, quam mandata legis seruantibus, quæ a pa-

Periarchō tre est, non conferebant?

lib. 1 infine Iam attendite & considerate quid dicat & decanter sanctus

cap. 2 propheta David cum gratulans rectis corde scribit: Quam

bonus Israel Deus his, qui recto sunt corde. Non dixit quā

omnipotens Deus his, qui recto sunt corde, aut quā esse sed

dixit. Quā bonus Deus Israel, his, qui recto sunt corde. Ac-

si diceret: Ille, qui omnia intuetur, vel vritac disponit vni

uersa, qui nomine Deus concipitur ab audiētibus, & qui in

seipso est per naturā bonus & bonitas infinita, est bonus ac

fūx bonitatis communicatus rectis corde. A pelago illo

immenſe bonitatis vide quam magnus fluuius donorum

& gratiarum in rectos corde deriuabitur. De hoc scriptum

Cap. 48. est apud Esaiam Prophetam. Utinam attendisses manda-

ta mea (quibus cor & spiritus dirigitur in Deum) facta suis-

set

A set sicut flumen pax tua, & iustitia tua, sicut gurgites maris.

Non est contrarius huic sententiæ beatus Cyprianus cū in-
quit. Ne nomē Dei quāras. Deus nomē est illi. Hic voca-
bulis opus est, vbi proprijs appellationem insignibus, mul-
titudo dirimēda est. Deo, qui solus est, Deus vocabulū to-
tū est. Eleganter valde nec minus subtiliter scripsit. Vbi

enim multa indiuidua vnius speciei, ibi nomina singula.

Ioānes, aut Petrus, aut Paulus, vt vnumquisq; dignoscatur.

Vbi autē vnum solum, impossibileque est esse aliud, non
necessariū est nomē. Cum autē Deus vnum sit, nec plures es-
se possint, ne quāras (inquit) nomē eius. Cum autem dicit.
Deus vocabulum totum est, hoc significare intendit, scili-
cer, totū quod Deus est, cōcipitur & excogitatur, cū nomē
Dei audimus, aut loquimur, sicut antea dicebamus. Per
notiora enim trahenda est toti cōmunitati doctrina, & vt
plures loquendū. Audito vero hoc nomine Deus, omnes

B in cognitionē illius super excellentis essentia deuenimus,
quæ Deus ab effectibus appellatur, in quibus in hoc statu
Deus cognoscitur, sicut docebat beatus Dionysius. Bonū er-
go aut infinita bonitas primariū & excellētius Dei nomē
est, de quo inquit sanctus propheta. Quā bonus Israel Deus
his qui recto sunt corde, idest quā diffusiuus & cōmunicati-
vus suæ bonitatis, quæ infinita est, Deus est Israel, idest,
his qui recto sunt corde. Considerans magnas has diuitias
quæ ab ipsa Dei essentia in rectos corde dimanant, sanctus
propheta orat dicens. Spiritū rectum innoua in visceribus
meis. Tu ergo charissime frater, oratus cum sancto pro-
pheta excogita prius atque attenta mente reconde quanta
sint quæ de liberali manu domini requiras cum inquis, Spi-
ritum rectum innoua in visceribus meis, vt attentus, vigil,
deuotus, affectuosus sis in oratione.

Agamus iā apertis scripturis huius nostri prophetæ filij
q; eius Salomonis & videamus, nunquid totū bonū huius
vitæ, & futuræ beatitudinis rectis corde contingat. In hoc

Super Psal. 50. Homilia decimaquarta.

enim veram comprobabimus superiorē sententiam, C
qua dicebamus Deum & dominum nostrum suę bonita-
tis valde esse cōmunicatiuum in rectos corde. Totum
bonum præsentis vitæ est Deum diligere, & hoc donum
eius est. Totum bonum patriæ cœlestis est habitare cum
domino Deo societatemq; habere cum patre & filio eius
Iesu Christo. Hæc erit amplior ac magnificenter commu-
nicatio diuinæ bonitatis. Duo hæc de rectis corde dicūtur.

Cantic. 1. Primum dixit Salomon Recti diligunt te. Secundum pa-
Psal. 139. ter eius David, Habitabunt recti cum vultu tuo. Videte er-

go & considerate, quāta sint, quæ sub paucis verbis illius se-
cundæ orationis huius versus latebat. Cum ergo orat, Cor

mundum crea in me Deus, Dei visionem claram infatu-

Math. 5. ro seculo p̄tendit: promissa enim est mūdis corde. Cum
autem orat, Et spiritum rectum innova in visceribus meis,
dilectionem erga Deum desiderat, recti enim Deum dili-
gunt, & cum Deo habitationem, sicut scriptum est: Habi-
tabunt recti cum vultu tuo.

Cordis re- D
Etitudi. Iam ergo videmus in quo hæc cordis restitudo con-
sistat, aut obliquitas. Sanctus David quærens quis in Dei ta-

bernaculo habitauit, inter alia hoc unum commemorat, di-
cens. *Qui loquitur veritatem in corde suo, qui non egit do-*

lum in lingua sua. Hanc considerationem apertis demon-
strare scripturis cupimus. Enarrans sanctus David antiqua

peccata populi Hebræorum inquit. Dilexerunt eum in ore
suo, & lingua sua mentiti sunt ei. *Quando dilexerunt dñm*

Exod. 24. in ore suo & sunt ei mentiti in lingua sua? Quando dixerunt
Moysi: Omnia quæcunq; dixerit dñs faciemus. Cor autem

eorum non erat rectum cū Deo, neq; fideles habiti sunt in

Obliqui- testamento eius. Est quidem magna obliquitas ac tortuositas cordis.
tas aliud mēte reuoluere, aliud ore proferre, vnde menda

ciū originē habet. Propter quod inquit sanctus propheta.
Et lingua sua mentiti sunt ei. His enim Deus bonus nō est,

id est, donorū & gratiæ cōmunicatiūs, imo iudex iustus &

fortis

A fortis, & in hoc etiā bonus in iustitia. Iam mente percipite quantum malū sit mendaciū & maximē illud, quod cōtra Dñm dicimus. O quot inueniemus, qui in confessione verbum mēdax Hebræorū dicant, omnia quēcūq; dixerit dñs faciemus, cū tamē mens eorū avaritiæ, aut odio adhæreat, vñūq; sit cor eorū cū meretrice. Dicetur his: Dilexerūt eū in ore suo, & lingua sua mentiti sunt ei, cor autē eorum nō erat rectum cum Deo. Attendite vobis o patres cōfessores *Nota.*

& gregi, qui curæ vestræ cōmittitur. Vtrisq; magnū periculum imminet, nisi diligenter perscrutaueritis mendacium, hoc pœnitentium. Dilata & pondera. Ille ergo oblicus est, qui mendacium loquitur, illeque rectus qui veritatem. Et cum ex vero animo ac corde hoc verbum procedit. Omnia quæcunq; mandauerit Deus faciemus, tunc certe Deum diligimus, parati eius obedire mandatis. Summo pere curādum est, vt mēs nostra ardēti ac obediēti animo, subijciat se domini obedientiæ & mādatis, vnde hāc resti-

B tutionem acquirat, de qua scriptum est: Recti diligunt te, *Cantic. 1.* illi certè, qui animo vero dicūt. Omnia quæcūq; mādauerit Deus faciemus. Hi habitabūt cū patre & filio eius Iesu *Ioan. 1.c. 2.* Christo, in tabernaculo suæ gloriae in cœlis, quod fixit *Hebr. 8.* Deus & nō homo. Cum ergo sanctus David hæc & alia, de quibus statim dicemus, mēte recogitaret, attētus, & deuotus orat: Spūm rectū innoua in visceribus meis. Quasi inueterauit ac sensuit spūs meus, cū per multos mēses iacui miser in peccatis (quod autē senescit & antiquatur propè interitū *Hebr. 8.* est) innoua ergo illum, o pīssime pater misericordiarum Deus, vt dona, & gratiā, quā rectis corde præparasti, mihi nō deneges. Scio em quātā dulcedinē, quātūq; gaudiū & verā lētitia tribuis rectis corde, sicut tu ipse mihi demōstra sti, qđ & ego ēternæ mādaui memorie. Lux orta est iusto *Psal. 96.* & rectis corde lētitia. Pro quibus magnis donis imō maximi mis (qd em supra Dei dilectionē & lētitia, & felicitatē glo- rię excogitari pōt) immortales gratias & laudes reddā tibi

Super Psal. 50. Homilia decimaquarta.

Psal. 32. semperq; laus tua erit in ore meo. Rectos enim decet collaudatio & iustis exultatio in dño conuenit. Vides quanta quamq; perfecta gratia à dño rectis corde præparetur? Reeti diligunt Deū. Rectis oritur lætitia, recti habitabunt cū vultu Dei. Non dixit cū angelis & archangelis & dominationibus. In nullo enim horū nostra beatitudine esse potest, sed in solo Deo clare viso. Pro tantis donis & amplissimis, quas reddemus Deo nostro laudationes? Quas gratiarum actiones? Rectos decet collaudatio, id est, maxime tenetur Deū laudare & celebrare vel aliter, nec à sensu discordant. Rectos decet collaudatio, id est, rectorum laudatio, nimis grata domino Deo est. Decet ante mensam regis, qui illi grati sunt & amabiles, seruire. Decet quia magna receperunt, decet quia gratiosi sunt in oculis regis. Sic intelliges quod dictum est. Rectos decet collaudatio.

Rectitudo spiritus vñ de. Illud maximè animaduertendū est magnū hoc bonum spiritus recti, non solum oratione à dño Deo impetrandum esse, à quo omne datum bonū & omne donum perfectum

Iacobi. 1. descendit, verū & adiiciendum est a siduum nostri operis exercitiū, secundum illud quod scriptum est a beatissimo

Ephes. 4. Paulo Apostolo. Renouamini spiritu sensus vestri, & induite nouū hominem, qui secundum Deum creatus est, in iustitia & sanctitate veritatis. Orandus est dñs Deus, ut innouet spiritum in visceribus nostris, sed nobis præcipitor.

Cap. 1. Renouamini spiritu sensus vestri. Orabat David: Amplius laua me. Docebat Esaias. Lauamini, mundi estote, & Hiere

Cap. 4. mias: Laua à malitia cor tuum Hierusalem, vt salua fias. Vi

August. des quomodo verū est cōmune illud dictū, qui creavit te

super psal- fine te, nō saluabit te sine te? Manus cooperatrices Deo in

Ansel. su- 144. nostra iustificatione tribuamus, qui iā nostræ sumus potes-

statis, liberoq; donati arbitrio, vt gloriose sit corona. Co-

per. 15. ca- ronat enim Deus dona sua in nobis, ac si à nobis processis-

ad Co- sent. O summa liberalitas, O magnificētia Dei in nos. Quis

rinth. non exclamat, quis sicut dñs Deus noster? Vere bonus his qui

A qui recto sunt corde. Nō dixit omnipotens, nō dixit Adonai, sed quam bonus Israel Deus his, qui recto sunt corde. Quarendum ergo nobis est, ac proponendum, multumq; à vobis custodiendum, quo exercitio ad spiritus rectitudinem possitis ascendere, de qua tanta prædicauerunt prophetæ. Videamus in quo materialium rerū rectitudo cōsistat ac reperiatur: ut vel sic manu ducti ad spiritualem rectitudinē intelligendā ascendamus. Si experientia credendū est, ipsa quidem docet, rectum esse, cuius medium nō exiit ab extremis. Scio hanc dissinitionem non placere Aristotelem, quia si linea esset infinita, ei nō conveniret dissinitio, cū non haberet duo extrema, &c. Sed rebus prout nūc existant permanentibus, quia necesse est sic permanere. Rectū certe est, cuius mediū nō exiit ab extremis. Mediū scilicet totū q; est inter extrema. Sic virgā illa, aut lignū hoc, aut hæc lancea recta quidē est, cuius totū medium, quod extat inter sua extrema, ab illis nō eleuatur, aut flectitur, aut exiit.

B Secundū hanc ergo dissinitionem videndū est, quæ potissimum sint vitæ nostræ extrema, à quibus non exiens mediū, recta dicatur. Multa sapientium quisq; & quidē secundum rationis regulā, nostræ vitæ excogitare poterit media, intra quæ si immobilis perseveret, recta debeat iudicari. Ego aut pro ingenij mei paruitate, ingenuo fateor, quod duo illa extrema semper mihi placuerūt, intra quæ tota nostra via debeat contineri, ut recta dicatur, nimirū nō esse & nihil nostrū, & esse diuinū participatū, ad quod nos dñs ordinavit, qui quidē finis naturæ naturalis est, licet naturalibus virtutibus ac industria consequi nō possit. Hęc sunt duo extrema, intra quæ sit tota vita nostra cōcludatur, recta certe erit. Alterum, id est, primū, quia nihil sumus, humiliatis erit magister, vnumquenq; nostrum docens esse sub potenti manu Dei, qui vocauit nos, cū non essemus, deditq; nobis tā sublimem essentiam, totū minoribus & donis adornata. Ecce vnde humilioris q; homo, qui multo minus fuisti quā puluis, & nis.

Super Psal. 50. Homilia decima quarta.

cinis, nihil fuisti, sicut, & omnia quæ facta sunt, & dixit dñs C
fiant, & creata sunt, Duo ergo te doceat primum hoc extre-
mum, quæ valde utilia, nec minus necessaria sunt. Recogita
omnipotētem manum dñi Dei tui, qui cum non essem,
creauit te, quam peccando effugere nō poteris, etiam si sob
aquis maris absconderis faciem tuam, mandabit serpēti &

Amos. ca. mordebit te, exiesq; in cōspectu terribili iudicij tui, cuius
9.a. labia erunt indignationis plena. Disce timorem, disce hu-
Esa. c. 30. militatem, quæ duo si habueris, respiciet in te dñs. Scriptū
Esa. c. 66. est enim. Aspiciam ad pauperculum & trementem sermo-
f. nes meos. Recogita per singulas horas, ac momēta vitæ tuæ

sublime illud alterum extremum, ad quod ordinavit te do-
minus. Extremum vltimū huius lineaæ nostræ, esse diuinū

2. *Epist. ad* est communicatum, ac participatum. Illuc tendimus, illuc
Cor. c. 6.d. currimus, vt vnum cum Deo spiritus simus, confortes reddi

2. *Petri. 1.* ti diuinæ eius naturæ, qui nihil, qui puluis & cinis eramus.

c.a. Conclude ergo medium totius vitæ tuæ intra duo extrema
hæc, & erit valde recta. O quam recta erit linea, quæ à non D
esse nostrum usq; in Deum ducatur. Forsan hic verum

Linea in- habet quod Aristoteles dicebat, quod si detur linea infinita,
finita. non habebit extrema. Quasi in infinitum distat esse di-
uinum sanctorum in patria, à non esse eorum. Sed cum tan-
ta sit distantia, quanta eorum perfectio in gloria sicut non

Distantia plus distat homo à non esse suo, quam quanta est perfectio
inter pri- hominis. Inter priuationem enim & habitum, nou maior
nationem distantia reperitur, quam habitus perfectio, ideo nō in infi-
& habitu. nitum simpliciter distant extrema nostra, nec oportet ut

vtraq; positiva sint, sed undum præsentis considerationis ne-
cessitatem. Respice & ordina totū medium vitæ tuæ à ho-
mo, ad finem tuum naturalem sequere impulsum, & impe-
tum, qui intra viscera tua placatus est, ab auctore nature, de-

August. quo dicebat beatus Augustinus: Fecisti nos dñe ad te, & in
quietum est cor nostrum donec revertamur ad te. Non sic
quiescibi neque in honoribus, neque in diuinijs, neq; in vil-
tate hu-

A tæ huic voluptatibus, si non vis tortuosam facere vitæ uicem
lineam. Non sittibi quies in hac lacrymarum valle, sed tan-
quā aduena & peregrinus victui, & vestitiū assume necel-
faria. Si enim onus curaueris ambulare, graue onus in-
curuare faciet dorsum tuum. Ad hæc omnia, & quæcunq;
alia bona, & perfecta, vocat nos sacratissimus Paulus, in
hæc verba. Deponentes omne pondus, & circumstans pec-
catum, curramus ad propositum nobis certamen, aspicien-
tes in auctorem fidei nostræ, & consummatorem Iesum,
qui proposito sibi gaudio sustinuit mortem confusio-
ne contempta, atque à dextris Dei sedet. In qua quidem
sententia multa essent notanda, & exponenda, sed vnum
solum, quod ad nostram cōsiderationem maxime spectat,
explanabimus, illud scilicet quod ultimo loco scriptū est:
Atq; ad dexteram sedis Dei sedet. De quo confessu alio lo-
co idē Apostolus scribens inquit. Considerare nos fecit in
cœlestibus cū Christo: cōsedere nos fecit merito, ut ani-

Bmetur mens nostra, ad currēdā viam p̄r̄ exultatione,
sicut de ipso Christo scriptum est: Exultauit ut gigas ad
currēdā viam, accingaturque totus homo in omnium
virtutum exercititia. Hæc enim sunt viæ, de quibus clamans

Ioannes dicebat. Rectas facite in solitudine semitas

Dei nostri, ut ad sedis eius gloriam perue-

niamus. Per eundem dominum no-

strū Iesum Christum)

Amen.

Psal. 18. b.

Esaï. 4. a.

Matth. 3.

Cd a.

SVPER PSALMVM QVINC
quagesimum. Homilia decimaquinta.

Cor mundum crea in me Deus : & spiritum re-
ctum innoua in visceribus meis.

ARGUMENTVM.

VOID alienum ab euangelico oratore sit philosophi-
cam disputationem populo proponere, sed neque in al-
ium disputationum Theologalium sermonem protra-
here, neque philosophorum placita disputare, sicut pri-
oris prophetis & beatissimis Apostolis domini Iesu, & Ecclesie
doctoribus. Quodq[ue] propter hanc re[m] auctor germanum locum se-
quentiu[m] questionum relinquens, specialem homiliam scriptit, in
qua ex graui[us]imis scripturis, & antiquorum doctorum senten-
tias demonstrat nullum ex tantis aut patriarchis, aut prophetis,
sive sacris Apostolis, sed neque beatissimam dominam nostram
in mysterio incarnationis Deum per essentiam vidisse in hoc
mundo. Secunda parte quod consummatus Dei amor illustrior
beatitudinis pars sit in patria cœlesti. D

Cor mundum crea in me Deus, & spiritum re-
ctum innoua in visceribus meis.

EX omnium patrum sententijs, propter hoc magnum
donum cordis mundi exorat sanctus David a Deo sibi
concedi, quia sciebat mundis corde paratam claram Dei
visionem, non quidem in hac vita (nulli enim homi-
num tantum bonum contingit) sed in futura beatitudine.
Matth. 5. Scriptum est enim: Beati mūdo corde: quoniam ipsi Deum
videbunt. Nec quia sub visione Dei, sanctorum merces
sapientia

- A) **S**æpe numero promittitur, illa principalior, aut excellenter pars est habenda. Quippe cù consummatus Dei amor in re hac principem locum obtineat. Quia alienum iū dicauit ab oratore euangelico omne illud quod mores aut fidem dominicæ plebis, non componit & ædificat singula rem de his quæstionibus scripti homiliæ ne cum illis moralibus miscerentur. Nunquam lego Esaiam, Hieremiam, Danielem, aut vnum alium ex prophetis, logicam disputationem populo proponentem aut in altum disputationis aures audientium trahere. Ut interim taceam quomodo qualiter vē Ioannes magnus præcursor domini, ipse Luc. 3.c. que dominus Iesus populo Israel prædicauerint, annūcian Matt. 4.c. tes eis vitia & virtutes, pœnam & gloriam domini timorem, & terribile tribunal iudicis, flammæisque, & ignē vindictam dantem, sicut per prophetam anteā fuerat prædictum: Spiritus domini super me, ad annunciatum manfuetis misit me, vt mederer contritis corde, & prædicarem Ezai. 61. c.
- B) **C**aptiuis indulgentiam, & clausis apertioneā. Ut prædicarem annum placabilem dñō, & diem ultionis Deo nostro ut cōsolarer omnes lugentes. Quam prophetiam, testatur Cap. 4. dominus Iesus apud Lucam, de seipso scriptam esse, & ab ipso completam. Quid documentum sancti eius Apostoli perfectissime impleuerunt, & quicunque eorum imitatores sunt. Hæc diximus aduersus huius nostri temporis scriptores aliquos, & concionatores quorum libri quorumque conciones, maxime refertæ sunt philosophorum placitis opinionibus, sectis, vocibus, etiam sapientibus incognitis, vnde indoctus populus in admirationem rapitur, quæ non intelligunt, venerantes, cum interim gemē taceat pius auditor, & veros domini Iesu discipulos, ac si nō esset scripturae sacrae mēla quæ regibus delicias præbere posset, ac si nō scripsisset Esaias, Hieremias, Daniel, Ezechiel, Petrus & Paulus, Ioannes, Jacobus, Ambrosius, Hieronymus, Augustinus, Gregorius, Athanasius, Basilius, Iustinus, Cyprianus

111 Super Psal. 50. Homilia decima quinta.

nus, Chrysostomus, cæterique patres. Quod ergo à nobis in primis pertractandum est, non paucis sermonibus aperiri potest & absolui. Disputatum est ab antiquis magistris. Nunquid aliquis mortalium Deum per essentiam sicuti est viderit? Nunquid tanto dono alicui contigit in carne constituto, frui, ut Deum secundum

August. suam essentiam viderit. Non una neque perseuerans do-

Epiſto. iii. Epitomē sententia fuit, aut nunc est. Vīsum fuit quondam

Ep. 12. ſu- beato Augustinō non uno loco tantum, & Moysem & pau-

per Genes. lum tantæ gratiæ fuisse donatos ut Deum per essentiam vi

ad literam derint. Hunc sequutus beatus Thomas Aquinas clarum

Sāct. Tho. ecclesiae lumen eiusententiaz subscriptum de raptu Pau-

li ageret & de Moysis prophetia in aliorum comparatio-

nen. Semper tamen placuit nobis, etiam à prima iuuentute

aliorum grauissimorum patrum sententia, cum proximi-

mior. vtriusque testamenti testimonijs accedere videatur.

Hunc ergo ordinem in hac parte seruabimus. Priori qui-

dem loco, vtriusque testamenti sententias proponemus, se D.

cundo rationibus agendum nobis est, tertio autem sancto-

Cap. 33. Moysi de- res hæc magno Moysi denegatur, & quidem illo tempore, negatur quo desiderijs videndi Deum flagrabat, & gratiam accepta clara Dei tioni in oculis domini inueniebat ampliorem. Loquutus visio. est Moyses ad dominum sub argumenti figura, vnde dice-

re possumus quod de re hac cum illo disputauit, tali vtens

argumēto, cuius ante cedens hoc est. Dixisti mihi: noui te ex nomine, & inuenisti gratiam coram me, Ecce antece-

dens. Audite conclusionem, quam intēdebat probare. Si er-

go inueni gratiam in conspectu tuo, ostende mihi faciem

tuam, vt sciam te, & inueniam gratiam ante oculo tuo

ostende mihi gloriam tuam. Ad quem dominus, volens

argumenti vim infirmare, Nō poteris videre faciem meā.

Quare? Quia non videbit me homo & vivet. Quasi di-

ceret: Optimam argumenti formam obseruasti sed magi-

Anum hoc donum non est huius vitæ & status mortali-
tatis, sed futuræ. Super quod beatus Augustinus, post longā
de hac re disputationem inquit: Inuisibilis est igitur na- August.
Epist. 112.
tura Deus, non tantum pater sed ipsa trinitas unus Deus. Et Cap. 7.
quia non tantū inuisibilis, verum etiam incommutabilis, Apparitio
nes Dei
sic apparet quibus voluerit, in qua voluerit specie, ut apud quomodo
fiebant.
eum integra maneat eius inuisibilis incommutabilisque
natura. Desiderium autem veraciter piorum, quo vide-

re Deum cupiunt, & inhianter ardescunt, non opinor in
eam speciem contuendam flagrat, qua ut vult appareat, ut
ipse non est, sed in eam substantiam, qua ipse est, quod
est. Huius desiderij sui flammarum sanctus Moyses fide-
lis famulus eius ostendit, ubi ait Deo, cum quo, ut ami-
cus, facie ad faciem loquebatur. Si inueni gratiam co-
ram te ostende mihi temetipsum. Quid ergo, ille non
ipse? Si non esset ipse non diceret ei, ostende mihi te-
metipsum, sed ostende mihi Deum: & tamen si eius na-

Baturam substantiamque conspiceret, multo minus diceret:
Ostende mihi temetipsum. Ipse ergo erat in ea specie,
qua appetere voluerat, non autem ipse apparebat in na-
tura propria, quam Moyses videre cupiebat. Ea quippe
promittitur sanctis in alia vita, & post multas inter-
rogationes de videndo Deum, ad hanc tandem deu-
nitidem Augustinus. Si queris utrum unde videbimus eū August.
sicuti est. Respondeo. Vnde angeli vident. Vnde quod Epist. 111.
responsum est Moysi verum est, quia nemo potest faciem Cap. 15.
Dei videre, & viuere, id est, nemo potest eum in hac vi-
ta videre viuens, sicuti est. Nam multi videront, sed quod
voluntas elegit, non quod natura formauit. Hoc ultimum Amb. su-
verbum est beatissimi Ambrosij Mediolanensis Episco- per. 1. cap.
pi. Quō & usus est beatus pater Augustinus, ad corro- Luce.
borandam suam sententiam, nimirum quod nemo vidiit Epist. 112.
Deum in hac vita sicuti est. Quam etiam sententiam beati c. 6.
Ambrosij exposuit Cap. sequenti diceat: Deus in ea natura Cap. 7.
vide-

Super Psal. 50. Homilia decima quinta.

videtur quam voluntas elegit, non natura formauit, potuit C dicere non natura monstrauerit, sed maluit dicere formauit, ne ipsam speciem, in qua Deus elegit apparere, de sua natura formare putaretur, & ex hoc utique conuinceretur conueribilis esse mutabilisque substatiæ, quod ipse Deus à fide piorum misericors ac benignus auerterit. Ex his & alijs scripturis manifestum tibi erit quod in hoc, cap. scriptum est. Loquebatur autem dominus ad Moysen facie ad faciem, sicut solet homo loqui ad amicum suum. Non quod nudam Dei essentiam videret, quod manifestatur in fra, cum dicit, si inueni gratiam in oculistuis, ostende mihi temetipsum. De quo statim.

Exponamus ergo, antequam ad alia nostra descendat oratio hunc locum & alia plura sancte scripturæ, quæ huic Genes. 32. sententiæ contradicere videntur. Dicitur est à beato Jacob: Exo. 33. Vidi dominum facie ad faciem, & salua facta est anima mea: dictum est de Moysè sicut ante a scribebamus, loquebatur cum domino facie ad faciem, sicut solet loqui homo D Cpp. 4. 5. ad amicum suum. Scriptum est in Deuteronomio. Non cum patribus nostris in ijs pactum, sed nobiscum qui in præsentiarum sumus & vivimus. Facie ad faciem loquutus est no-

Nota Val- bis in monte de medio ignis. Quem sensum hæc loquende. di forma faciat, Moyses declarat præcedenti cap. & beatus Loquicūm Augustinus. Loquutus est dominus ad vos de medio ignis, Deo facie vocem verborum eius audistis, & formam penitus non vi ad faciem, distis. Quo maniferte docet, etiam si dicatur à sanctis pro- vel vide-phethis, quod loquuti sunt cum domino Deo facie ad fa-re Deū faciem, non tamē comprobatur ex hoc, illorum quenquam cie ad fat Deum per essentiam vidisse. Alias vnum de duobus conciem quid cederetur, aut viiuersam illam multitudinem vidisse Deū sit. sicuti est, quod absurdum apparet & impossibile, aut scri- ptoram sibi ipsi esse contrariam, quæ negat, quod alio loco affirmat omnibus rebus eodem modo se habentibus, quod Augus- dicere est impium & hereticum. Beatus Augustinus do- -obiv

Actor in lytū rem hanc aperit, & nodum solvit: Hoc vult *Augu.* To intendere sanctus Moses dum de filiis Israël scribit, quod *mo. 4. fol.* loquutus est Dominus ad illos facie ad faciem de medio *26 z. li. 5.* ignis, id est, apertissime, & euidentissime, audisti, quæ Do *quest.* suminus loquutus est ad vos, expertique estis realem & spe- *per Deute* cialem eius præsentiam. In hunc ergo modum interpretan *ronomiū.* dæ veniunt omnes scripturæ, quæ hanc formam loquendi habent, loquutus est Dominus facie ad faciem vel, vidi do minum facie ad faciem, id est, præsentia eius realis & spe cialis euidenter sunt experti, non tamen nudam essentiam cognoverunt, hoc enim impossibile est, dicit Dominus ad Moysen: Non poteris videre faciem meam, appareat non quod natura formauit, sed quod voluntas elegit, sicut testatur beatus Ambrosius & ante ipsum sanctus Irenæus in hæc *Irenæus* verba. Ille autem volens videtur ab hominibus, quibus *libr. 4. ad* vult, & quemadmodum vult. *Quemadmodum* vult dixit, *uers. here.* quia non quam suam ostendit naturam & essentiam. Eticū *cap. 37.*

B idem Augustinus quærebat, qualiter loquebatur Deus cū *illi epist. c.* hominibus, postquam sermonem egit de Abraham, & de *11. 30. 31.* Cain, & de Mose, de Philippo inquit: De hac visione etiā loquens eius amator & desiderator Ambrosius, nō in loco (inquit) Deus videtur, sicut ad Ilicem Mambre, & in mon te Syna, sed mundo corde. Cum autem alium locum eiusdem Ambrosij exponeret infra, quo videbatur negare hæc visionem non omnibus Apostolis, cum peruenisset ad beatisimum Petrum de quo poterat suspicari ne forte & ipse *Petrus A-* illam essentiam, qua Christus unum est cum patre viderit, *postolus.* cum confessus est: Tu es Christus filius Dei vivi, statim reiicit hanc sententiam idem Augustinus. Cum ipse Petrus tam parvulum se adhuc illi ostenderet, ut timeret, ne amitteret morientem, quem filium Dei vivi, hoc est vitæ fons, fuerat paulò anteā confessus. Vides quam multa, expo nentes locum Exodi diximus? Accedamus iam ad nouum testamentum, audiamusque sanctos Domini nostri Iesu

Super Psal. 50. Homilia decimaquinta.

Christi Apostolos, quid de re hac scriperint. In primisq; C.
1. Tim. 6. beatissimum Paulum consulamus, qui ab Exodo vocem
illam mutauit, sed neque videre potest: Deus lucem habi-
t inaccessibilem, quem nullus hominum vidit, sed neq;
videre potest.

Hic est secundus locus, qui multum rem hanc confir-
mat in cuius expositione de ipso Paulo & de sancto Mose
simul loquemur & de sacro Euangelista Ioanne, & de do-
mina nostra. Sed & Ioannes Euangelista dixit: Deū nemo
vidit vñquam. Vnigenitus, qui est in sinu patris enarravit
nobis. Stet ergo in ore duorum testium hoc verbū. Paulus
dicit, quem nullus hominum vidit, sed neque videre po-
test. Ioannes dicit: Deum nemo vidit vñquam. Hanc vocē

Ath. q. 12 vocat terribile & peregrinum verbum beatus Athanasius
in deploribus ac necessarijs questionibus ad Antiochum
principem. Quare peregrinum? quia valde consuetum fa-
miliareq; verbum erat scripturis, vidi Dominum facie ad

Gen. c. 32 faciem. Loquebatur Dominus cum Moysè facie ad faciē.

Exo. c. 33. Vidi Dominum sedentem super solium excelsum & ele-

Isaiae. c. 6. uatum. Propter hæc omnia terribile, & peregrinum ver-
bum, quod à Ioanne & Paulo scriptum est, dicitur ab Atha-

nasio in hæc verba: Quomodo videntur prophetæ aliquo-

ties vidisse Deum? Respondeo. Post omnes prophetas &

Cap. 1. post apparitionem & aduentum Christi, Ioannes Theolo-

gus inquit: Deū nemo vidit vñquam & vt confirmaret tan-

quam terribile, & peregrinum verbum subiunxit: Vnige-

nitus ille filius, qui est in sinu patris enarravit. Vnde & Apo-

stolus Paulus de Deo loquens dicit: Quē nullus hominum

vidit, neq; videre potest. Quamobrem nudam Dei essen-

tiā nullibi vedit ullus. Pro humana autē infirmitate Deus,

quomodo assumpta forma suæ maiestati longè inferiori, prophetis

Deum vi- apparuit, vnde manifeste constat, quod non essent iam, sed

debant. gloriam Dei viderint. Sola vero sancta de ipsa virgo nu-

dā essentiā Gabrielis Archangeli, virtutē, contemplata est.

Cum

A Cum autem exponeret idē sanctus Doctor locum Lucæ: *Athan. in Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obum Euang. de brabit tibi inquit: Obumbravit virtus altissimi corrobo-* *deipara trans eam, & diuinæ vmbra imaginem tribuit, ut inde deli Virgine.* neamentis collectis, videre posset, quatenus possibile est, Deum, formæ expertem, in se concipi. Non enim suspicā. *Nota val-* dum est quod secundum simplicem naturæ suæ proprietate de tem, virgo in se habitatem Deū videre potuerit, aut quod ipsa animata rationalis, intellectualisq; incarnatione, conspi *Maria Do-* cere valuerit, sed quatenus possibile fuerit, ut pote obum minante illam virtute altissimi, & vmbras lineaamentaque *fira quam* quasi faciente, ut videret, quatenus fieri poterat Deum in certitudi se habitantem. Et ut nos ipsi animam inhabitantem in car nē habuit ne nostra possidemus, ne tamen quomodo, qualisue ea sit, de incarnatione conspicere possumus, sed quasi vmbram eius & lineaemen tione vera ex virtutibus eius & internis efficacijs colligimus. Tale bi Dei. Iquidem, tum virgo, tum ipsa intellectualis anima contueri *Similitudo*

B poterat. At rēde prudens lector verbis magnifici Doctoris Athanasij. Tribuit in primis sacratissimæ Dominæ nostræ eam certitudinē erga mysteriū incarnationis, quā nos de nostra anima habemus, quā neq; carnalibus nec mētalibus oculis cernere possimus. Nota secundū verbū cū dicit: Neq; suspicādū est. Magnū verbum profectō, valdeq; ponderan dum. Non est suspicandum deiparam virginē Deū vidisse per essentiā, & hoc cōcedēdū est Moysi aut Paulo Aposto lo? Fidei cōmendata est à beata Elisabeth sacra domina no stra, nō visionis. Beata quæ credidisti qm perficiētur in te. *Actualis fidei cōmē* quæ dicta sunt tibi à Dño. Nō inquit beata quæ vidisti, sed datur cum lquæ credidisti. Iā cōfer dñam nrām cū hoc, ppheeta magno qua acti a & cū Apostolo, puritatem mētis eius & gratiā, quā inuenit us vījū in oculis dñi, cū illis, quæ de Moysē p̄dicātur & Paulo. In Del., stare uenit beatissima Maria gratiā incarnationis, que summa & non pōret. infinita est, nec tamē de ipsa suspicādū est vidisse Deū per Nota val essentiā. Quale obsecro fuit corpus sacratissimæ virginis de.

Super Psal. 50. Homilia decimaquinta.

Corpus sa- etiam ante tēpos incarnationis verbi Dei, & quale eo maxi
cratissime me tempore, quo Spiritus sanctus cum omnibus suis effen-
virginis tialibus virtutibus, quæ illi per rationem diuini principa.
quale. & tūs ad sunt, imbuīt eam sua gratia, vt in omnibus grātiosa
quam pu- appareret? Quale obsecro ab hac hora fuit sanctissimum
rum. Dei tabernaculum? Nunquid nō purius & spiritualius, quā
illa corpora, quæ depinxit beatus Augustinus, & tribuit
Paulo & Moysi, vt habilis sit mens eorū ad videndū Deū?

Aug. Epi- Inquit Augustinus. Non sit incredibile aliquibus sanctis,
stola. 112. nō ita defunctis, vt sepelienda cadauera remanerent etiam
Cap. 13. istā excellentiam revelationis eis concessam. Exponit lo-
cūm s̄p̄ius citatum, non potest videre faciem mēā & viue-
re, & ideō tribuit Paulo & Moysi volatum adeō excelsum
mente omnino à corporis passionibus & motibus eleuata,
vnde rapitur ex hac vita ad angelicam vitam, antequā per
istā cōm̄ē mortē carne soluatur. Sic enim raptus est, qui
Pantus nō audiuit arcana, &c. Sed de nřa dñā nō est suspicādūm Deū
vidit Deū vidisse per essentiā, cui nec somes peccati, nec carnis cōcū D
per effen- p̄scētia grauabāt animā, ne celerrimo volatu, vltra angeli
tiam. cā vitā conuolaret & puritatē, quanto minus concedendū
hoc est coniugato homini, Moysi, inquam, & Paulo, qui sti-
mulum carnis ardētem patiebatur? Sed & de Paulo nō est
scriptum vidisse arcana Dei, quæ non licet homini loqui,
Nota. sed audiuisse arcana Dei. Hic iam ipsius Augustini viar ver
Augusti. bis. Quippe qui quārens quomodo Cain audiuit Dei ver-
epistol. 112. c. 15. ep̄deo, inquit, nō quidē esse cōsequēs, vt etiā ideāt
Deū, qui voces ab eo factas aliquādo audiūt. Necq; em vi-
derūt eum qui audierūt. Et clārificavi & iterū clārificabo.

Ioan. c. 12. Iā aperte vides quomodo in omnibus veritatē habet quod
ad Moysen dictum est à dño. Non poterit videre faciem

Irenaeus. meam & viuere, quod etiā dictū est ab Apostolo, [Quem
lib. 4. ad- nullus hominum vedit, sed neque videre potest. Deum ne-
ueris. her. mo vedit vñquā. Videamus quid de re hac sentiat antiquus
c. 37. & illustris Episcopus Irenaeus, qui diligentissimus fuit, si-
cut

Acut in ceteris omnibus, in interpretandis scripturis. In pri-
mis similem iudicat visionem sancti Moysi, cum illa, quæ
Heliæ facta est. Moyses cupit manifeste videre eum, qui ^{3. Reg. ca.} secum loquebatur & dictum est ei: Ecce est locus apud me ^{19.}
& stabis supra petram. Cumq; transibit gloria mea ponam
te in foramine petræ & protegam dextera mea donec tran-
seam, tollamq; manum meam & videbis posteriora mea,
faciem autem meam videre non poteris, utraq; significas,
quoniam impossibile est homini videre Deum, & quoniam
per sapientiam Dei in nouissimis temporibus videbit Deū ^{Eandē sen-}
homo in altitudinem petræ, hoc est, in eo qui est secundum tertiā tenet
hominem eius aduentus, & propter hoc facie ad faciē con ^{Orig. hom.}
fabulatus est cum eo in altitudine montis, assistente etiam ^{13. in Exo.}
Elia, quemadmodum Euangeliū retulit, restituēs in fine ^{August. su-}
pristinam re-promissionem. Igitur non manifeste ipsi sa- ^{per Psalm.}
ciem Dei videbant prophetæ, sed dispositiones, & myste- ^{138. &}
ria, quibus inciperet homovidere Deum, quemadmodum ^{Tertul. ad-}

B Eliæ dicebatur. Exies cras & stabis in conspectu Domini ^{uers. Pra-}
ni, &c. deinde agēs de Ezechiele propheta & eius mirādis ^{xeam.}
visionibus infert generalem conclusionem. Igitur si neque ^{Conclusio,}
Moyses videt Deum neq; Elias neq; Ezechiel, qui multa
de cœlestibus viderunt, quæ autem ab eis videbantur, erat
similitudines claritatis Domini & prophetarū futurorū, ma-
nifestū est quoniam quidē pater inuisibilis est, de quo &
Dñs dixit: Deū nemo vedit in qua. Iam videamus quomo ^{Iohn. 1.}
do Tertullianus exposuerit illā sententiā, quidue de his ap- ^{Tertulia-}
partitionibus sentiat. Cū Moyses desiderasset dñi cōspectū ^{nus aduer-}
dicens: Si ergo inueni gratiā apud te, manifesta mihi te, ut ^{Praxeam.}
cognoscibiliter videā te: Non potest inquit videte faciem
meā. Nō enim videbit homo faciē meā & vineat, id est, mo-
rietur qui viderit. Inuenimus enim & à multis Deū visum,
& nemine eorū, qui eum viderūt mortuū. Visum quidem
Deū secundū hominū capacitates, nō secundū plenitudinē
diuinitatis. Et postquā ostendit patrē esse inuisibilem rādem

Super Psal. 50. Homilia decimaquinta.

de filio inquit: Dicimus enim & filium suo nomine etenim C
inuisibilem, quia sermo & spiritus Dei ex substantiae cōdi-
tione iam nunc, & quia Deus, & sermo & spiritus Dei. Vi-

Nume. 12. sibilē autē fuisse ante carnem e modo, quo dicit ad Aaron

& Mariam. Et si fuerit propheta in vobis in visione agno
scar illi, in somno loquar illi, nō quomodo Moysi, os ad os
loquar in specie, id est, in veritate & nō, in ænigmate, id est
nō in imagine, quā sententiā nota ad sequentia. Denique
si sic loquutus est Moysi Dñs, ut & Moyses facie eius com-

minus sciret, quomodo statim atq; ibidē desiderat faciem

eius videre, quam si videret non desideraret? Quomodo

*Aug. Epi-
st. 12.* tamen ostenderat? Paria ac similia afferit beatus Augusti-

nus. Si Dei naturā substantiāq; vidisset Moyses, multò mi-

cap. 8. nus diceret: Ostēde mihi temetipsum. Ipse ergo erat in ea

specie, quā apparere voluerat, non autē ipse apparebat in

natura propria, quā Moyses videre cupiebat. Ea quippe pro-

mittit sanctis in alia vita. Vnde quod respōsum est Moysi D

verū est, quia nemo pōt facie Dei videre & viuere, id est,

nemo potest in hac vita videre viues sicuti est, nā multi vi-

derūt, sed quod volūtas elegit non quod natura formauit.

Iā de Ioāne Euāgelista, videamus quid sit tenēdū ac do-

cēdū populos. Apparēt nescio quidā minus sapiētes, dicen-

Ioannes tes illū vidisse nudā Dei essentiā. Sed sententiā beati Irenēi

Apostolus proponamus ante nostrā. Inquit magnus hic doctor: Sed

Irenaeus & Ioānes Dñi discipulus in Apocalypsi sacerdotalē, & glo-

Vbi supra. riosum regni Christi videns aduentū. Conuersus sum (in-

quit) videre vocē, quā loquebatur mecum & cōversus vidi

seprē cādelabra aurea & inter cādelabra, similē filio homi-

nis indutū podere & accinctū ad mammas Zonam aureā.

Caput aurē eius & capilli, &c. Ioanne vero non sustinente

visionē. Et cecidi inquit ad pedes eius, quasi mortuus ut sie-

ret quod scriptū est. Nemo videt Deū & viuet, & viuiscas

cum verbū & admonēs quoniā ipse est in cuius pectore re-

cūtibet.

Accepit beatus ad coenam & interrogabat quis esset, qui inciperet eum tradere. Postquam vero sequentes visiones eius explicat infest. Sic semper verbum Dei, velut lineamenta rerum futurorum habet & velut species dispositionum patris hominibus ostendebat docentes nos quae sunt Dei. Semper ergo Ioannes videt Dominum Iesum, aut vestitum potestere, aut habente in sombre eius scriptum. Rex regum & Dominus dominorum, non nudum eius diuinam essentiam. Per hec manifestatur irrationalitas superioris assertionis, eo vel maximè quod sub ipso coenam tempore tantum dohū concedunt ei. Inquit enim quando dormiuit in cena supra dominicum pectus, vidit Deum sicuti est, neque timenter talia docere. O cæca hominum cupiditas. Dormiuisse Ioannes supra Domini pectus in quietum, cum ipse de seipso dicat, quod vigilabat. Vigilantis namque est signa beatissimi Petri intelligere quibus innuebat ei, ut quereret a Domino, quis tradebat eum. Intellexit & dixit dominus Iesu: Domine quis es qui tradet te? Vigilans est loqui, & audire, non dormientis.

Bed & ultius vultus imperitiae sue aperiuit dicentes in illa clara Dei visione bibisse flueta Euagelij, non bene intelligentes sententiam beati Hieronymi. Quomodo verum est bibisse Hieron. in illum eo tempore flueta sacri euagelij, vidisseque Deum sicuti est, prologo su & tertia die resurrectione domini tamquam delirantem habuisse? per Euag. Ipse etiam Ioannes dicit. Tunc introiuit ille discipulos, qui venient per Cap. 20. nenerat prius ad monumetum & vidit & credidit, nondum enim sciebat scripturam, quia oportebat eum a mortuis resurgere. Viso vero sepulchro credidit, quia antea nesciebat scripturam. Omnibus ipse Dominus Iesus aperuit sensum ut intelligeret scripturas. Sed in hoc verum est bibisse Ioannes flueta Euagelij de sacro pectore Domini Iesu, quia dispositionem quendam ad sublimioram intelligenciam inde habuit, sicut & ex alijs multis nimis rursum quia virgo integerrimus fuit. Contigit autem hic, quod & beato Apostolo Paulo, qui generalem & universalern sermonem de cunctis hominibus faciens assertit, nullum vidisse Deum, nos vero dicimus ei: Vidisti. Sic

Supet Psal. 50. Homilia decimaquinta.

& Iohannes vigilante se describit, & scripturas nescientem, econtra verò dicunt ei: dormiebas & fluenta Euangelij de pectore domini bibebas. Quid autem viderit Paulus

Acto. 22. beatus Lucas docet, nimirum dominum Iesum, nec semel, tantum, non nudam Dei essentiam, quam nullus hominū vidit, sed neq; videre potest. Certe si Deum per essentiam sicuti est vidisset Paulus nō tacuisse illud, cū revelationes suas enarraret. Eo præcipue quod antiqui prophetæ, nudo sermone Deum se vidisse facie ad faciem narrat, nec esset novum sermonem istum personare, cum ea de se scriberet, quæ etiam alijs prophetæ scripserūt & dixerunt de se ipsis.

Hiero. Da mafso To mo. 3. fol. 119. b.c. 6 Quid vero beatus Hieronymus in hoc negotio definiat iam videte. Exponens locum Esaiae, & regē dominū à maioribus suis, idcirkò interēptū, quia cū Moyses posteriora Dei viderit, hic dñm Sabaoth oculis carnalibus vidisse scribat. Super hoc Deo dicēte: Nemo faciē meā videbit & viuet. Quos si interrogeamus quomodo se Deus in le D ge & in alijs prophetis in visione & somno se dicebat ostē di, Moysi vero facie ad faciē colloqui, & cū stet illa sententia: Nemo faciē meā videbit, & viuet, cū facie ad faciē se ad Moysen loquutum esse fateatur? Respondebūt vtiq; Iuxta posibilitatē humanaā, Deū visum nō vt est, sed vt voluit se videri: quibus & nos dicimus eodē modo ab Esaia esse visionem, restat ē summa, vt Moyses aut viderit, aut nō viderit. Si vedit, vidit ergo & Esaias, qui vidisse se dicēs, impie est interficere Esaia & vobis, quia Deus videri potest. Si nō vedit, interficere Moysem cū Esaia, quia eiusdē mendacij reus est, dicēs se vidisse eum, qui videri non potest. Quēcūq; in expositione eius loci habuerint intellectum super Moysem, eriā nos Esaiae tēperabimus visioni. Vides quā aperte beatus Hieronymus nō tribuit Moysi altiorē visionē Dei, quā Esaiae? Altiorē, inquā, ita vt neutrā ad videndū Deū sicuti est ascēdat, emineat taniē modus regulationis, que facta est

Note.

A Moysi, & supra Esaiam & supra ceteros prophetas præter
vnū Dauidē. Huius sententiæ subscriptibit etiā Gregorius apel Grego su-
tissimè. Et, nisi fallor, beatus Ambrosius hanc eandem senten- per. i. o. c. i.
tiā tenet. Quippe cū multa de Moysè fuisse scrutatus, cum Reg. To-
exponeret locū psalmi. Deprecatus sum faciem tuam in toto mo. 2. fol.
corde meo, tandem quandā eius ignorationē demōstrat. No 1452.
ueratenim sanctus vates Dñi, quod in uisibilē Deū facie ad Psal. 118.
faciem videre non possit, sed deuotio sancta mensurā super- Ambro su
greditur, & putauit Deo etiam hoc esse possibile, ut corpo per Psalm.
reis oculis ficeret, id quod est incorporeū cōprehēdi. Jam 118. To-
deinde post alia. Nouerat in ipso homine, aliā post mortē mo. 4.
futuram gloriā aliam claritatē. Sicut enim stella in clarita-
te est, ita & resurrectio mortuorum. Quæ & si leminatur in
corruptionē, surgit tamē in incorruptionē, surgit in gloria
surgit in virtute, surgit corpus spirituale. Qui ergo hæc sci-
re poterat, meritò p̄fsumebat, ut vultum Dei videre cu-
peret, quæ esset obita corporis morte visurus. Talem certè
B formam receperat, talem dominus iam probabat, ut nō di-
staret ab Angelis minister & equequitor oraculi. Eb̄ ideo
cum sciret, quia Angelus illorum quotidie vident faciem
patris, qui in cœlis est, putauit quod eam videre deberet
tanquam oblitus corporis & carne deposita, &c. Eadem
sententiam clarissime tenet beatus Leo Papa. Leo Papa,

Iam ergo aliquot rationes proponamus, quibus omnia sermones de quæ diximus elucidentur, & confirmantur. Primā desume ex Transfiguratione Dñi ad Moysem. Nō poteris videre faciem meā. Nō ratione do videbit me homo & vivet. Manifestum est autem vixisse mini. Moysēm post tēpus hoc, in quo ei concedit beatus Augustinus. Prima ratiōnē clara Dei visionē, non ergo vidit nudam Dei essentia-
tiā. Quod autē sic debet interpretari ille locus de corporis morte & non mortificatione virorum multū spiritualium, quales erāt Paulus & Moyses, docet illud pater Sanson, qui Iudic. c. 13. cum vidiisset Angelum domini, cū flammain cœlū ascenderet statim dixit ad uxorem suam: Morte moriemur, quia

Super Psal. 50. Homilia decima quinta.

vidimus Dominum. Videtis quomodo tunc homines illi intelligebant scripturam Moysi, non videbit me homo & viuet? Certe nisi ego fallor, priscipatres antiqui, sic interpretabantur locum Exodi. De quo videte quid dixerit beatus Irenaeus, cum visionem beatissimi Ioannis Euangelistæ vbi supra exponeret, in qua ostensus est ei Christus, non in specie diuinitatis, sed in hominis habitu. Quem cum vidisset cecidit tanquam mortuus ad pedes eius, ut impleretur, quod dictum erat: Non videbit me homo & viuet, in carne mortali, scilicet, sicut exponit glossa interlinealis, & Lyra inquit: Talis visio divinæ essentia non conceditur in hac vita.

2. Ratio. Sit secunda ratio. Esaias, & cum ipso beatissimus Paulus Apostolus clamat. Oculus non vidit Deus absque te, quæ preparasti expectantibus te aut diligentibus te. Certe si Moses diuinam essentiam clare vidit aliquis mentalis oculus iustorum præmium vidit in carne constitutus. Deus enim sanctorum merces est, sicut ad Abra-

Gen. c. 15. ham dictum est. Ego sum merces tua magna nimis, & Matt. c. 5. Dominus Iesus. Beati mundo corde quoniam ipsi Deum videbunt. Nec volo dicas mihi, Esaiam sermonem facere de oculis corporalibus. Quis inquam propheta

D
I*esus* disputauit, utrum oculis corporalibus aliquis Deum viderit? Cum autem Esaias quem Paulus allegat, dicit, Oculus non vidit Deus absque te, & de mentalibus oculis sermonem facit, non de intuitu corporali. Oculus ergo pro mente ponitur, ut tantum velit dicere, mens humana non vidit Deus absque te, præmium seruorum tuorum, qui rūment magnum momentum, summamque honestatem tuam diligunt. Non ergo Moses clare vidit Dei essentiam.

3. Ratio. Tertiò & ultimò, ex sententia beatissimi Ioannis, sic rationem formabimus. Deum nemo vidit inquam inquit beatus Euangelista. Unigenitus, qui est in se pa-

tris,

- A** tris, enarravit nobis, quod scilicet Deum nemo vidit vñquam. Sic interpretatur hunc locum Beatus Cyrilus Ius. Ipse vñigenitus Deus (inquit) qui in Dei patris sinu super. i.c. est, hoc nobis enarravit. Ille ad Moysem clare dixit, *Ioan. li. 1.* quia nemo videbit faciem meam & viuet. Ille quoque *ca. 22.* discipulos docuit, quia patrem nemo vidit, nisi qui ex patre est. Non tamen prophetarum oratio falsa est cum clamant vñsum fuisse a se Dominum Deum Sabaoth. Non enim ipsa, quod natura Dei substantialiter est, vidisse contendunt, Sed aperte quomodo viderint expophunt, &c. Iam ergo vim sententia Apostolicæ perpendite. Duo negat sacratissimus Ioannes, negat aliquem hominem vidisse, aliquo tempore, Deum. Negat omnem hominem, omnipotente temporis differentiam. Ita quod sermo eius tantum valeret, ac si diceret. Nullus homo, nullo tempore, Deum vidit, quod aduerbiū ianuam claudit distinctioni illi, aut per modum périmentis, aut transcuntis. Dixit vñigenitus Dei, qui est in sinu patris: Deum nemo vidit vñquam. Certe omnis nostra actio tempore debet mensurari, in quo & debet fieri, sufficiebatque dicere: Nullus vidit Deum, ut negaret etiam omne tempus, quia si quis vidit, in tempore certe vidit, ut autem veritatem hanc firmiter asserret, non sibi satis visum est dicere, Deum nemo vidit, sed addidit, vñquam, id est, nullo tempore, quantumuis breuissimo. Non ergo Moyses, neque Paulus Deum viderunt per modum transcuntis. Quia ab eo, quod res est, aut non est oratio, veritatem aut falsitatem habet, non a rei duratione longæua, aut breuissima. Et si per instans quisquam illorum Deum vidit, idem est, ac si per mille annos vidisset, ad veritatē propositionis huius Moyses & Paulus Deum viderunt. Que contradictione est huic, Deum nemo vidit vñquam, & huic, quem nullus hominum vidit. Non possunt autē simul stare in veritate, quia contradicitur.

istoria, ergo altera illarum vera erit, altera falsa. Ad locum C numerorum facile respondemus ex alijs scripturis & ex illis quæ supra exposuimus. Sicut videre Deum facie ad faciem, & loqui cum illo os ad os, sicut solet loqui amicus ad amicum suum, non cōuincit, ut dicamus significare scripturam nudam & claram Dei visionem, sicut supra probatum est, sic nimirum licet dicat scriptura eadem, quod Moyses vidit Deum non per ænigmata & figuræ, non tamen concedit ei eum videndi modum, qui huic mortali statui repugnat, de quo dominus ad ipsum Moysem. Faciem meam non poteris videre, non enim videbit me homo & viuer, sed posteriora mea tibi ostendam, & hoc quidem protegens te manu mea. Quod autem, loqui cū Deo facie ad faciem, non sit videre eum, apertissimè demonstrauimus. Quod autem hanc visionem claram & nudam desiderauerit Moyses, & denegata, sit et tanquam impossibilis, ipsa scriptura uno simul loco testatur. Frequentius ergo & familiarius cum loqueretur dominus ad Moysem & D intelligibiliter, quæcunque voluit, ostenderit ei, propter

Nota Val- hoc sine dubio dictum est. At non talis seruus meus cui ore de.

ad os loquor ei palam, id est, non in proverbiis significat,

Iean. 16.c. sicut ab ore domini hanc expositionem accepimus. Venit

*Extat de re
bac, determi
natio Euari
fio Papa, to
mo. i, concilio
rum in decre
tis eius. Epis.
l. ad oīs Epi
scopos Afric
anos, ex pli
ficas p. de Mo
ses, & de Pau
lo, quod non
viderint Deū
per sentiū.* hora cum iam non in proverbiis loquar vobis, sed palam annunciaro de patre meo, & palam apud Ican. non significat claram & nudam visionem Dei. Ita quod verū sit quod opponantur loqui, in proverbiis & loqui, vel annunciarē palam. Nec maiores vires habet, quod statim sequitur, & non per ænigmata & figuræ dominum videt, sed pondere ratio & altior expositio dicitur est, non contradic̄tiō. Nec per hæc, quæ nobis placuerunt, sententiam aliorum doctorum, tanquam scripturæ contrariam, aut improbabilem reiçimus, cum sit beati Augustini & Angelici doctoris Thomæ, imò veneramur & magno habemus illum pretio.

A Iam ex his magnitudine & pretiositate dibi vir
sionis perpende, quippe qua nulli homini quantumvis
puri cordis in hoc statu contigit, sed tanquam merces, in *Math. 5.*
futura requie, promittitur. Beati mundo corde, quoniam *Nota.*
ipsi Deum videbunt, ex quo fiet ut similes Deo reddan-
tur, quicunque nudam eius essentiam viderintur similes in-
quam, id est, immortales, sicut scribit beatissimus *Ioannes.* *1. cap. 1.1*
Sciimus quia cum apparuerit, similes ei erimus, quia vide-
bimus eum sicuti est, similes, id est, immortales, propter
quod forsitan tantum donum omnibus denegatum est in
hac vita, redderentur enim immortales, si Deum aperire vi-
derent quod huic repugnat statu. Magnitudinem tantum *et. no. 3. 1*
felicitatis considerans sanctus propheta David, orat: Cor
mundum crea in me Deus & spiritum rectum innova in
visceribus meis. Cor mundum crea in me Deus, quem soli
mundi cernere possunt oculi: & spiritum rectum innova
in visceribus meis, quia recti habitabunt cum vulnere, & *ann. 1. q.*

B speciem diuinitatis tuę manifeste contemplabuntur. Phi- *2. 1. ann. 1*
losophare ergo ex magnitudine premis & sublimitate,
perfectionem virtutis, quae ipsum promiserunt, ut verus
amator sis puritatis & munditiae mentalis, quae quidem
beatitudo (ut diximus) principalios, in amore & dilectio-
ne summi boni consistit, quod Deus est. Iam ergo dedici-
mus, ut nemini contigisse assertuerimus. Non quid si ma-
ior & principalior beatitudinis pars? Ad quod negatia co-
clusionem respondeo. Principalior pars beatitudinis est con-
summatus Dei amor, quam clara eius visio, quae in superna
beatitudine sanctorum Angelis & hominibus vestitis cōceditur.

Tria ergo cum compleant nostram beatitudinem, scili-
cer, Dei visio, eius amor, unde fructus sequitur; quae latitudo *Beatitudo*
glorificata a beato Petro vocatur, hæc intense ordinè prio ex tribus
ris & posterioris secundum naturam seruant, seruant & constat.
alium excellentiorem, dignitatis, scilicet. Si secundū prio *Epist.*
annim rem

271 Super Psal. 50. Holmilia decima quinta.

remordi hem naturæ quæsieris, quid prius in beatitudine C
inueniatur, sic necessari est respondendum, Dei visio. Ipsi
enim presupponitur, ad amorem consummatum in patria,
ex quibus fructu sequitur. Si queras, quod istorum trium
dignius & excellentius sit, responde o tibi. Amor Dei visi.

Prima ra- Hoc ex multis vobis probabitur, & maximè si ordini prior
tia. q. 20. 7 ritatis & dignitatis, quem in nostra iustificatione dominus
seruat, attempdit, quia eundem seruat in glorificando. In
stificamur quidem fide & charitate, fide quidem prius na
tura quam charitate, prius enim est fundamentum, quam
aedificium, charitate vero tanquam altiori dono, maior enim

1. Cor. 13. est charitas teste Apostolo. Seruat ergo dominus Deus
hunc ordinem in nostra glorificatione. Fidei succedit vi
sio, amor consummatur, qui principalius iustificabat. Hoc
argumentum confirmari potest philosophi auctoritate
ipsaque resumexperientia. Posteriora namque perfectio-

9. Meta. ea sunt apud Aristotelem. Videre hoc est in artificialibus
textu. 15. & naturalibus. Aedificans Ephidas magnus ille statua
rius Iotis simulacrum à minus perfecto ascendit, & ve
nit ad perfectissimum. Delinians Apelles imaginem Mi
neruæ, ab imperfectis figuris & coloribus, venit usque
ad imaginem, omnibus suis numeris absolutam. Naturæ
etiam à minus perfecto venit ad magis perfectum in ge
neratione animalis. Hunc ordinem servavit Deus in re
rum creatione, in qua perfectissimum quod creatum est,
est homo, (non nobis est sermo de Angelis.) Duo ergo
sunt, de quibus difficultas inquietur quod sit principalius
in nostra beatitudine, Dei scilicet visio, & eius amor con
summatus. Illa est prior & propter hunc, iste est poste
rior & propter quem Deus se ipsum manifestat. Nō enim
amor propter visionem, sed visio propter amorem. Non
ordinatur sapienter magis principale ad minus principa
le, sed è contra minus ad maius, miles ad ducem, non dux
ad militem ordinatur. Sic probat beatissimus Paulus ho
minis

A minis principalitatem super mulierem, quia mulier propter virum creata est: non vir propter mulierem.

Sit secunda ratio. Secundum beatum Dionysium, amor 1. Cor. 11. 2. Ratio. vis est vinitua & transformatiua. Ex his, quæ per experientiam didicimus ad inuisibilia & minus manifesta ascendumus. Finge duos homines eadem oculorum acie, & efficiacia & claritate fulgentes, qui æqua attentione videant & considerent eandem pulchritudinem, quorum alter ardenter illam amet. **Q**uis obsecro horum dulcius & iucundius præsenti fruetur pulchritudine? Nonne ille, qui plus amat? Et unde plus & abundantius fruetur præsenti pulchritudine, qui plus amat? **Q**uære radicem & inuenies hoc contingere, quia coniunctius & intimius ei per amorem adhæret. Sed illi æqualiter habebant præsentem illam pulchritudinem, æqua & eorum claritas & virtus erat illis, dulcius tamen fruitur, qui perfectius amat, ergo amor, inter hæc tria visionem, scilicet, & fruptionem, principalior est. **Q**uid dices si stantibus omnibus æqualibus, amor efficax esset ad augendam potentiam oculis, ut profundius perscrutarentur pulchritudinem amantis? Nonne quod amor principalior est visione? Nonne ingenuè fatereris causam principaliorem esse suο effectu? Hæc omnia facile est reperire in cœlesti beatitudine. Omnes quidem homines eandem pulchritudinem & bonitatem contemplantur, illis quidem præsentem è vicino, imò cum illis coniunctissimam, secundum verbum Pauli. **Q**ui adhæret Deo unus sit spiritus 1. Cor. ca. 6. cum eo. Unde ergo una stella clarior & illustrior alia? **Ibi cap. 15.** Unde alia claritas & gloria solis & alia stellarum? Unde sic resurrectio mortuorum? **Q**uid hanc distinctionem facit inter eos, qui æquales fuerunt virtutis essentialis? Unde beatissimus Paulus multò perfectius penetrari in contemplatione diuinæ beatitatis & pulchritudinis, quam beatus Augustinus. **C**ui et hoc ostendit & explicant debes

Super Psal. 50. Homilia decimaquinta.

11. 100. debes concedere. Hæc est quæ gradus, & sedes & mansio-
nes diuersas in domo Dei & regno facit. Hæc est quæ inti-
mum coniungit mentem cum Deo (vis enim est unitua &
transformatiua) unde, & perfectius cognoscere facit; abun-
dantiori & pleniori luxuria, mens ardenter diligens per-
funditur. Concedamus ergo amori in patria, quod in hoc

Nota Val- exilio negare ei non possumus. Amor ergo consummatus
de. in patria perfectior est beatifica visione. Hoc quidem vide-

3. *Ratio.* Exo. c. 33. insinuat dominus Deus, cum Moysi respondebat: Ego

ostendam tibi omne bonum. Essentia enim Dei est boni-
tas & bonum infinitum. Bonum autem voluntatis obie-
ctum est. Qui etens ergo Moyses videre Dei essentiam, re-
sponsu accepit: Ego ostendam tibi omne bonum, non di-
xit; omne verum, ut intelligeremus perfectius attingere
nos beatitudinem nostram per potentiam illam, cuius est
amor & dilectio, quam per eam, quæ ad cognitionem spe-

1. 2. qd. 9. Etat, hæc est intellectus; & secundum beatum Thomam
artic. 1. verum, quod est obiectum intellectus, continetur sub obie-
cto voluntatis, ut quoddam particulare bonum, sed de hoc satis.

4. *Ratio.* Sit quarta ratio brevis. Pondere suo grauia ad quietem
naturalem, hoc est ad centrum, feruntur & per hanc
qualitatem perfectius quam per aliam, suam acquirunt re-
quietem. Ponderis rationalis anima, amor eius est. Quietem
ergo naturalem suam, quæ Deus est, pondere amoris prin-

Aug. li. 11 cipalius acquiret. Sic dicebat beatus Augustinus: velut
de ciuitate amores corporum, momenta sunt ponderum, siue deor-

Dei. c. 28. sum grauitate, siue sursum levitate, nitantur. Ita enim cor-

puspondere, sicut animus amore fertur, quo cuñque fer-
similitudo tur. Amor ergo principalior est in nostra beatitudine, sicut

forma, & imago sigilli, non quia præsens est ceræ liquefa-
ctæ, ipsi imprimitur, sed quia cum illa coniungitur vi ali-
qua. Visione quidem præsens sit mens nostra Deo, & ipse
nobis, vis tamen amoris Dei clare visi, per quam ei coniun-
gimur perfectissimam eius imprimit imaginem. De quo

Ioannes

A Ioannes sacratissimus. Scimus quia similes ei erimus, quia videbimus eum sicut est. Tribuit manifestiori, quod excellentiori est naturale scripturarum seruans morē. Quip̄ peq̄ diuinæ visioni nostrā beatitudinem ascribit dicente Domino. Beati mundo corde quoniam ipsi Deum vide *Nota quod bunt, & alio loco.* Hæc est vita æterna ut cognoscant te so- *huc locam* lom verum Deum, & quem misisti Iesum Christū, in qua *Orig. lib. 2* sententia sicut non excluditur sed includitur Spiritus san- *in Epistol.*ctus, sic nec excluditur dilectio, etiam si solam visionem *ad Roma.*commemoret. Secundum hanc regulam, interpretandæ *&* Beatus sunt, quæcunquæ scripturæ, siue sanctorum sententiæ, & *Cyrillus li.*maxime Augustini, super tertium capit. ad Colossenses. ca. *11.ca.14.* 8.9.10.13. in quibus omnibus soli visioni tribuit nostram *super Ioan* beatitudinem. Per illud nanq; quod est manifestius inui- *nē, de fide* tat nos scriptura, ad suspiria cœlestis beatitudinis, & arden *interpretā*tia desideria. Hoc autem est visio Dei, qua habita, neceſſa-*tur.*rio sequitur hic consummatus amor ipsaq; fruitio, ac glori-

B ficata lætitia & inenarrabilis. Nec mirum tibi videatur, si *Nota.* quod minus perfectum est, non potest nobis in hac vita cōtingere, cum tamen illud quod est magis perfectum, concedatur, at non scilicet Dei, hæc intelligere respectu vnius & eiusdem status in hac vita. Quia Deus, licet sit inuisibilis pro hoc statu, non tamen est incognitus. Habes hanc doctrinam apud beatum Irenæum, cum de re hac longissimam *Irenæus* texeret disputationem. Quoniam qui omnia, in omnibus *li.4.aduer* operatur Deus est, qualis est & quantus est, inuisibilis & *sus hæres.* inenarrabilis omnibus, quæ ab eo facta sunt. Incognitus au *cap. 37.*tem nequaquam: Omnia enim per verbum eius discunt, qui est unus Deus pater, qui continet omnia, & omnibus esse præstat, quemadmodum in Euangelio scriptum est: Deum *Ioan. 1.* nemo vidit unquam, nisi unigenitus filius, qui est in sinu patris, ipse enarravit. Enarrat ergo filius ab initio patris, quippe qui ab initio est cum patre, qui visiones propheticas & diuisiones charismatum, & ministeria sua, & patris

Super Psal. 50. Homilia decimasexta.

glorificationē cōsequēter & cōposite ostēderit humano C
generi apto tēpore ad vtilitatem. Hęc beatus Irenaeus. Co
gnoscitur ergo Deus perfidē, quę sufficit ad dilectionem
vię, licet sit per speciē inuisibilis, vidēdū tamē à nobis in
patria sicuti est, vbi amor cōsummabitur. Hoc magnū &
sufficiētissimū bonū imō totū bonum cōsiderabat sanctus
Dauid, cū orabat: Cor mūdū crea in me Deus: per quod vi
dere possum in futuro statu regni, speciē tuę diuinitatis, mū
dis pr̄paratā, & spiritū rectū innoua in visceribus meis,
per quę in hac vita te diligere possim, quia recti diligunt te
& in futura requie habitare cū vultu tuo valeam. Amen.

S V P E R P S A L M V M Q V I N-
quagesimum. Homilia decimasexta.

Ne proijcas me à facie tua: & Spiritum san-
ctum tuum ne auferas à me.

A R G V M E N T V M .

D



V O D valde humilis nimisq; timoratus & totus à
Dei gratia pendē surrexit Dauid, & quod ei multū
profuerunt eius peccata, nec per hoc in exemplū ad-
duci beat, cū rariſſimum sit diabolum suis vulneri-
bus elec̄tis deseruire, quodq; Cain, & non Saul, respexit in sua
oratione, cū libenter regno renūciauit. Vbi principib⁹ & potē-
tib⁹, ut ilis exhortatio proponitur, ne à facie Domini abiiciantur,
quantū malum hoc sit sub Absalonis historia, à facie patris
exulantis, describitur. Cum expositione beati Gregorij de malo
desperationis, de quę flagello duriſſime vindictę eius, & cū bea-
to Ambrosio de Dauide & castigationibus multiplicibus, quas
elegit potius, quā à facie Dñi ejcī disputatur. In secūda oratione
multa de prophetię dono, quā honorificū habenti sit quā Dei glo-
rię deseruies & hominū saluti, propterquę, duo ultima instater
orabat Dauid, ne auferret ab eo Deus sanctum spiritum suum.

Ne

A Ne proijcas me à facie tua , & Spiritum sanctum tuum ne auferas à me.

Ecce alias duas orationes sancti David , quæ quidem profundam attentamque considerationem desiderant, ut sensum earum penetraremus simul & necessitatem, sed non est prætereundum silentio , imo summopere intra cordis secretum reponendum , quam sollicitus quam assiduus orator , quam torus à Deo & gratia eius pendens , & timor quam nihil de se aut de sua gratia confidens , surrexit David post David post lapsum , & poenitentiam peccatorum. Ceterum hoc est magnum documentum his præcipue temporibus , quibus nec de Deo , nec de venia , nec de perseuerantia , nostris peccatoribus , aliquid curæ est. Attende obsecro. Non memini me leguisse , sic fuisse timoratum & sollicitum sanctum Davidem , sic assiduum , & ardentem in orationibus & deprecationibus ante eius lapsum , sicut cum imbecillitatis & infirmitatis humanæ cognovit figmentum fragile. Videatur vir iste David cui libet magnus in virtutibus suis , videatur magnus in cæde gigantis , in patientia , mihi certè sublimis appareat etiam in peccatis suis. Mirentur in eo , qui volunt integratæ iustitiae mirentur viscera pietatis , venerentur patientiam & misericordiam in Saul , ego non minus admiror confessionem humillimam peccatorum orationum multitudinem , ardentemque dolorem poenitentiaz , quam tot sublimia gesta virtutum. Huic parum nocuerunt peccata , imo seruierunt eius saluti , cum robustior , humilior , magis timoratus & sollicitior post lapsum , surrexit. Nec per hoc peccati licentiā aspernas , cum valde rarū sit quod hostis noster electorum saluti , etiam vulneribus seruiat , sicut docet beatus Gregorius. Considereret (inquit Greg. libr. beatus Doctor) cōsidereth homo , cū quo hoste bellū gerat 33. Mora . & si iam se in aliquo deliquisse perpedit , saltim ad culpam cap. 11.

Super Psal. 50. Homilia decimasexta.

pertrahi, ex culpa pertimescat, ut studiose vitetur vulnera C
quibus frequenter interficit, quia valde rarum est quod ho
stis noster electorum saluti, etiam vulneribus seruiat. Ver
bum illud, pertimescat trahi ex culpa ad culpam, alio loco

Homilia. exponit sanctus doctor. Peccatum quidem, quod per pœni
tientiam citius nō deletur, aut peccatum est aut causa pecca
ti, simul & pœna peccati. Omne enim quod prius cōmitti
tur peccatum est, sed si citius pœnitendo non tegitur, iusto
iudicio omnipotens Deus obligaram peccatis mentē, etiā
in culpam alteram permittit cadere, ut qui flendo & corri
gendo noluit mundare quod fecit, peccatum incipiat cumula
re. Peccatum ergo, quod pœnitentia lamento non dilui
tur, peccatum est simul & causa peccati, quia ex illo oritur
vnde adhuc peccato eis animus altius obligetur. Ad rem re
deamus. Valde raru est quod hostis noster vulneribus suis
saluti prædestinatorum deseruiat. Inter quos cum excellen
ter habeatur electus David, p̄tius profuerunt illi, quā no
cuerunt. Sed obsecro attendite, quam diuersa electorū & D

Lib. 34. in reproborum sors inueniatur. De quo idem Gregorius. Ju

Iob. c. 17. sti & occulti examinis mensura disponitur, ut & illos mala
adiuuent & istos bona grauent, sic itaq; male bono vtitur
reprobis & bene malo vtitur probus: sicut sepe contingit,

Similitudo ut aliis ex cibo salutifero inordinatè sumpto pestem lan
goris incurrat, aliis veneno serpentis in medicamine ordi
natæ confectionis adhibito, langoris molestia vincat. For
san propter hoc scriptum est: Diligentibus Deum omnia

Rom. ca. 8. cooperantur in bonum. Quod cum optime esset expertus

Psal. 118. David dicebat: Bonum mihi quia humiliasti me, id est, hu
miliari permisisti, ut discam iustificationes tuas. Iustifica
tiones dei.

tiones tuę sunt, o domine, puro corde, feruentiq; desiderio
ad te orare, de te solo & de tua gratia considere & imbecil

litteram ac paupertatem respicere & confiteri. Hæc omnia

maxime didicit sanctus David, post lapsum & pœnitentiam

suam. Ecce o peccatores magistrum vestrum, Ecce docto
rem,

A rem, & præceptorem salutis. Dauidem habetis peccantē, ut timorem quantumuis iusti concipiatis. Dauidem habetis confitentem, vt vos peccata vestra in aure sacerdotis domini confiteamini. Ecce Dauidem orantem, gementē, de perseverantia sollicitum, vt & vos sub eo discipulatū agentes, tantiq; magistri imitatores effecti, ad perfectionem spiritus ascendatis. Quid autem orer audiamus.

Ne projicias me à facie tua & spiritum sanctum tuū ne auferas à me. Dixit beatus Hieronymus. Sicut Cain, vt Hieron. su exul à te efficiar, à facie tua, id est, à præsentia tua. Et spiritū per hūc locum sanctum ne auferas à me. Sed ab eo consumptis delictum.

Ctis, tuo statuar cōspectui, spiritum sanctum tuū, id est, spiritum prophetæ. Beatus Gregorius eadē respiciens, quæ & Gregor. su Hieronymus dixit. A facie Dñi projicitur, cui spes veniæ, per hūc locum peccatum, negatur. Hic est qui desperat remissionem cum.

peccatorū, sicut Cain qui in spiritū sanctū peccauit, cū desperauit: ideo dixit: Maior est iniquitas mea, quā vt venia

B merear, & quia de venia desperauit, ideo dixit: Ecce ejus me à facie tua. Beatissimus pater Augustinus exponēs secū Augusti su dam orationem dixit: Est Spiritus sanctus in cōfidente. Nā per hūc locum ad donū Spiritus sancti pertinet quod tibi displiceat, quod cum.

fecisti. In mundo spiritui peccata placent, sancto displicant. Iam duo estis, ad expugnandam febrem tuam, tu &

medicus tuus. Beatus Ambrosius inquit. Quasi ultimus ser Amb. A uus humiliat se, & quasi in peccato deprehensus, & offendit. Dicuntur reus, obsecrat, vt flagelletur potius quam projiciatur à uid. 1. cap.

facie Domini. Quomodo projiciat Deus à facie sua audi 14. dicentem. Tollite illum in tenebras exteriores, ibi erit fle Matt. 25.

tus & stridor dentium. Qui non emendatur à facie eius, in tenebris constituitur, ideo iustus ne tenebras patiatur

ait: Faciem tuam Domine requiram. Cain autem exiuit à Psalm. 26. facie Domini, non solum post parricidale commissum, Irenæus li.

sed etiam postquam putauit Deum esse fallendum, vt cri- 3. aduers. mea negaret. De hac eadem re dixit beatus Irenæus: Ma- h. e. c. 36.

0382394

Super Psal. 50. Homilia decimasexta.

Ium est occidere fratrem, multò peius sic audacter & irre- C
uerenter respondere omnia scienti, quasi posset frustrare

Ambr. li. eum. Et idem Ambrosius de eodem Cain inquit: Deo cre-
de paradis. dedit esse mētiendum dicens. Nunquid custos fratri mei
cap. 14. sum ego? Hæc sunt quæ patres nostri super præsentem lo-
cum scripserunt. Ab his quatuor fontibus, dimanabit aqua
salutaris præsentis concionis.

Genes. 4. Duos ergo cum considerasset propheta à facie dñi eie-
ctos, alterum in primordio nascentis mundi, Cainū, scili-

1. Reg. 15. cet, alterum autē è vicino prædecessorē Saulē, extremūq;
malum illius eiectionis perpendens, rogat ne cum illo in
supplicio ac flagello annumeretur, cui in aliquo similis vi-
debatur: uterq; enim sanguinem fudit innocētem Cain &
Dauid propter quod orat: Ne projicias me à facie tua. No-
uit Cain ille parricida quāta mala ex omni parte eum cir-
cundarent apprehenderentq;, cum ejiceretur à facie Dñi

Genes. 4. & sic dicebat. Hodie projicias me à facie tua omnis igitur
qui viderit me occidet me, quia ultionem sumet omnis D
creatura de peccatore à facie Dñi exulante. Eiecit & Saul
ne regnaret super Israel, de quo parū curat Dauid, sicut ini-
fra ostendemus. Considerauit Dauid maximū supplicium
de Cain, meritissimè à domino susceptū, qui sanguinē in-
nocentem fudit, abscondiditq; peccatum, excogitans Deū
esse fallendum, & iudicans in aliquo simile proprium flagi-

Nota Val- tium orat: ne projicias me à facie tua. Mirabile est profe-
deo in tanto viro, quam obliuioni omnia à se ante acta bo-

1. Reg. 17. na tradiderit. Quippe qui tot hominū millia, cæde vnius
gigantis à morte liberavit. Qui inimico sanguenti & ani-
mam illius quærenti, toties pepercit, nullū horum in con-
spectu Domini representat, vt sui misereatur, indulgetiāq;
concedat, sed annumerans se cum homicida Caino, rogat
ne similis sit ei in pœna, cui in culpa sibi videbatur similis.
Hoc quippe proprium est sanctorum bonorumq; omniū,
quæ ante fecerunt bona obliuisci, & maximos se iudicare

peccato-

A peccatores, seruit & docuit hanc regulam sacratissimus Paulus Apostolus cum dicebat. Fidelis sermo & omni acceptione dignus, quia Christus Iesus venit in mundum peccatores saluos facere quorum primus ego sum. Non quidem tempore se maximum reputat peccatorem, sed magnitudine scelerum, humilis Paulus.

Eieci ergo dominus Cain à facie sua, & Saul sicut scripsit te Dñs ne sis rex, quod oculis suis vidit ipse David. Specrum enim regni cum ablatum esset à Saule, & à domo eius, Davidi concessum est. Sed illud attentissimi oculis aspicite, cum orat David ne proicias me à facie tua, nihil facit Saulis abiectionem, ne sit rex, nec ad hoc orationis eius intentio dirigitur, sed ad illam, quæ contra Cain facta est. Audite hunc Davidem fugientem Absalon, parvum doch: Reporta arcam Domini in urbem, si inuenero gravidauit.

B tiam in oculis domini, reduceret me, ut ostendat mihi eam, non dixit restitueret mihi regnum, sed ostenderet mihi arcum suum. De illo enim statim ait: Si autem dixerit mihi, non places, præsto sum, faciat mihi quod bonum est coram se. Vides illum de venia delictorum sollicitum, ut appareat in conspectu arcæ Dei & regno renunciantem libentissime? O quot inueniemus, qui cum deceperint periurijs alienas ædes & vestes occupant nihil minus quam de venia & peccatorum propiciatu curantes? Dilata & pondera. Vir sanctus & timoratus solum procurat Deum sibi placatum, solum remissionem peccatorum, solum indulgentiam, nihil faciens regnum & coronam. Præsto sum, sed Reges, mino non placeo, inquit. O sanctissimum verbum, si Dominus nō placeo præsto sum, amoueat me à regno, tollatque illud à me, & à domo mea, sicut fecit Saulus. Quam lôge ab hoc avaritia & superbia. Regnum resigno in manus dñi, si nō placet ei anima mea. Hoc super omnia, o reges yobis sit

Super Psal. 50. Homilia decimasexta.

*Stabilimē curæ, o principes placere Deo. Hoc stabilimentum regno C
tum regno rum, hoc arx firmissima & inexpugnabilis. Scriptum est
rum.*

*enim aduersus Heli summum sacerdotem, & aduersus do-
1. Reg. 2. mum eius. Nunc autem dicit Dominus : Absit hoc à me,
sed quicunque honorificauerit me, glorificabo cum , qui
autem contemnunt me, erunt ignobiles. Ecce dies veniūt
& præcidam brachium tuum , & brachium domus patris
tui, ut non sit senex in domo tua, & videbis æmulum tuum
in templo, in vniuersis prosperis Israel, &c. Hoc ergo ver-
bum, o principes super capita vestra scribite & diademata*

*Psal. 2. 10. Placere domino. Erudite reges intelligite, erudi-
mini qui iudicatis terram, seruite Domino in timore , &
exultate ei cum tremore. Apprehendite disciplinam, ne
quādo irascatur Dominus & pereatis de via iusta. Hæc via
iusta in placendo domino innenitur.*

*Lex ergo iusta à Domino. Deo decernitur statutus q̄i,
vt à facie sua ejiciatur, qui legem eius & mandata ejicit, de-
spiciens seruare ea. Feriam ergo pactum, O homo inter te
& Deum tuum , hocque sit firmum statutum si desideras
adesse in conspectu oculorum Domini Dei tui, nec proij-
ci à facie eius, ne proicias tu etiam sermonem domini, de
quo audi hunc Davidem, imo dominum petillum. Odisti
disciplinam proiecisti sermones meos retrorsum: sed &
grauioribus verbis aduersus Heli, & duos filios eius loquu-*

*1. Reg. 2. tus est dominus per Samuelem: Quare calce abiecistis vi
Contemptus sti nam meam, & munera mea, quæ præcepī vobis, vt offe-
Dei ma- rantur in templo, & magis honorasti filios tuos quā me, vt
gnus.*

*Ad Hebr. De hoc etiam sacratissimus Paulus. Quantò magis existi-
10. matis deteriora mereri supplicia, qui filium Dei conculca-
uerit? Væ nobis qui legem & sanctum domini Dei nostri
mandatum calce abiecimus, cuius sacrificium calce , & fi-
lium Dei pedibus conculecamus. Nunquid nō iuste nobil-
scum agit Dominus abiiciens nos à faciesua, cuius legem*

retror-

A retrorsum abiijcimus, cuius sacrificium calce, cuius filium
pedibus, conculcamus. O magnum contemptum projicere
retrorsum domini sermones, qui super millia auri & argē
ti deberent existimari. O dignum & meritissimum suppli
cium, quod à facie domini abiijciatur, qui sermones eius de
spiciens abiijcit à se & à cogitatu suo. Nec hoc solum malū
nostrum est, verum multò grauius & periculo plenum.
Abijcientes sermones domini, vtraq; manu apprehendi
mus mēdaciū & iniquitates. De quibus sanctus Ezechiel *Cap. 18.*
dicebat: Conuertimini & agite p̄enitentiam ab omnibus
iniquitatibus vestris & non erit vobis in ruinam iniquitas.
Projicite à vobis omnes iniquitates vestras, in quibus præ
uaricati estis, & facite vobis cor nouum & spiritū nouum.
Et quare moriemini dōmus Israel. Quia nolo morte
rientis dicit dominus Deus reuertimini & viuite. Iniquita
tes sunt projiciendæ, nō Dñi sermo & sanctū mandatum, si
non vis projici à facie eius. Projice à sinu cordis tui iniqui
tates tuas, sicut projicis & excutis serpentem, veneno nāq;
plusquam mortifero plenæ sunt. Heu quot passim reperie

B *Notæ.*

plusquam mortifero plenæ sunt. Heu quot passim reperie
mus per omnes vias Hierusalem, qui tales serpētes foueāt
etiam inter vbera cordis sui, qui fugerent & conuolarent,
quærentes locum refugij, vilo dracone aut aspide, & exēūt
in occursum iniquitatū suarū, salutantes à longe qualēcūq;
opportunitatē, quæ ipsis cōtingat, vt antiqua desideria com
pleat, Dic de auaro, dic de luxurioso & iracūdo. Congratu
lantur sibi ipsis dato tépore inuentaq; occasione, cum certe
plusquā mortiferi sint serpentes, quos amplexātur. Et quid
dicam? Si per somnium apparuerit bibisse aut tetigisse ex
tremis labijs venenū, vide quorū remedia, quo etiam mar
tyria sustinent, vsque dum illud euomant, & tamen fo
uent in sinu, nutriunt in corde, amplexantur viroque bra
chio iniquitates suas. His dicit Spiritus sanctus: Projicite à
vobis omnes iniquitates vestras. Quare moriemini do
mus Israel? Quasi diceret: Non tamē te ego creavi, non

Super Psal. 50. Homilia decimasexta.

destinavi te ad mortem, ad ignem, ad vermes, ad dentium C
stridorem, non creavi ego te ad carcerem & tenebras &
quare tu vis moriri? Quare in luctum & æterna suspiria vo-
luntarie descendis? Quare in exilium patriæ tuæ cœlestis
gaudens abis, cum ad Angelorum societatem te ego ordi-
nauerim? Quare moriemini domus Israel? Projicite à vo-
bis omnes iniquitates vestras, in quibus prævaricati estis,
& non projiciam vos à facie mea. Quod quantum sit du-
rum, & amarum, audite.

2. Reg. 13. Occiso Amon propter violationē Thamar sororis, in-
Eiectio à terfector eius Absalon fugit à facie patris sui Dauid, & cū
facie Dñi, venisset in Gessur fuit ibi tribus annis, & cessavit Dauid
persequi Absalon. Reconciliatus tandem patris suo per mu-
lierem Thecuitem & Ioab filium Saruix, reuersusque in
Hierusalem, dixit rex ad Ioab: Reuertatur Absalon in do-
num suam & faciem meam non videat. Mansitque Absa-
lon in Hierusalem duobus annis & faciem regis nō vidit.
Post quos dixit ad Ioab Absalon: Misisti ad te obsecrans ut
venires ad me, & mitterem te ad regem, & diceres ei: Quā
re veni de Gessur? Melius mihi erat ibi esse, obsecro er-
go, ut videam faciem regis, quod si memor est iniquitatis
meæ interficiat me. Notatē obsecro quam plura & magna
erant vnde Absalon delicias & dulcedinem capere posset.

2. Reg. 14 Porrò sicut Absalon vir non erat pulcher in omni Israel,
decorus nimis, à vestigio pedis usque ad verticem, non
erat in eo vlla macula in superpro ornamento mulierum
erant capilli capitis sui. Audite maiora. Nati sunt Absalon
filij tres & filia una nomine Thamar elegantis formæ, in
super in eadem ciuitate cōmorabatur, in qua pater eius Da-
uid. Quibus omnibus ad votū prospere cōtingētibus mœ-
roret amē cōsumitur, quia non videt faciem patris sui Da-
uid. In quo signū habebat latetis iræ, flagellumq; iustæ vin-
dictæ, elegitq; mori, si nō licet ei per patrem faciem eius vi-
dere. Magna sunt hæc & imaginē rei præsentis referunt, &
tusnileb X quasi

A quasi in vmbra habet oculus mentis nostræ, vnde cognoscat quantum malum sit à facie dñi projici. Compara singula singulis. Te ipsum in summa paupertate & extrema calamitate, cum Absalon abundantissimo, facie Davidis cum facie Dei viuentis, desiderium naturale videndi Deum, quod ardenter vigebit in medijs inferni doloribus, cum desiderio Absalonis, quinq; denique annos cū æternitate, ciuitatem cœlestem cum tenebrosis inferni carceribus, ut vel sic electionis huius à facie domini malū aliquo modo deprehēdas & cū Dauid ores: Ne projicias me à facie tua. De hac electione interpretatur præsentē locū beatus Ambrosius. *Amb. A.* Quomodo projicit Deus à facie sua audi dicentē: *polog. Da-* Tollite illum in tenebras exteriores, ibi erit fletus & stri-*uid. 1. cap.* dordentium. Qui non emendatur à facie eius, in tenebris 14. constituitur. Dilata & pondera, magnum enim ostium ad *Matt. 25.* loquendum & docendum in his, quæ diximus, aperitur.

B De alia electione sermonem faciebat beatus Gregorius *Gregorius* exponēs præsentē locū. A facie dñi eijscit, cui spes veniæ *Despera-* denegatur. Hic est qui desperat remissionē peccatorū. Sur *tio Veniae.* gite ergo, o magni peccatores & spe veniæ vires resumite, vt nō à facie dñi eijsciamini in æternū exiliū. Ad vos sermo nē meū cōuerto, vt vos ad Dñm cōuertamini, multus enim est ad ignoscēdū paratissimusq; Videte quā immane flagi *Isai. 55.* tium, quam capitale crimen aduersus Dei bonitatem committitis, veniam à fonte remissionis & indulgētię desperātes. Si dñm fide cognouistis, si nomen saluatoris, quod est Iesus, fide percepistis sperate in illum, scriptum est enim: sperant in te qui nouerunt nomen tuum. Quod est nomē *Psal. 9.* eius? Iesus. Quam habet interpretationem? Saluator. Ipse *Luca. 1.* enim saluum faciet populum suū, dicit Angelus Dñi ad sacratissimum sponsum virginis, à qua seruitute aut captivitate, saluum faciet populum suum? Nunquid ab AEgyptia *Nomē dñi.* ca aut Babylonia? An nulla istarum. Iam enim transferunt. Est ne alia miserior aut durior? Est certē & per omnia misera-

Super Psal. 50. Homilia decimasexta.

miserabilior & grauior. Quæ est illa? Audite Angelum C dicentem. Ipse saluum faciet populum suum à peccatis eorum. Hæc est potentia hæc est misericordia nominis Dei nostri, in quem iubentur sperare, quicunque illud noue-

Psalm. 24. runt. De quo & alio loco: Propter nomen tuum propitia beris peccato meo, multum est enim. Quod est multum, o rex & propheta, peccatum tuum an nomen domini? Nomen domini certe. Multus est enim ad ignoscendum, mul

Eccle. 51. tum est nomen eius. De quo alia scriptura dicit: Liberasti me secundum multitudinem misericordiæ nominis tui.

Cognosce ergo Dominum, o homo, multitudinem miseri

Exod. 15. cordiæ nominis eius, omnipotentiamque. De quo scriptum est: Omnipotens nomen eius. Est ergo nomen dñi multum ad ignoscendū, multæ misericordiæ & omnipotēs, utrūq;

Augu. To- enim requiritur. Vnde beatus Augustinus de re hac dispu mo. 10. ser tās inquit: Forsitā cogitat aliquis tā gravia se admisisse pec mone. 58. cata, yt iam Dei misericordiā promereri non possit. Absit de tempore. hoc à sensibus omniū peccatorū. O homo quicūq; illā pec D catorū multitudinē attēdis, cur & omnipotētiā cœlestis medici nō attēdis? Cū enim Deus velit misereri, quia bonus est, & possit quia omnipotēs est, ipse cōtra se ianuā pie tatis claudit, qui Deū sibi misereri, aut nō velle, aut nō pos se credit, cum aut bonum, aut omnipotentem esse diffidit.

Nemo ergo nec post centum peccata, nec post mille tri-

Grego. lib. 3. in Iob cap. 11. mina, de misericordia diuina desperet, & beatus Gregorius docet: In peccatoris pectori incessanter debet spes & fortitudo cōiungi, quia incassum misericordiā sperat, si nō etiā iustitiā timeat: incassum iustitiā metuit, si non etiam de misericordia confidat: Magnum ergo crimen, magnumque & ingens periculum de venia desperare, cum ex multis bonitatem Dei, longanimitatem & patientiam

2. Reg. 12. eius, imd̄ thesauros patientiæ eius didicerimus. Pepercit

3. Reg. 21. nanq; Dauidi adulterium & homicidium, pepercit etiam Achaz. Achaz sacrilego & homicida, ne in diebus eius induceret malum,

A malum, qui si in illa humilitate & pœnitentia, quem cœ- 2. Paral. c.
perat perdurasset, nunquam abiit Dei misericordia di- Ultimo.
scessisset. Et quid de impiissimo Manasse Rege Iuda dicā? *Manasses.*
Adeo sacrilegus & impius fuit, ut totam Hierusalem omni
iniquitate repleuerit. Et tamen post hæc in captiuitatē du-
ctus & in carcerem missus, cum grandi humilitate pœni-
tentiam agens, ita gratiam Dei obtinuit, ut mereretur in-
ter Dei amicos postea numerari. Qui ergo istis tantis acta
libus peccatoribus veniam dedit, paratus est & nobis, si in
veritate conuertimur, non solū peccata dimittere, sed etiā
æternam beatitudinem dare. Ne desperādo augeamus pec-
cata propositus est pœnitentiaz portus, rufus, ne sperando
augeamus, datus est dies mortis incertus. Heu quātum ma-
lum, quotidie sibi conciliant, qui spe veniaz in veniam pec-
cant. In vulneribus fracturis corporum magnam hanc ani-
marum cognoscite infirmitatem. Si enim alicuius pes fran Similitude
gatur aut manus, cum labore solet ad pristinum officium
B reuocari, si verò secundò & tertio, & adhuc frequenter in
eodem loco membra ipsa frangantur, cum magnis dolori-
bus vulnera ipsa curanda sunt, & tamen post longas & mul-
tas tribulationes, vixerit antequā ad pristinum statū mem-
bra ipsa valeant reuocari. Sic nimirum si semel aut bis ali-
quis peccauerit & sine aliqua dissimulatione, ad pœnitentia-
z lamenta confugerit, pristinam incolumentem sine ali-
qua mora, & forsitan sine aliqua fœditate recipiet. Si verò
peccata peccatis cœperint addi, & animarū vulnera magis
tegendo vel defendendo putrescere, quā confitēdo & pœ-
nitendo curari, timendum est ne veniens in profundū con-
temnat, & contēnendo desperet, & à facie domini abijciat-
tur, de quo valde sollicitus noster Dauid inquit: Ne proij-
cias me à facie tua, &c. Sicut exposuit beatus Gregorius.
Iam ad sententiam beati Augustini accedamus.

Inquit sanctus doctor in præsentis loci expositione. Ne pol. Dauid
proijcias me à facie tua: Quasi ultimus seruus humiliat se, 1. cap. 14.
& quasi

Super Psal. 50. Homilia decimasexta.

& quasi in peccato deprehensus, & offensæ reus obsecrat, C
Nota Val- vt flagelletur potius, quam̄ projiciatur à facie Domini. Vi
de. dete obsecro, & ante oculos mentis vestræ propositū ma-
gnum spectaculū considerate. Quasi ad genua Domini sui
prouolutus rex Dauid, non audet ad cœlos oculos leuare,
præ multitudine confessionis & verecundiax, quasi fur, in
peccato deprehensus, cōfunditur & offensæ reus obsecrat.
Ne projicias me à facie tua. Ecce in flagella paratus sum,
Ecce corpus meum ad pedes tuos iacet, calce percute me,
tantummodo à facie tua ne projicias me, ne alsimiler de-
scendētibus in lacum. Sentite hoc in vobis fratres charissimi

Dauid stu- mi, quod & in Dauide, qui cum in regia forma esset, qui
pendū exē. cūm sceptro & corona excelleret, tanquam vilissimum
plum. seruum se reputat in adulterio deprehensum, & ad genua
Domini iacet, iunctis manibus, & humiliis oculis, quæq;
dura & aspera potius, quā à facie Domini sui ejici, eligens.

Quid enim ad hāc ciectionē potest cōparari? Etiā per to-

2. Reg. 12. rā vitā, quod sibi à dño per Nathan cōminatū est, quod sci D
līcet, non recederet de domo eius gladius usq; in sempiter
nū, quotiescunq; contingebat huius orationis memor, hu-
militer & tanquā de manu dñi acceptabat. Intuemini hūc

2. Reg. 15. Dauidē humiliatū valde à filio suo Absalō, nudis pedibus
& flens ascendentem clivum oliuarum operto capite, qui
cum venisset usq; Bahurim, ecce egrediebatur deinde vir
de cognatione Saul nomine Semei, & maledicebat & mit-
tebat lapides cōtrare regem, ita loquebatur cū malediceret.
Egredere egredere vir sanguinum & vir Belial. Volenti
autem Abisai, illatam iniuriam uicisci, respondit Rex Da-
uid; Dimitte ut maledicat iuxta præceptū Domini. Super

August su- quod beatus Augustinus. Et cum ille iaceret maledicta in
per hunc. regem, iratus unus ex comitibus Dauid, voltuit ire & per-
Psalms. 50. cutere eum, prohibetur à Dauid. Et quomodo prohibe-
tur? Vt diceret: Deus illum misit, ut mihi malediceret.

Agnoscens culpam suam, amplexus est penam suam.
Ne

A Ne mutares ò homo aduersus Dei flagellum, sed potius Flagellum
 elige illud, quam viâ facie eius projiciaris. De quo sacra. Dei humili-
 tissimus Paulus. Fili mi noli negligere disciplinam domi- liter acce-
 ni, neque fatigeris, cum ab eo argueris. Quem enim dili- ptandum.
 git Deus castigat, flagellat autem omnem filium quem re Ad He-
 cipit (extraneus ergo erat siquidem recipitur). In disci- bra. 12.
 plina perseverate. Tanquam filii offert se vobis Deus. Prover. 13.
 Quis enim filius, quem non corripit pater? Quod si ex-
 tra disciplinam estis, cuius participes facti sunt omnes, er-
 go adulteri, & non filii estis. Iam intelligite senten-
 tiā Pauli cum dicto prophetæ & expositione beati Ambrosij. Seruus non manet in domo in æternum di-
 cebat dominus Iesus, ergo qui flagellator tanquam fi-
 lius à domino, non ejicietur à facie eius, sed manebit
 in domo patris sui in æternum, in qua multæ manfis-
 nes sunt. In disciplina perseverate, inquit Paulus. Ra. Ioan. c. 8.
 pinam enim bonorum suorum passi fuerant Hebrei, Ioan. c. 4.

B & quidem cum gaudio. Omnis namque disciplina in
 præsenti non videtur esse gaudij, sed mortoris, postea
 autem fructum pacatissimum exercitatis per eam red-
 det iustitiae. Videte quantum saluti peccatoris con-
 sulat Deus, cum flagellum ad eius correctionem im-
 mittit, vt emendatus non projiciatur à facie eius, sed
 maneat in domo eius & conspectu in æternum, de quo
 valde sollicitus noster David, orat dicens: Ne proij-
 cias me à facie tua: & spiritum sanctum tuum ne auferas
 à me.

Ecce secundam huius versus orationem, quam beatus Hieronymus de spiritu prophetæ exponit dicens: Spiritu tuum sanctum ne auferas à me, idest, spiritum prophetæ. Nota val-
 Duo diminant ex dono ac spiritu prophetæ, alterum de
 magnificat prophetam ipsum, alterum vero ad Dei glo- Prophetia
 riā maximè spectat, cum proximorum ædificatione, & prophe-
 quod si placet sit tertium. Hæc omnia docet nos beatissimus tæ.

Paulus

Paulus Apostolos. Annumerans quodam loco graduū dō-
norum cœlestium excellentiam, in primis posuit Aposto-
los, secundo vero prophetas. In quo facilē excellentē hunc
prophetarum gradū deprehendes, quippe qui statim post
Apostolos annumerantur, licet ordine temporis priores
fuerint. Agit ergo de perfectionis prioritate Apostolus cū
inquit: posuit primo Apostolos, secundò prophetas. Spe-
ctat ergo ad exaltationem prophetarum donum prophe-
tie & quam multum ad Dei gloriam & proximorum con-
versionem ad fidem. Hoc secundum argumentum scribit

*2. Epistol. ad Corinthios idem Apostolus, distinguens inter donum
ca. 14. linguarum & prophetie post alia inquit: Si omnes prophē-
tent, intret autem quis infidelis, vel idiota, conuincitur ab
omnibus, dijudicatur ab omnibus occulta enim cordis ma-
nifesta sunt & ita cadens in faciem, adorabit dominū, pro-
nuncians quod vere Deus sit in vobis. Ecce apertissime di-
cit Apostolus, ad Dei gloriam prophetiam spectare, & ad
salutem infidelium, quia conuincuntur, cū manifesta sunt D*

*Cap. 2. quod in hac eadem Epistola dicit idem Apostolus: Sermo
meus & prædicatio mea non in persuasilibus humanae sa-*

pientiae verbis, sed in demonstratione spiritus & virtutis,

*Orig. lib. 1. vt fides nostra non sit sita in humana sapientia, sed in virtute
cōtra Cels. te Dei. Super quod Origenes: His adiiciendum, disciplinā
in principiō nostram habere quandam demonstrationem propriam, di-
pio. Euse- uiniorem quam sint Græcorum demonstrationes, quam
bius Celsi. Apostolus vocat demonstrationem spiritus & virtutis. Ut
1. de præpa potè spiritu, per prophetas fidem aſtruēt, ijs quæ de Chri-
rutione Eſto ferūtur, virtute vero per prodigia, quæ facta credimus,
uang. c. 3. tum argumentis alijs, tum quia supersunt etiam eorum ve-
Fidei no- stigia. Absoluamus ergo prius dictum Apostoli: vi ad hoc
ſtre. demo ſecundum veniamus. Ex priori sententia manifeſte demon-
strationes. stratus prophetiam ſecreta cordis aperientem, ad Dei glo-
riam*

Ariam conducere, vnde sic conuictus infidelis cadens adorat, & confitetur adesse verum Deum, arcana pectoris pro palantem. Magnum hoc nimis & propter quod rogan-
dus erat Deus optimus maximus a propheta: Spiritu tuum sanctum ne auferas a me ut amplius & multum magnificē te. Sed (ut iudico) cum aliud sit prophetiae genus, quæ remorissima ab omni sensu, quia adhuc non sunt, præuidit & profert, haec sublimior profecto licet non ita conuincens in præsenti, sicut illa, de qua Apostolus dicebat, conuin-
citur ab omnibus; & ita cades in terrā adorabit dominum. Haec ergo prophetia, quæ futura post multa annorum curicula prædicta est. Sublimiore est illa, licet, incerta adhuc, dum non eueniunt, quæ prophetantur, maneat apud infideles. De hoc scriptum est: Da mercedem sustinētibus te, ut prophetæ tui fideles inueniātur & exaudi preces seruorum tuo-
rum. Cum enim implentur, quæ prophetata sunt, iam fide-
lis habetur propheta, iam conuincitur infidelitas, & confi-

Bitetur adfuisse verum Deum & spiritum eius, quo solo reue-
lante, scire potuit talis aut talis propheta, quæ ventura erat
& pendebant a sola diuina, aut humana voluntate. Haec ni-
mirum præuidi ab homine non possunt nisi a Deo, aut spi-
ritu eius reuelante. Præuideri & prædicti potest lunæ aut so-
lis eclipsis, aquarum inundatio, ventorum tempestas, natura
li scientia, humanæ vero voluntatis, aut diuinæ, operatio-
nes minime gentium. Hoc demonstrationis genus vocat
Apostolus ostensionem spiritus & virtutis, quamquidem
diuiniorem esse demonstrationem quam Græcorum dixit
Origenes. Quo demonstrationis genere usus est dominus
Iesus & sacri eius Apostoli millies repetentes verbum il- Nota val-
lud, ut adimplerentur, aut tunc adimpletur est, quod di-
ctum est per prophetam. Quas obsecro habet vires huius-
modi cōprobatio? Certè maiores quam omnis dialecticæ,
aut Græcorum demonstrationes, cum sit ostensio spiritus & virtutis, solus enim super cœlestis spiritus potuit reuelare.

Super Psal. 50. Homilia decimasexta.

Psal. 21. re sanctis prophetis, lanceis vulnerandum in cruce saluato C rem & clavis perforatum mittedaq; sorte super incosutile tunicam, mouendaq; capita blasphemorum phariseorum, que omnia a sola humana voluntate pendent, non ab astrorum constellazione, non a fato, cum nullum sit. Quae omnia & cetera facta & gesta domini salvatoris praedicta sunt a prophetis, impletaque in Christo. Hae est ostensio spiritus infallibilis, conuincens omnem infidelitatem, Iudaicam præcipue, cum Iudei sacros recipient prophetas veridicosque iudicent. Propter quod toties repetitum est verbum illud: Tunc adimpletur est vel ut adimpleretur quod dictum est per prophetam. Est hec ostensio & demonstratio spiritus.

Euseb. Cæsariensis. Quod demonstrationis genus luculentissime & doctissime per continuos decem libros Eusebius Cæsariensis Episcopus persequitur, priori quidem loco proponens aliquam veteris testamenti prophetiam, & secundo demonstrat in Christo adimpletam. Cui demonstrationi, quæ spiritus ab Apostolo vocatur, si addatur illa, quæ virtutis est, D per signa & portenta miraculorum, sicut sacri Dei & domini nostri Iesu Christi Apostoli fecerunt, nullus aduersarius erit, qui contradicere possit. Quod si nullum creditur Apostolos fecisse miraculum, hoc est sublimius, longeque ab humana potentia quod vniuersa gentilitas, patrios Deos & leges & ritus relinquens ad Christi fidem, ex solo Ap-

Lege beatum stolorum verbo etiam cum vita discrimine & bonorum Atha. ora- temporalium, conuolauerit. Eos maxime Deos qui ab initiatione contio seculorum apud omnes homines tam Grecos quam barbaria idola. baros, per regiones, ciuitates, agros, hostijs, diebus festis, lucis in dieis ac ceremonijs, ab omnibus regibus, tyrannis, populis, philosophis, legum latoribus, honorabatur atque colebantur. ne verbi Cum ergo hoc prophetæ genustantum deseruiret Dei Dei. gloriam, & Christi fidei, & gentium vocationi & Iudeorum David desi illuminationi, considerate quam rationabiliter quam sancte deria. oret sanctus David, Et spiritu tuu sanctum ne auferas a me, vt

A ut qui propter homicidiū & adulterium blasphemare feci nomen tuū, glorificare faciā dono prophetiē omnes gētes, saluatorē ac ducē salutis eorū, Christū dñm. Ecce quo ten dit facer propheta orans, ne auferat ab eo Deus spiritū prophetiæ, vt, scilicet glorificet multo amplius Dei nomē prophetia sua quam illud obscurauit magnis peccatis suis, hoc summis votis desiderat, & quasi hæreditario iure pœnitenti bus relinquit, vt qui nostris peccatis, præcipue publicis, famā, & nomē Dei nostri obscurauimus, iā post cōversionē, ardeat cor nostrū in Dei glorificationē & clarificationem. Sed nota quod licet in peccatorū pœnitentia, gratia & spi- *Nota.*
 titus sanctus cōcedatur & infundatur in corda gemētiū, illa tamē dona, quæ gratis data vocātur, nō necessario ipsam *Dona gra-*
iustificationē comitatur. Hoc forsan est quod Apostolus *tis data.*
 scribit ad Corinθios: sectamini charitatē, emulamini spiri- *1. Epist. c.*
tualia, id est dona Spiritus sancti, magis autē ut prophetetis. 14.
 Nā qui prophetat hominibus loquitur, & ad ædificationē,
 B & exhortationē, & consolationē. Quod argumentū ad longū prosequitur. Cum ergo tam multā Dei gloriā, & Christi Iesu dñi nostri exaltationē, cū tam multam proximorū ædificationē, exhortationē, consolationē, prophetia gene ret, videte si aliquo modo superbus debeat iudicari sanctus David orans: Et spiritū sanctū tuū ne auferas à me. Quam interpretationem germanā ac literalē iudico. ex duobus. Primū quia sic interpretatur beatus Hieronymus presentē locū. Secūdū, quia spiritus sanctus gratia sua inhabitans in cordibus iustificatorū, non auferunt nisi hominem mortali ter offendēte, dona autem gratuita licet sint sine pœnitentia Dei, sicut testatur Apostolus, nō tamē post nostram pœnitentiam, teneretur Deus iterum illa concedere. Quod optimē sciens sanctus propheta rogat Deum dicens: & spiritū sanctū tuū ne auferas à me. Deus nanque non auferit spiritum sanctum suum iustificantem ab aliquo, nisi ab illo *Viri spiri-*
deseratur eius lex & sanctum mandatum. Quod summo- *tuales.*

Super Psal. 50. Homilia decimasexta.

pere attendere debent viri spirituales, qui de donis gratui- C
tis cœlestis spiritus congaudebant, multumque ditabantur ex eis, vigilandum, inquam, est illis, ne domini sanctam voluntatem & mandatum abijcentes, in magnâ hâc iacturâ de ueniât. Quia licet dñs Deus indulgentiâ, & gratiâ per pœnitentiâ concedat, forsan denegabit alia dona gratis data, si cut dulcediné côteplationis, lacrymarū gratiâ, carnis mortificatione, & mudi contemptu. Quæ nimis omnia quâ plurimum gratiâ iustificante sustentabant. Quæ & perdet homo spiritualis propter suâ ingratitudine, expositusque erit cōmunitibus aliorum periculis, & facile cadet, & quidem miserabiliter. Cum autem peccare cōtigerit, non solù provenia orandus est dñs, verum & pro donis suis gratuitis, ne ab illis, quasi peregrinus, & extraneus factus, sterilisq; reditus, querat mundi gloriam, & carnis suæ curam inde side

Ad Rom. rijs faciat. De quo beatissimus Apostolus Paulus, postquam probauit p̄cessisse iam noctem, adesse que diem gratiæ inquit sicut in die honeste ambulemus, non in comeditionib⁹, & ebrietatibus, non in cubilib⁹, & impudicitijs, nō in cōtentione, & æmulatione sed induimini dñm nostrū Iesum Christū & carnis curā nō perficietis in desiderijs. Qua si diceret, necessario adesse carnis curā in desiderijs, quibus dulcedo spiritualis deest, de quo multa ad longum sequenti homilia. Videte ergo quantum curæ vobis debeat esse, quod valde solicitat cor sancti Dauidis cum orat: Et spiritum sanctum tuū ne auferas à me. Certè in toto corde orans est dominus Deus & in multis lacrymis, ac perseverantia, non solum pro venia delictorum, verum & quam maxime pro donis eius gratuitis, illis præcipue, quæ ad pabulum & sustentationem gratiæ iustificantis spectant. Quæ nobis concedat piissimus pater domini nostri Iesu Christi. Amen.

A S V P E R P S A L M V M Q V I N-
quagesimum. Homilia decima septima.

Redde mihi lætitiam salutaris tui: & spiritu
principali confirma me.

A R G V M E N T V M .

VO D peccatori post pœnitentiam & gratia iustificantem maxime coeniat mentis elevatio in Deum ad gustadum diuinam dulcedinem, ut ablactetur euellatur ab uberibus & delectabilibus sensu carnalium, qui bus ante indulgentiam inherebat. Inter haec verbum Pauli ad Hebreos cap. 6. Impossibile est eos, qui semel sunt illuminati, exponitur cum beato Dionysio, Athanasio, & Hieronymo, In expositione autem presentis loci cum patrum sententijs demonstratur, quod licet David semper præuiderit nasciturum Christum, de ventre eius qui salutare Dei ab yniuersa scriptura appellatur non tamen ea anima dulcedinem & letitiam post lapsum & reparationem inde hauriebat, sicut cum solitus cum Deo suo ambulabat, propter quod rogat, ut sibi reddatur. Inter hec de perpetua virginitate sacratissime domina nostre cum beato Ireneo super verbum illud de fructu ventris tui ponam super sedem tuam, & quanto a sanctis patribus pretio haec letitiae salutaris Dei in mundo venturi sit comparata & præcipue ab Abrahamo, de quo multa quantumque bonum sit, & quanta salutis efficax in omnibus & præcipue in peccatoribus pœnitentibus, cui timor comes esse debet, non securitas.

Redde mihi lætitiam salutaris tui: & spiritu
principali confirma me.

Ecce iam septimo loco orat sanctus David, in quo non tantum assiduitatem orationis nos docet, sed etiam quam multa peccatori post lapsum, & pœnitentiam sint necessaria

151 Super Psal. 50. Homilia decima septima.

ria salutis remedia. Sunt tamen multa quibus immergiuntur ma
la, quod si apertis & revelatis oculis aspicerentur a nobis,
in orando, non importunus, aut nimius videretur propheta,
sed quam nostrae salutis non simus contemptores. Sanat

Isa. c. 1. quidem Dei gratia nostrorum peccatorum liuorem & pla
Psalm. 112. gam tumentem, & defœtidissimo stercore erigit, ut cum sui po
puli principibus regni solium teneamus. Suscitat quidem
Gratia non animam in peccatis mortuam, Dei filios nos facit, sed non
sufficit ad ipsa gratia sufficit ad sequentem vitam nostram cursum per
perseuerantem agendum, sine speciali Dei auxilio, tanquam baculo neces
tiam. Hoc semper fuit in Ecclesia creditum, confessum &
Ratio inter prædicatum, de quo infra. Auertunt nos peccata nostra a
graculpe, summo & incommutabili bono, quod est Deus, & caduco
& pœne. ac temporali coniungimur, unde integrum rationem cul
pæ actus noster inordinatus induit, unde etiam & damni
Pœna dam pœnam, ac sensu, sibi conciliat homo. Auertitur avarus ab
ni*g* sen
susunde. infinita illa bonitate, quæ est Deus, coniungiturque; amore
diuinijs, aut eorum concupiscentiæ. Auertitur adulter &
1. Cor. 6. fornicarius ab illa immensa pulchritudine, quæ Deus est, &
ipsa bonitas, iungiturque; meretrici, unumque; cum illa corpus
efficitur, & sic de alijs peccatis ac criminibus. Secundum
que maiorem aut minorem affectionem, aut conatum
quæ quisque; in peccato habuit, sic firmius, aut minus immo
biliter coniungitur commutabili bono. Nec ad hoc multorum
actuum spectatur reduplicatio, aut aliquis valde adhæres crea
turæ iudicetur, cum unico, aut duobus valde efficacibus & in
tēsis hec adhæsio contingere possit, sicut & generari habitus
in bono, aut in malo, quod facile in iracundis & amaribus est
reperire, qui plenissimo animo, plenissimaque; voluntate in
vnū aut alterū feruntur. Ex hac nimiri turpi ac periculosisssi
ma coniunctione omnis coelestis dulcedo amara redditur,
quasi de lōg in quo spectatur, peregrinaque; iudicatur a pecca
tore. Vicinā ac familiarem habet sensu delectationē, nec
charius emendam iudicat, quā quod velit eam habere. Fa
cile

Nota.

ma coniunctione omnis coelestis dulcedo amara redditur,
quasi de lōg in quo spectatur, peregrinaque; iudicatur a pecca
tore. Vicinā ac familiarem habet sensu delectationē, nec
charius emendam iudicat, quā quod velit eam habere. Fa
cile

A cile est pulchra videre, molia tangere, dulcia gustare immo & bibere, dulcis somnus, amabilis musica, pretiosa vindicta. Et quid dicā? De praesentibus iudicat, quae vidēntur, quae temporalia sunt, nihil de illis quae nō videntur curas, quae & cetera sunt. Ad hūc, quasi peregrina & ignota lingua, de coelestibus dulcedinibus, dulcoribus & gaudijs fieri sermo, donec ab aspidū vberibus ablactetur euellaturque. Quod nō si similitudine vi & radicum multiplici istu continget, sicut in arboribus, quae altas proiecerunt radices ad suam stabilitatem.

Hæc difficultas & inhabilitas omnibus peccatoribus post grauem lapsum communis est, nec parua illis, qui coelestem dulcedinem & vitæ fontem gustauerunt, de quo sacratissimus Paulus: Impossibile est eos, qui semel illuminati sunt, gustauerunt etiam donum coeleste, & particeps facti sunt Spiritus sancti, gustauerunt nihilominus bonum Dei verbum, virtutesque seculi venturi & prolapsi sunt, rursus renouari ad penitentiam. Scio presentem

B locum de sacramento baptismi debere interpretari, quod per excellentiam quandam sacramentum luminis fidei, ab antiquissimis patribus Dionysio & Athanasio vocatur *Dionysius aduersus Nouatum hereticum penitentiam post lapsum Athanas. de Ecclesia tollentem, quod certe reiterari, nec debet, in illud nec potest. Hæc sunt verba beati Athanasij. Iam hoc di-* Euag. Qui etum non excludit de Ecclesia, post lauacrum, peccatum cum dixi apenitentia. Sed ostendit unum esse catholicæ Ecclesiae ritus verbū baptismi, & non duplex, sicut alio loco dicit Apostolus. in Spū S. Vna fides unum baptismi. Hæc, cum sit germana praesentis loci expositio, non hanc de qua sermonem agimus, tanquam notam ex adulterio excludit, congruit etiam & illi, si tamen impossibile per difficile exponas, sicut interpretatur beatus Hieronymus.

His omnibus quam necessaria sit mentis elevatio abijs inferioribus ad coelestia, facile erit iudicare cuiuscunque. Nisi enim eleuetur ad superiora post corporis mortificationem,

Super Psal. 50. Homilia decima septima.

multam, cœlestis dulcedinis torem non percipiet, vnde C
Oratio quæ amara & insipida præsentia reddantur. His procul dubio
necessaria valde necessaria oratio, non solum illa, quæ gemitus ac su-
penitenti- spiria domino Deo offert, verum & illa, quæ mentis ascen-
bus. sus est in Deum, vnde omne gaudium ac bonum, vnde læ-
titia salutaris Dei negotiatus accomparatur. Vides quam

necessaria pœnitentibus oratio & consideratio ad perseue-
rantiam? Desolatione desolata est omnis terra, quia nemo

Hiere. c. 12. est qui recogitet corde, dicebat quidam prophetarū. Hoc
summæ curæ est diabolo & Satanæ, auertere mentes pœ-
nitentium, à cœlestibus & contemplatione, vt terrenis in-
harentes, facile decipiatur, capiat, vulneret & tandem in-
æternam captiuitatem & seruitutem redigat. Quod cum
optimè sanctus David intelligeret, expertusque fuisset per
multos dies & menses, orat: Redde mihi lætitiam saluta-
ris tui. Cum enim illa mentis meæ visceribus aderat dicebā:

Psal. 19. 61 Nō mouebor amplius cū autem auersti facie, tuā à me sa-
ctus sum conturbatus, & heu quam miserabilis & miser,
cæcus & nudus. Quo loco valde congruenter usus est ver-
bo, Reddere, vt sibi familiarem antiquitus ostenderet, fu-
Ambr. gisseque in præsentiarum ab illo. Quod enim redditur,
Apolog. 1. antea habuimus, aut nobis debetur, sicut exponit beatus
David c. 16 Ambrosius.

Vnde nota, omnia illa, de quibus proximè sermonem
fecimus, per pœnitentiam nobis conceduntur. Promis-
sa enim est venia pœnitentibus, promissa est gratia quæ
est vita æterna, idest, principium & pignus vitæ æternæ
in Christo Iesu domino nostro. Dona vero gratis data, aut
familiarem Dei amicitiam non necessario cum gratia iu-
stificante nobis concedit dominus Deus noster. Propter
quod orabat in superioribus David & spiritum tuum san-
ctum ne auferas à me, idest, spiritum prophetæ sicut suo
loco interpretati sumus. Hoc enim donum gratuitum est,
neque delege communi sic habilis redditur mens nostra
ad

A ad ascendendū in Deum post pœnitētiā, sicut anteā sibi
līcebat nisi sit adeo excellens dolor cōtritionis, & vis amo-
ris & dilectionis, ut consummat sicut in sacrificio Heliæ, 3. Reg.ca.
de quo scriptum est: Cecidit autem ignis domini & vora- 18.
uit holocaustum, & ligna & lapides, puluerem quoque
& aquam, quæ erat in aquæ ducto lambens. Quod cum
vidisset omnis populus cecidit in faciem suam & ait: Dñs Homil. 24.
ipse est Deus, dñs ipse est Deus de quo infra. Sic contigit Luc. 7:
mulieri peccatrici, sic & sacratissimo Paulo, qui statim Actuū ca.
post conuersionem suam, qua ardentiſſimo dolore & 9.
amore plenissimaque voluntate dixit domino Iesu: Quid
me vis facere? De quo dominus ad Ananiam: Vade quæ-
re Saulum Tharsensem. Ecce orāt. Nec desunt qui dicant
de hac oratione, qua altissime ferebatur mens Pauli, ipse
sermonem agere cum scribēbat: Scio hominem ante an- 2. Cor. c. 12
nos quatuordecim raptum usque ad tertium cœlum. Ro-
gandus est igitur dominus Deus à iustis, qui ceciderunt &
B gustauerunt donum cœleste, quamque suavis sit Deus,
& ab illis, qui communem vitam agentes, à domino &
sancta lege recesserunt, redde mihi lætitiam salutaris tui
& spiritu, &c. Super quod beatus Basilius: Etiā atque etiam Basilius
pero, ut mens mea pristinam fœlicitatem & contra car- magnus fu-
nales concupiscentias pugnandi vim: atque virtutem re- per huc lo-
cipiat. Nam præsens locus ad longum ex sanctorum patrum cum.
placitis exponatur.

Inquit beatus Hieronymus: Redde mihi lætitiam salu-
taris tui, idest, Christi tui, illam exultationem, quam in
illo habui, priusquam peccauerim. Salutaris Dei patris
Christus est. Ac si dicat: Sicut anteā præuidebam per spi-
ritum, Christum in carne venturum & modo sic faciam.
Vult dicere beatus Hieronymus: Sicut anteā præuidebam,
idest, cum illa mentis dulcedine & spiritualis lætitiae iu-
bilo, venturum Christum in mundum, sic modo præ-
uideam, modum non substantiam indicat. Semper enim

Super Psal. 50. Homilia decimaseptima.

prævidit certissimusque fuit de aduentu Christi in carne. C
Nolo disputes an peccatum David posset impedire ad-
uentum filij Dei in mundum, cum scias propter pecca-
tores venisse, cum certissime scias absolutam esse ad-
uentus sui promissionem & iusurandum, dicente domi-
no ad Abraham: Per me niet ipsum iuraui, dicit domi-
nus, in semine tuo, quod est Christus, benedicentur om-
nes gentes. Quem locum interpretatur Datus Paulus.

Genes. 22. Nota val- Iurauit & dominus David: De fructu ventris tui ponam
de. super sedem tuam. De qua sede Angelus ad sacratissi-
mam dominam nostram: Dabitei dominus sedem Da-

Psal. 131. uid patris sui. De quo lege beatos Athanasium & Ire-

Athanas. nacum. Hæc sunt verba Irenæi. Propter hoc enim & de

in euang. fructu ventris eius, regem promisit, quod erat proprium

de sacratis virginis prægnantis, & non de fructu lumborum eius,

firma Dei nec de fructu renum eius, quod est proprium viri gene-

para. ratis & mulieris ex viro conceptionem facientis. Cir-

Irenæus aduersus here. lib. 3. cūcripsitego genitalia viri in promissione scriptura, immo D

verò nec commemorarentur quianon ex voluntate viri

erat, quod nascebatur. Citra ergo omnem dubitationem

& cōtrouersiā sit, certum semper fuisse Davidē, de aduen-

tu filij Dei in carne. Hinc latitia mens eius profunde-

bator, hauriebatque aquas gratiæ & dulcedinis de fonti-

bus saluatoris: Preuidebat in spiritu Christū in carne ven-

turum & gaudebat, sicut de Abraham testatur scriptura, &

Ioan. 8. dominus Iesus: Exultauit ut videret diem meum, vidit &

gauisos est. Hanc sententiam expositio beati Augustini cō-

firmat. Ita à sanctis patribus dispensatio carnis suscepit, fu-

tura credebatur, sicut à nobis facta creditur. Tempora va-

riata sunt, non fides.

Summopere huic argumento intendendum iudico, si
quidem rati illud facit David, nosq; valde necessaria om-
nibus poenitētibus dicebamus in superioribus. Quis enim
aut à p̄fensi latitia retrahet sensus carnis suę, aut cōtinua-

A re poterit p̄enitentiae dolorem, sine dulcedine salutaris Dei? Hac, ut gustaret Abrahā pater nostrę fidei, dedit charissimum, unigenitumque filium Isaac, nec ad horam dubitauit. Lege quæ de illo enarrat scriptura, quid etiam dominus Iesus dixerit. Tenuavit dominus Abraham & ait: *Tolle unigenitum tuum Isaac.* Lege Tertullianum & ad longum Origenem, magnifica valdeque sublimia sunt, *num ad quæ de illo scribit,* nec minus dulcia, ad multa enim tibi uers. *In deseruient.* Hic maximus patriarcharum vidit diem Christi in Isaac & ariete. Vidi diem redemptionis nostræ, *Origenes.* vidi mysterium incarnationis domini, vidi & gauisus *hom. 22. in est.* Vidi à longe, à longeque salutauit, à longe per mille *Genesis.* octingentos quinquaginta & tres annos, adorauit venturū redemptorem; vidi, & gauisus est. Duo inquit de Abrahā *Nota Val-* dominus noster Iesus Christus: Exultauit ut videret, vi- de. *& gauisus est.* Valde mirabile est quod præuiam dicit exultationem, antecedentemque ipsam historiam, in qua

B sibi aperiebatur factum mysterium, Magnum & mirabile est hoc nimirum. Quid antecessit historiam, in qua vidit diem Christi? Dominica iussio sibi precipiens, & qui dē cū magno verborū pondere, ad feriendū cor sacrisenit: *Genes. 22.* Tolle filium tuum unigenitum quem diligis Isaac, & vade in terram visionis, & ibi offeres illum in holocaustum, quod totū igni absu[m]ebatur post maestationē. Hoc est historiae sacræ antecedēs. De quo dicit salvator: Exultauit ut videret. Non quidem charius emitur huius mysterij visio, *Vis argu.* etiā si in pretiū amatiissimi Isaac interfectio & holocaustū *Ad Heb.* exigatur: de quo Beatissimus Paulus: Fide Abrahā nō hæsi *u.c.* taurit, cū unicum offerret, &c. Quo loco non intendo Abrahā fidem magnificare, sed verbum illud, non hæsitauit, *Isaac.* ut doceā quo gaudio beatissimus senex, abiit immolare sarcum filium, qui iam quasi annum trigesimum agebat, si- cut facile colligitur ex lib. *Genesis.* Quantas vero causas & quam magnas habuerit doloris & mortoris sauis eleganter expo-

¶ Super Psal. 50. Homilia decimaseptima.

exponit Otigentes. Et tamen gaudet & exultat ut videat C
diem Christi : Gaudebat non quia amantissimum fi-
lium iugulabat, sed quia in morte eius, Christi myste-
rium cernebat.

Genes. 37: Considera & nepotem eius sanctum Iacob morti-
proximo, cum videret diem Christi, qui anteā dice-
bat : Descendam lugens ad filium meum in infernum,
Genes. 49: quanta cum lētitia iam moritur & inquit : Salutare tuum,
Iacob vi- expectabo dñe, hoc scilicet de quo propheta David : Red-
dit diem de mihi lētitiam salutaris tui. Dices in quo vidit tunc in le-
Christi. &to salutare Dei & diem Christi ? Audi illum cum venit
ad benedicendum Iudam, de quo dominus noster Ie-
sus Christus natus est secundum carnem. Iuda te lauda-
bunt fratres tui. Catulus leonis Iuda, ad prædam ascen-
disti fili mi, requiescens accubuisti sicut leo, & quasi le-
na. Quis suscitabit eum ? Non auferetur sceptrum de Iu-
da, & dux de fœmore eius, donec veniat qui mittendus
est, & ipse erit expectatio gentium. Lauabit in vino sto- D
lam suam, & in sanguine vx̄ pallium suum. Pulchrio-
res sunt oculi eius vino, & dentes eius lācte candidio-

Theod. q. res. In qua sententia præter alia multa, hæc duo præci-
169. in Ge pue sub literæ velamine clauduntur, quæ nobis refera-
nes. Chrys. ita sunt, Christi Iesu domini nostri passio, eiusque glo-
homii. 67. riōla resurrectio, sicut testantur antiqui patres Ecclesie.
Aug. lib. Theodoreetus, Chrysostomus, Augustinus, Eusebius Cæ-
de essentia sariensis Episcopus, Origenes, &c. Hi omnes & quam plu-
diuin. c. 20 res alij constanter asserunt Iudam, idest, dominum no-
Euseb. lib. strum Iesum Christum, qui de Iuda secundum carnem na-
8. de demō tus est, tum quidē stolam sui sacrissimi corporis lauisse
stra. euān. in sanguine vx̄, cum in sua passione suum sacrissimum
demōst. 1. corpus non semel aut bis suo sanguine fuit int̄ctum. Hæc
Orig. hom. cum præuidisset morti valde proximus sanctus patriarcha
17. in Ge- Iacob, cum gaudio inquit : Salutare tuum expectabo domi-
nes. ne, & iuxta fidem hanc defunctus est, *sicut ad tempora misericordiæ*

Stet

A Stet ergo præsens testimonium in ore horum duorum *Letitia sa-*
patriarcharum, ut quæ comprobanda proposuimus, robur lutaris Dei
habeant, nimirum cognitionem attentamque meditatio- *quæ efficax*
nem salutaris Dei ad quæque grādia & difficilia perficien-
da, vsque ad mortem vnici filij, vsque ad tolerandam pro-
priam mortem, esse efficacem valdeque utilem pœnitenti-
bus, proqua orat sanctus David dicens: Redde mihi obse-
cro lætitiam salutaris tui, id est, sicut ante à cum magna men-
tis hilaritate, spiritualissimaque lætitia preuidebam Chri-
stum in carne venturum, sic & modo faciam. Hoc erat om *Gaudiū pœ-*
nium patrum gaudium, hæc eorum exultatio grandisque triarcharū
lætitia, alta mente reuoluere multotiesque in secreto ora-
tionis eorum dicere: Salutare Dei, qui est Christus domi-
nus, veniet & saluabit nos. Quem cum manibus suis senex
ille antiquusque dierum Simeon iustus teneret, dicebat:
Nunc dimittis seruum tuum domine in pace: quia viderūt *Luc. 2.*

B oculi mei salutare tuum. *Quis obsecro religiosa mente co-*
gitans, venturum dominum Deum de sinu omnipotentis
patri in uterum virginis, ut carnem nostram assumeret, si-
eretque verus homo, non exultauit, non perfusus fuit læti-
tia? Quis peccatorum, viribus sacræ spei assumptis, non læ-
tabatur in sua pœnitentia, cum lumen fidei, aduentus salu-
taris Dei, lucebat menti eius? Verbum eorum familiare
hoc erat: Ipse veniet & saluabit nos. Hinc eorum fortitu-
do. Hinc eorum animus inuincibilis in quibuscumque diffi-
cilibus tolerandis. Sic docet nos sacratissimus Paulus. Reco *Hebre. 12.*
gitate eum, qui talem à peccatoribus sustinuit contradic-
nem, ut non fatigemini animis vestris deficientes. Magnū
documentum nimirum, valdeq; consonum superiori. Ea-
dem fides, tempora diversa. Eadem sit & consideratio & re
cogitatio, ut lætitiam de salutari Dei bibamus ad currēdam *Letitia pœ-*
viam pœnitentia. Summopere gaudendum nobis, quia *nitētum.*
Deus factus est homo, quia partes nostri lætabantur in sua
pœnitentia, quia futurus erat homo. Summopere gauden-
dum

Super Psal. 50. Homilia decima septima.

dum gratulandumque est nobis, quia frater noster, nostr^x carnis particeps factus est, Deus & dominus noster. Maxime exultandum, quia natura nostra usque ad diuinitatis in Christo ascendit fastigium. Vnde vere & religiose dictum est: Homo factus est Deus. Sicut & fideliter scripsit

Cap. 1. *Heb. 2.* sacratissimus Ioannes: Verbum caro factum est. Ille, qui nunquam angelos apprehendit, semen Abrahæ apprehendit. Nunquid non patribus & nobis causa magna lætitia hæc? Nunquid non eius consideratio ac contemplatio

inundans intra omnia viscera gaudium? O felix anima cui datur, vel cui redditur lætitia salutaris Dei. Nunquid non spes veniae cum illa? Nunquid non indulgentia peccatorum? Nunquid non liberatio à durissima servitute peccati? Nunquid non libertas filiorum Dei, de hoc vitæ fon-

Rom. 8. c. te? Audi Apostolum. Qui proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis tradidit illum, quomodo non etiam omnia cum illo nobis donavit? Vbi nota verbum, Donare, de

præterito esse, non de futuro. Donavit inquit quasi aperte D diceret, Omnia remissio, salus, resurrectio, &c. Iure & me-

rito Christi concessa sunt nobis, nihil aliud restat, quam ut tu animo contrito & humiliato velis ea recipere. Propter hoc ius, quod in Christo & à baptisme eius accipi-
Ephes. 2. mus, magnificas voces illas intonuit beatissimus Paulus, quæ supra modum spiritualem lætitiam, auribus nostris ingerunt: Coniuicauit, conresuscitauit, confedere nos fecit in cœlestibus cum Christo. Sit ergo tibi o homo

o poenitens assidua consideratio salutaris Dei, ut eleuentur sensus tui ab his inferioribus, despiciasque delectabilia eorum, sub quibus latet venenum mortiferum, si-
Thren. 3. cut sub melle. Tunc adimplebitur quod scriptum est: Se-debit solitarius & tacebit, & leuabit se suprase. Hoc ma-

Osee. ca. 2. xime necessarium, ne iaceat infrà se. Et illud. Ducam eam ad solitudinem, & loquar ad cor eius & lactabo eam. Tunc adimplebitur quod in Canticis canticorum religio-

mob fa

A sa mēs inquit: Sub vmbra illius quem desiderabam sedi, & Cap. 5.
 fructus eius dulcis guturi meo. Quæ est hæc vmbra? Illa de Vmbra
 qua dictum est ab angelo ad sacratissimam Mariam: Et quid?
 virtus altissimi obūbrabit tibi, in vmbra celebratum fuit Luc. 1.c.
 sacrum incarnationis mysterium. Ad diuinitatem carne
 mortali obumbratam, refert beatissimus Leo Papa, quod Leo sermo
 scriptum est, obumbrabit tibi. Seruilem formam obumbra nede incar
 ta magestatis suæ dignitate suscepit. Sub hac vmbra sedens natione
 religiosa mens, fructus eius dulces experitur, vnde queque Dei.
 delectabilia sensuum despiciat animeturque ad prosequen
 dum poenitentiam. Huc inuito vos fratres mei charissimi, Can. 2.
 fugite de medio Babylonis & saluet vnuquisque animam Hier. 5.1.
 suam. Fugite ad deserta, ad montes, ad bestiarum antra &
 cubilia, recognitare salutare Dei, quam humilis venit in mū
 dum dominus Iesus, pannis inuolutus repositus fuit in præ Luc. 2. cæ.
 sepio inter duo animalia, sed aderat illi matris virginalis
 decor & regius. Recognitare quam dolens inclinavit ca Ioan. 19.

B put suum in cruce, reddens patri spiritum, cum tenebræ fa
 ctæ essent super terram. Ecce lætitia & gaudij fontem pu
 rissimum, & perennem. Omnes sicutientes venite ad aquas Esa. 40. 55.
 properate, emite absque vlla commutatione vinum ar
 dentis charitatis, & lac dulcedinis castissimæ, pro qua
 orat sanctus David: Redde mihi lætitiam salutaris tuæ.
 Quærebant illi antiqui patres lætitiam à Christo in mun
 dum venturo, querite & vos ab ipso, qui iam venit. Fides
 eadem, tempora diuersa, efficaciorque causa ad suum esse
 etum, cum esse reale habet, quam cum solum mente ap
 prehenditur futura. Longè aberant illi à venturo Chri
 sto, quam nos ab ipso, qui venit & abiit in cælum. Ab Nota Val
 Abraham usque ad Christum anni. 1853. fluxerunt. A de
 Christo autem usque ad nos anni. 1575. Fides ergo cum sit Letitia &
 eadem, sit & deuotio sancta, sit salutaris lætitia, timor si
 Sed illud summopere curādū cū eodē Davide, ne habita mul
 hac lætitia secura & minus cauta, ac timorosa, reddatur mēs Psal. 85.
 sub nostra,

Super Psal. 50. Homilia decima septima.

Nostra, unde denuo præcepit ruat in Barathrum peccatorū. C

Propter quod sic orabat ipse propheta : Lætetur cor meū:

Psal. 85. ut timeat nomen tuum super quem locum scribit beatus Grego. su- Gregorius: Non dicit lætetur ut securum sit, sed lætetur, ut per.

Psal. 50. timeat. Sa lutaris lætitia, cuius comes timor est. Ac si aper-

te dicat: Ita me correctum facito gaudere de venia, ut nun-

quam desinam, suspectus esse deculpa. Crediderunt filii Is-

rael aut multi eorum, nihil sibi superesse periculi, post mi-

rabilē transitum maris Rubri, postquam AEgyptios vide-

Exod. ca. runt mortuos super litus, gavisi sunt valde. Sed nota quid

14. de illis dicat scripture, Viderūt AEgyptios mortuos super

litus maris & manū magnā, quam exercuerat dominus

contra eos. Timuitque populus dominum & crediderunt

domino & Moysi seruo eius. Post hunc timorem ecce gau-

dium, & lætitiam. Sumpsit Maria prophetissa soror Aaron

tympanū in manu sua, egressęq; sunt omnes mulieres post

eam, cum tympanis & choris, quibus præcinebat: Cante-

mus domino, gloriose enim honorificatus est, equum, & af-

censorem deiecit in mare. Dignum & iustum, & necessa-

rium est, domino Deo nostro, pro magno redemptionis

beneficio, laudes & gratiarum actiones reddere, gaudere

de redemptione & manu magna quam in illa exercuit do-

minus Iesus. Sed post laudes & gaudium, timendum nobis

est, nondum enim comprehendimus. Restat longior via,

multęque amariudines, multiplexque tentatio, sicut & fi-

lijs Israel, de quibus nihil illis curz erat, quas & præuidere

oportet viros religiosos, armareque cor suum & preparare

lob. 7. ad temptationem, militia enim est vita nostra super terram,

dum in carne hac mortali viuimus, & vnius victoria inimi-

Nota Val- ci, alterius est rabies & incendium ad debellandum nos. Præ-

de. parandum est ergo cor nostrum post temptationem ad bel-

lum. Etiam si videoas AEgyptios super litus maris peniten-

tiæ imbruos etiam si per revelationem ostendat tibi Deus

dimissam peccata tua, adhuc timendum est tibi, adhuc oran-

eris

dus

Adus est Dominus Deus, adhuc auxilium gratiæ suæ querendum. Vide & considera quid contigerit illis post magnam ^{1. Cor. 10.} illam lætitiam, quia eveniet & tibi, omnia enim in figura nostri contingebant illis. Tuli ita Moyses Israel de mari Rubro & egressi sunt in desertum Sur, ambulaueruntque tribus diebus per solitudinem & non inuenierunt aquam, & venerunt in Mara, & non poterant bibere aquas Mara, eo quod essent amarae. Expecta, o homo, qui lætitiam salutis Dei cupiebas, expecta inquam Mara, inuenient te profecto amaritudines, post diuinam consolationem, visitat enim Deus, sed subito probat. Etiam per tres dies non inuenierunt aquam potabilem, quia amara erant fluenta Mara. Vides quam congruenter orat David: Lætetur cor meum, ut timeat nomen tuum? Vides quomodo expectanda sit, post lætitiam spiritualem, amaritudo humana? Sed & hæc lucrum magnum. Latet sub illa dulcior, suauior, puriorque consolatio: post nubila enim amœbiens resplendet Phœbus.

BLege que sequuntur in historia. Sitentibus ac tristibus qui per desertum Sur per tres dies non biberunt, Mara contigit: sed erant aquæ amarisimæ. Murmuravit populus contra Moysem dicens, &c. Externa die crediderunt Domino, & Moysi seruo eius, iam hodie, quæ quarta est dies, murmur auditus in castris contra Moysem. At ille clamauit ad Dominum, qui ostendit ei lignum, quod cum misseret in aquas, in dulcedine versæ sunt. Mirabile hoc est, magniique sacramenti imaginem refert. Ligno in Mara missio, cuius *Nota Val-* aquæ erant amarisimæ, versæ sunt in dulcedinem. Non dicitur *de* factæ sunt dulces aquæ Mara, sed amplius magnificantur, quod per lignum factum est. Versæ sunt (inquit) in dulcedi *Genes. 22.* nem. Venit & per tres dies sanctos Abraham per desertum Sur sitiens & doleos, cum intueretur charissimum pignus Isaac, sed & venit in Mara, cum ostendit ei Deus locum in quo offerte sibi Isaac volebat. Sed missio ligno in Mara versæ sunt aquæ in dulcedinem, cum supposuerit ligna su-

Super Psal. 50. Homilia decima septima.

per humerūm Isaac ad holocaustum. Vidi itanque domini Q.
num nostrum Iesum Christum in spiritu, baiulante crucem super humeros suos ad locum ubi erat crucifigendus.

Cum vidisset arietem inter vepres harentem cornibus, praevidit coronam spineam, quam agnus mitissimus & in-

nocens portabat super caput, ad calvariae locum pro huma-

Tertulia- ni generis redēptione. Ecce omnes illæ amaritudines,

nus adver- conuersæ sunt in dulcedinem & lætitiam salutaris Dei.

sus Indeos Sic enim, accipiendo est genitius ille, salutaris, ut vide-

fol. 50. licet, non possessionem, sed efficaciam denotet. Efficiebat

Psal. 50. iam salutare lignum crucis dulcedinem, in medijs amari-

tudinib⁹, ut verè dictum sit, exultauit ut videret, vidi &

Ioan. 8. gauisus est. Erat stendebat nobis, si gustare illam deside-

rainus, quod inuenienda sit in Mara, amarissimæ passionis

& mortis domini Iesu, de cuius consideratione sermonem

faciebat propheta dicens: Redde mihi lætitiam salutaris

tui, nosque valde curabimus demonstrare nostris præci-

pue pœnitentibus, necessitatem considerationis & con-

templationis, ut sensus eorum à terrenis cupiditatibus ele-

uentur in cœlestia, dulcedine diuinæ consolationis attra-

cti, sine qua in ianuis casus & præcipitum eos expectat.

Quis obsecro sine carnali aut spirituali vixit dulcedine?

Necesse est certe, ut hanc aut illam habeamus, quæcumque

vero harum potens est aliam in exilium mittere.

Lætitia sa- Sed & maximè conueniebat Davidi diuina consolatio

lutaris Dei & salutaris Dei lætitia. Quippe cum dolore & tristitia de

quatuor cōne peccatis consummaretur, educandus quidem erat super

niebat Da aquas magnæ huīns refectionis, valde pœnitens erat de

udi. peccatis suis, adeo, quod nec comedens, nec bibens, nec cu-

Psalm. 111. bans, à fletu cessabat. Regales epulas tanquam cinerem

Psal. 6. manducabat, vel forsan superinfusas cinere, potum cum

fletu miscebat & amaris lacrymis, cum ad lectum, tem-

pore somni pergebat, stans aut procidens in terram, stra-

tum rigabat. Quod verbum valde nota. Non enim aliqua

les

A les erat istæ lacrymæ sed multæ sed copiosa, quæles & illæ peccataricis mulieris à beato Luca describuntur. Hæc lacrymis rigat domini beatos pedes, ille vero stratum requietionis suæ & tandem dicit de hac sua pœnitentia: Et dolor meus in conspectu meo semper. Nonne iudicabis valde Psalm. necessariam lætitiam & non qualem cunq; sed illam, quæ de fonte venit & remissionis, profluebat, huic magno pœnitenti? Sis & tu illi similis & comes doloris, quia certè eris particeps lætitiae salutaris Dei, gratiæ & beatitudinis, quæ nobis concedat pater, per eundem Dominum nostrum Iesum Christum filium suum, in Spiritu sancto. Amen.

S V P E R P S A L M U M Q V I N-
quagesimum. Homilia decima octaua.

Redde mihi lætitiam salutaris tui: & spiritu

B principali confirmame.

A R G V M E N T V M.

DIFFINITIO perseverantie ex beato Augustino, cū valde utili expositione eius proponitur, & quod gratia iustificans ad perseverandum, sine speciali Dei auxilio, non sufficiat. Quæ licet à solo Deo sine nobis possit concedi, non tamen datur sine cooperacione nostrâ. Quam docuerunt sacratissimi Apostoli Petrus & Paulus, tradetis qui bus medijs ad tantam felicitatem possemus ascendere. In quorū sententijs multa de fide, de pte, de oratione, de elemosyna, de locaria iusticie, de gladiis spiritus, de scuto fidelis, de galea salutis, inter hæc autem rabies inimici, & fortitudo armorum eius, & Zelus militis Christi, ad debellandum inimicum, Davidis exemplo describuntur & tandem quod mereri de congruo possit magnum donum perseverantie.

Super Psal. 50. Homilia decima octaua.

Redde mihi lætitiam salutaris tui, & spiritu
principali confirmā me. C

Bonum verbum profectō, bonum desiderium, nec aliū
de quam ex dono Dei & à magna gratia eius inuenien-
dum. Hoc totum bonum nostrum, in bono confirmari, ne
iterum cadamus, ne iterum ad vomitum redeamus. Oran-
dus est ergo Deus à nobis, & quidem cum magno affectu,
vehementer, & ex toto corde, fundendaq; est anima no-
stracoram illo, ut spiritu principali confirmet nos, sicut
orat David. Tandem hoc peruenimus ybi bonorum om-
nium viuentem venam aperit Deus, si tantum ac tam pre-
tiosum donum concederit, qualis est confirmatio aut per-
seuerantia, sub qua sermonem agam & quidem magna p̄.

Perseuerā meditatione ac lectione. Perseuerantia (prout eam diffinit
tia Augu. beatus Augustinus) est in ratione bene considerata, stabilis
libr. 83. q. & perpetua permanētio. Obsecro dicte mihi in omnibus
cap. 31. humanis rationib; ac deliberationib; quid rationabi- D

liūs, quid naturæ nostræ germanius, quid vtilius, possimus
excogitare, ac firma mente statuere, quam virtutis & Dei

Psal. 118. gius hic propheta dicebat. Iuravi & statui, custodire iudi-
cia iustitiae tuæ, perpetuam mansionem in lege & manda-

Psal. 118. tis altissimi statuens. Et alio loco : Leuavi manus meas ad
mandata tua quæ dilexi : & exercebor in iustificationibus

Nota. tuis. Ille qui caput dimisit, ut à Samuele in regem vngere-
tur, leuat manus contra cœlum, & cœli Dominum, ex ardē
tissimo desiderio seruādi diuina iudicia & māda. Quod

quidem donum, cum ab Spiritu sancto, sic concedendum,
in cœlum manus leuat, ybi diuinatatis habitatio consecra-
ta est, ut etiam regni sceptrum ex obedientia suscipiēdum
ostenderet. Præueniendos est ergo Dominus, in orationi-
bus manibus elevatis in cœlum, ut magnum donum perse-
uerantiae concedat. Audi illum alio loco loquentem : Os

Psal. 118. uerantiae concedat. Audi illum alio loco loquentem : Os
meum

A meum aperui & attraxi spiritum, quia mandata tua deside
rabam. Tanquam ex longo fatigatus itinere, cui aspiratio
deficiebat, præ magno desiderio perseverantia, in manda-
torum diuinorum obseruātia, aperit os, vt aerem attrahat,
ne deficiat. O quam vere quam integrè huic prophete ade-
rat in ratione benè considerata desiderium hoc sanctissi-
mum. Hoc est ingens malum nostrum, quod secundum ra-
tionem ac nobilitatem generis nostri, non consideramus,
quæ deceant, quæ uè necessaria sint nobis. Desolationē de Hier. c. 12
solata est omnis terra, quia nō est qui recognitet corde. Co-
sidera ḥomo, siquidem ratione es præditus, & alta mente
reuelue, hunquid viuendum sit secundum rationem & vir-
tutem, secundum legem, & Dei voluntatem, an vero secun-
dum desideria brutorum & hominū impiorum, qui Deū,
qui legem, qui iudicium æternum, qui flamas ignis ardē-
tis, ignorant, & mortem? Audi illos gementes & vullantes
in magna tormentorum acerbitate: Erfauiimus à via verita Sap. c. 50.
B tis, & iustitiae lumen non luxit nobis, & sol intelligentiae Confessio
non est ortus nobis. Lassati sumus in via iniquitatis & per- peccatorū
ditionis, & ambulauimus vias difficiles, viam autem domi in sua con-
ni ignorauimus. Quid nobis profuit superbia, aut diuitia. demnatio-
rum iactantia quid contulit nobis? Transierunt omnia illa ne:
tanquam umbra, & tanquam nuntius præcurrens, & tan-
quam nauis, quæ pertransiit fluentem aquam, cuius, cū per
transierit, non est inuenire vestigium. Lege obsecro totū
illud cap. 5. lib. Sapientiae, ut malorum & bonorum statum
possis comprehendere. Sed & lege & considera diuitiarum
iactantiam & fauoris Aman per totum capit. 6. 7. & 8. libr.
Esther, ut argumentum firmius habeas ad hanc considera-
tionem, cum deprehēderis non solum labores & gemitus,
eos qui secundum sensualitatem visunt, ex pectori in futu-
ro seculo, verum & in hac luce, quæ illis clara & iucunda
videtur. Hoc, ratione bene considerata, deliberatō est,
nunquid viuendum sit secundum virtutem & legē, tamq;

Super Psal. 50. Homilia decima octaua.

desiderium oritur, tum orabis cum propheta; leuabisq; ma C
Fo. 171. d.e. nus & oculos ad Dominum ut tui misereatur. Lege Ter-
tul. inde p̄c̄nitentia.

Ratione cōsidera, nunquid retractandum sit externum

Meretrix. iudicium cum meretricem, ac p̄simas delicias eius dete-
stabar, quæ mentem, & corpus, & diuitias, & honorem,
corrodebat, velut tinea. Et quid, inquit, corrodebat velut
tinea, cum certum sit hæc omnia deuorare ore aperto ve-
lut leo rugiens, aut vrsus, & pedibus conculcare? Cum hæc
experientia deprehendisti, nunquid non retraxisti pe-
dem à via iniquitatis? nunquid non terga vertisti, ne falla-
cem pulchritudinē respiceres? Ut quid hodie, velut equus
impetu vadens ad prælium, viam perditionis & iniquita-
tis percurris? Delibera & statue nunquid secundum illam
sententiam, & iudicium sit perseveranter viuendū, an con-
ducat, siue necessarium, si autē hæc ignoras, ego tibi osten-
dam, imò cœlestis magister Christus: Nemo (inquit) mit-
tens manum ad aratum, & aspiciens retro, aptus est regno D

Perseuerā- Dei. Scripsit eleganter nimis & cum summa eruditione
de hac re Origenes, cuius literam originaliter hic propo-
Orig. Ho- nam. Inquit Origenes, Aliam de Amalech historiam pro-
milia. r. feram, vt ex pluribus scripturæ locis, clariss., quod quæri-
in Genes. mus, aduertatur, vimirum, quam necessaria sit in bonis per
Cap. 19. in li. feuerantia, non respicientes retro, nec dimittentes manum
Numer. ad aratum positam. In primo Regum libr. ait Samuel ad
Saul: Misit me dominus ut vngere in te in regem super po-

pulum suum, nūc ergo audi vocem Domini, &c. Non er-
go expedit nobis parcere illi, qui declinat populum & ab-
lingit, & deuorat illi, scilicet, invisiibili Amalech, qui volé-
tibus ascendere de AEgypto, & de mundi huius euadere
tenebris, atque ad terram promissionis ascendere, resistit
in via, & impugnat nos & sruenerit hos laffos ac des-
ertos, & retro aspicientes, atque in ultimis & incaudaposi-
tos, abscondit nos, & perimit, & ideo ostendendum est sem-
per

- A** per in ante & ad priora festinandum, imo & in verticem montis ascendendum, & semper leuanda sunt in oratione ad cœlum manus, ut ita demum vincatur Amalech, & cœdat. Ecce magnum ad perseverantiam remedium oratio assida, de qua sermonem faciemus. Sed audite eundem Ori. *Orig. super genem, super Hieremiam.* Quid autem sit retro ambulare, *Hier. Hos.* extendi in priora, considera. Iustus, eorum quæ retro sunt obliuiscens, in priora extenditur. Posteriorum peccator meminit, priora non apperet. Qui autem posteriorum meminavit, prævaricatur in legē Iesu dicentis: ne cōuertatur retrorsum tollere vestimentum suum. Inobediens est dicto eius. Mementote uxoris Loth egredientis de Sodomis, dixiſe. *Genes. 19.* Ne respexeris retro & ne steteris in tota regione: in modo tem saluum te fac, ne forte & comprehendaris. Habes & hunc intellectum dignum spiritu Dei: Ne inquit, respexeris retro, id est, in priora extende. Dimisisti Sodomam, ne reuertaris in Sodomam, dimisisti vitia atque peccata, ne regrediaris ad ea. Ne steteris in tota regione. Etiam si praecedens imperium custodieris, de quo dicitur: Ne respexeſt, peccati furoris retro, non tibi sufficit ad salutem, nisi & consequens obligienda. seruaueris: Ne steteris in tota regione. Non enim expedit incipienti proficere, ut ster in regionibus Sodomorū. Et si Sodomam transcendisti & Satanæ regione descendens, in cipis liber esse supplicijs, expedit ut salueris in monte, ne respexeris retro, ne steteris in tota regione. In monte salvum te fac, ne forte comprehendaris, si vis à Sodomorū ruina non comprehendendi, non cōuertaris retro, ne steteris in regione eorū ne ad alia pergas loca, sed cum inde discesseris, ascende in montem, in quo solo salus est nomen Iesu Christi, cui est gloria & imperium in secula seculorum Amen. Elige ergo post hanc deliberationem valde rationabile maximeq; cōducibilem, elige & statue firmissimo animo, custodire iudicia, atque domini tui mandata, ut sic ad perseverantiam currere incipias, si tandem detur ut comprehendere possis.

Super Psal. 50. Homilia decima octaua.

z. Epistola De non perseverantibus, sed ad antiqua peccata redeū- C.
cap. 2. tibus, interpretatur beatissimus Petrus dominicam senten-
tiam: Cum immundus spiritus exierit ab homine, &c. Et
facta sunt posteriora illius, peiora prioribus, si enim fugiē-
tes coinquinationes mundi in cognitionem Domini no-
strī & saluatoris Iesu Christi, his rursus implicati, superan-
tur, facta sunt eis posteriora peiora prioribus. Melius enim
erat illis non cognoscere viam iustitiae, quam post agnitionem,
retrosum conuerti, ab eo quod illi traditum est, san-

Pro. c. 26. ēto mandato. Contingit enim illis illud viri proverbij.

Cap. 2. Canis conuersus ad suum vomitum, & sus lota in voluta-
bro luti. Aduersus quos est sermo Domini, per Hieremiā

prophetam dicentem. Obstupescite cœli super hoc & por-
tae eius desolamini vehementer. Duo mala fecit populus
meus, me dereliquerunt fontem aquæ viuæ, & foderunt
sibi cisternas, cisternas dissipatas, quæ continere non va-
lent aquas. Attendite quid Dominus loquatur: Duo mala
fecit populus meus. Nunquid hoc est singulare & præci-
puum in huiusmodi peccatoribus, & non potius commu-
ne omnibus, qui cū à domino recedunt, eum derelinquūt
& sibi fodiunt cisternas? Certe quāvis hoc sit omnibus pec-
catoribus commune, maxime & præcipue de illis, qui ad
suū vomitū redeunt, prædicatur. Hī nimirū cū cognouis-
sent Dñm & virtutū splendorē, decoremq; amicabilē, iudi-
cauerūt, ac decreuerūt illi esse seruendum & proiecerunt
lapides, & bitumen super cisternas suas, ut vias Dñi cōpla-
narent, & iterū noua sollicitudine ac peruigili cura fodiūt
illas, reuertentes ad antiqua & condēnata peccata sua, quasi
reperissent in lūsum & insipidum dominum, castumque
eius amorem, viam autem peccatorū dulcē ac delectabilē.

Hier. c. 1. Aduersus quos ecce Dñi verbū. Quid inuenierūt iniquita-
tis in me patres vestri, quia elōgauerūt à me, & ambulaue-
rūt post vanitatem, & vani facti sunt? Ecce quid de prima
parte dicere proposuimus, ad secundam accedamus.

Semper

A Semper fuit ab Ecclesia creditum & prædicatum, non *Gratia nō sufficere ad perseverantiam, gratiam iustificantem, sed ne sufficit ad cessarium subinde quotidianum Dei auxilium.* De hac re perseverantibus scripserunt antiqui Ecclesiæ patres Augustinus, Hieronymus, &c. Sed omnia quæ ab illis edoceri possunt, sub brevi epilogo edocet nos sacrosancta Tridentina Synodus in *Decreto.* hæc verba: Similiter de perseverantia munere, de quo scri de iust. ca. ptum est: *Qui perseveraverit usque in finem, hic saluus est.* erit: *Quod quidem aliunde haberi non potest, nisi ab eo Matt. 24.* qui potens est, eum qui stat statuere ut perseveranter stet, & eum qui cadit, restituere, nemo sibi aliquid certi absoluta certitudine pollicetur, tametsi in Dei auxilio firmissimam spem collocare, ac reponere omnes debet. Deus enim, nisi *Philip. 2.c.* ipsi illius gratiae defuerint, sicut cœpit opus bonum, ita perficer operans velle & perficere. Veruntamen qui se existimant stare, videant ne cadant, & cum timore & tremore salutem suam operentur in laboribus in vigilijs, in eleemosynis, in oratione, in oblationibus, in ieunijs in castitate. Formidare enim debent scientes quod in spem gloriam, & non dñm, in gloriam, renati sunt. De pugna quæ superest cum diabolo, cum carne cum mundo, in qua victores esse non possunt, nisi cum Dei gratia Apostolo obtemperent dicenti: *Debitores sumus non carni, &c. Ecce omnia quæ à nobis desiderari poterant in hac parte.* Primò nos docet sacram Concilium à domino descendere hoc donū, & non quidem sine nobis, sed cooperantibus nobis, siquidem promereri potest de congruo, sicut infra dicemus, illis nimis operibus, quæ statim describuntur, in laboribus, in orationibus, in eleemosynis, &c. Et canone alio diffinierūt pa. *Can. 22.* tres. Siquis dixerit iustificatū, vel sine speciali Dei auxilio *Auxilium in accepta iustitia perseverare posse, vel cum eo nō posse, quotidiana anathema sit, & in his dānauerūt patres errorē Pelagianorum.* rū dicētiū sufficere libertatē nostrā naturalem ad perseuerādū in Dei gratia. Vnde beatus Augustinus diffiniēs mul-

Aug. inde ta ad nostram sacratissimam fidem spectantia, hoc vnum C
Ecclesiasti non vili loco iacet aut obscurum: Neminem etiam baptisma
cis dog.ca. tis gratiae renouatum, idoneum esse ad superandas diaboli
 23. insidias, & ad vincendas carnis concupiscentias, nisi per

quotidianum auxilium Dei, perseverantiam bonae conuer-
 sationis acceperit. Vbi pondera quod nullum sacramentum,
 aut actus cuiuscunque virtutis regulatiter, ita delet omnē
 culpam & reatum & maculam quantu[m] grauissimus pec-
Baptismus cator sit, qui illud recepit, sicut sacrum baptisma, in quo
 cum Christo sepelimur & resurgimus in vita nouitatem,
 & de hoc inquit beatissimus pater Augustinus, non posse
 sine quotidiano Dei auxilio baptizatum superare diaboli
 insidias & carnis tentationes. Nota quod quotidianum vo-
 cauit auxilium, quod nobis est necessarium. Sed & librum
 de perfectione iustitiae quasi hoc sigillo signavit idem Au-
 gustinus: Quisquis nos orare debere negat, ne intremus in
tentationem, negat autem hoc, qui contendit ad non pec-
candum gratiae Dei adiutorium, non esse homini necessa- D
rium, sed sola lege accepta humanam sufficere voluntate,
ab auribus omnium remouendum, & ore omnium non ana-

Hieron. 2. thematizandū, non dubito. Beatus Hieronymus in Pelagia
in Pelag. nos exaggerat hæc verba: Quid dormitis? Surgite & ora-
te, ne intretis in temptationem. Debuit ergo iuxta vos dice-
re, surgite & resistite: liberum enim habetis arbitrium &
femel à Domino vobis concessa potestate, nullius alterius
indigetis auxilio. Et nota quod illo tempore Apostoli erant
in gratia. Quis vñquam hoc dubitauit? Et tamen orare iu-

Ephe.c. 6. bentur & vigilare, ne intrent in temptationem. Vnde Paulus
Oratio ad Apostolus omnes hortatur orare spiritu & mente, & in om-
perseuerantili loco, puras ad Deum levantes manus, sicut Moyses in cru-
tiam.

cis signum & vincebatur Amalech, cum autem dimitteret
2. Cor.c. 13 eas, vincebat pessimus ille inimicus. Et alias palam fateitur
Coloff.c. 5. non posse nos seruare diuina mandata, sine adiutorio diui-

2. Cor.c. 4. no. Habemus inquit thesaurum istum in vasis fictilibus, vt
sublimi-

A sublimitas Dei sit, non ex nobis. Quæ significantius legit 3. Contra beatus Hieronymus, ut abundantia fortitudinis nostræ sit Pelig. ex Deo, non ex nobis. Tradiditque Deo tribuendum est 1. Cor. c. 10 se, si quando inuiti perseveremus in Dei gratia: Fidelis Deus, qui non patietur vos tentari, ultra id quod potestis, sed faciet cum tentatione prouentum, vel sicut Concilium Milevitanum & alij legunt, exitum, ut possitis sustinere. De quo lege Origenem & beatissimum Augusti- Orig. 3. li. num. Nec amplius in hoc immorandum, creditum fuit Periarc. c. semper, semperque prædicatum, necessarium esse Dei au- 2. August. xilium ad perseverandum. Sicut enim oculus corporalis inde bono plenissime sanus, nisi candore lucis adiutus, non potest persevera- cernere, sic etiam homo perfecte sanctificatus, qualis de tñ. c. 8. baptismate exiit, nisi æterna luce iustitiae adiuuetur diui- Similitudo nitus, recte non potest viuere. De quo lege etiam Hiero- Hier. 2. li. nymum & beatum Cyrillum. Rem hæc pulcherrimis ver- contra Ioui bis exornat super Euangelicum illud. Si perseveraueritis nianu. Cy- in sermone meo, vere discipuli mei eritis. De quo sit satis, rillus li. 11 ad tertium accedamus. ~~deinde pascitur non res ipsa quia~~ in Ioan. c.

Quanvis possit tam sublime donum quale est perseue- 21. & lib. rantia per se ipsum dare Deus cuicunque voluerit, & per 6. cap. 1. se ipsum saluare, absqueulla cooperatione nostra, nem- Cooperatio hem tamen ex his, qui libero vtuntur arbitrio, sanctificat, nostra ne- aut glorificat, aut tanti doni participem facit, qui & ipsecessaria ad suæ cooperetur saluti. Magnumque fuit erga nos hoc ma- persenerägnificantiæ consilium, ut non solum magnificare nos dum. decerneret altissimus donis sublimibus, verum & coad- iutores sui ipsius in nostram gloriam nos efficeret. Hanc Cap. 22. necessitatem nostræ cooperationis, evidenter demon- strauerunt patres in Concilio, & omnes illæ auctori- tates iam citatæ. Nauis enim non solum flantibus ventis Similitudo à Domino Deo, verum & vigili cura gubernatoris ad sa- lutarèm portum dirigitur. Sic nimirum non tantum su- per cœlesti dono & gratia nostræ nauigationis dirigenda est via,

181 Super Psal. 50. Homilia decima octaua.

est via, verum & cooperatio nostra nobis est necessaria. C
Quod inde facile comprobabis, quod cum de perseveran-
tia Christus Iesus dominus noster sermonē agit, præcipit
ut vigilemus, oremus, iejunemus, & indigentibus eleemo-
synas tribuamus. Non hæc nobis mandarentur, nisi nostra
perseverantia nostræ subesset potestati, & aliquid quoque
ad ipsam ex parte nostra, esset requisitum. Docet hoc sacra-

1. Cor. 10. tissimus Paulus in hęc verba: Qui se existimat stare, videat
Phil. 1. ne cadat: Cum timore & tremore suam salutem operetur,

Docuerunt etiam hi sancti Apostoli quibus medijs tātum
donum possemus comparare. Quorū sentētię longissimā
requirunt expositionem. In illa autem, quæ est Divi Pauli

2. Epistola cap. 1. immorabitur. Petrus Apostolus sic nos docet: Vos autem

curam omnem subinferentes, ministrare in fide vestra vir-
tutem, in virtute autem scientiam, in scientia autem absti-
nentiam, in abstinentia autem patientiam, in patientia au-
tem pietatem, in pietate autem amorē fraternitatis, in amo-
re autem fraternitatis charitatē. Hæc enim si vobis ad sint D
& superent, non vacuos neq; sine fructu vos constituent, in

domini nostri Iesu Christi cognitione. Vides quam mul-
ta quamq; præclara sint illa opera ex generosis parentibus
orta, quæ beatissimus Petrus enumerat ut de catherenam au-
ream texere possimus, ad vincendum nostrum inimicum?

Ephe. c. 6. Sed audi Paulum armaturam tribuētem Christi militibus,
Lege Ori- tāquam ducem magnificum, qui gloriā sui imperatoris,
genē. li. 3. summis laboribus & sudoribus quæsivit: Accipite armatu-
Periar. c. 2 ram Dei, ut possitis resistere in die malo, & in omnibus

perfetti stare. Nota ante omnia verbum illud, ut possitis
resistere. Posse tribuit Deus, non resistere, ut vtrūq; nobis
ascribatur, aut victoria ad coronā aut casus, ad flagellū. Sed
ipsi soli gloria victorię, qui vincere tribuit, nobis autē ca-
sus. Quæ est illa armatura? & quæ eius partes? & quare illā
tribuit nobis? Quoniam nō est nobis colluctatio aduersus car-
nē & sanguinē, sed aduersus principes & potestates, adver-
sus

A sus mundi huius rectores tenebrarum harum, cōtra nequitiā spiritualia in celestibus. Ecce quam multi, quam potētes, quam exercitati in bello sint inimici nostri. Ab initio *strigates.* creaturæ mundi diabolus & Satanás est apostata & homicida, omniaque machinamenta & retia sua tetendit super faciem vniuersitatem terræ, ad capiendum miserum hominē. Propter quod dilectus discipulus dicit: Totus mundus positus est in maligno. Vide quam sapiens, quam vigil, quam *Iordan. p. c. 5* exercitatus, quam fortis robore, sit aduersarius tuus, vide si *Nota val-*

in campum certaminis, inermis descendere sit tutum. De de- hac re sermonē agens beatus Cyprianus scribebat ad mar- *Cypria. in-* tyres: Aduersarius vetus est & hostis antiquus, cū quo præ- *de exhor-* lium gerimus. Sex millia annorum iam plenē complētur, *tatiōe mar-* ex quo hominem diabolus pugnat. Omnia genera tentan- *tyrum. 2.* di & artes, atq; insidias deiiciendi, vsu ipso vetus hostis edi *Tomo. fol.* dicit, & scriptit hęc Anno Domini. 244. Accipiamus ergo 330.

B de manu ducis & armigeri nostri Pauli armaturā Dei, quę *Armatu-* profectō invincibilis est. State ergo succincti lumbos ve- *ra Dei.* stros in veritate, & induit loricam iustitiae, & calciati pe- des in præparationem Euangelij pacis, in omnibus sumen tes scutū fidei, in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere, & galeam salutis assumite, & gladium spiritus, quod est verbum Dei. Per omnem orationem & obsecrationem orantes omni tempore, &c. Ecce arma militiae nostræ, vt stare possimus aduersus insidias diaboli. Eligamus aliquot ad hanc considerationem, loquamurq; de lorica & gladio, & galea, & scuto, & oratione, maxime enim hęc cōducunt ad perseverantiam, quam totis viribus ac studio, quererere nobis ipsis debemus. Pudicitia, castitas & amor *Castitas.* eius primo loco, tanquam regale balteum, nobis proponitur. Hęc enim fundamentum est, & quidem congruentissimum omnium virtutum, amatorq; illius Dominus Deus. Neq; qualiscunq; esse debet, sed in veritate. In veritate inquit Apostolus: Lumbos enim succingimus, cum carnis lu- *xuriam*

Super Psal. 50. Homilia decima octaua.

xuriam (quæ in lumbis est) per continentiam coarctamus. C
Iam post castitatem, congruenter induit nos lorica iusti.
Institia. Iustitia hoc loco, communem virtutem significat, &
non illam solum, quæ tribuit unicuique quod suum est, sed
Lorica. omnes virtutes amplectitur. Lorica ergo cōsuenda & qua
si texenda est ex omnibus virtutibus & earum actionibus.
Vide quam pulchrum ornamentum, quam decorū, quam
inexpugnabile, quam invincibile, de manu nostri impera
toris, ad bellum eius suscipimus. Lorica ex multis & quasi
innumeris hamis componitur, sic est & lorica nostra spiri
tualis, de qua sermonem agebat sacratissimus Petrus in su
perioribus, cum docebat debere nos habere virtutem, sciē
tiā, abstinentiam, patientiam, pietatem, amorem frater
nitatis, denique preciosissimam charitatem. Hæc sunt hu
ius loricæ partes, cæteræque virtutes, quæ interiora nostra
non sinit transfixi. Ideo dixit Petrus: Cui hæc præsto sunt,
non vacuos nec sine fructu constituent in die Domini no
stri Iesu Christi, imo cum honorificentissimis victorijs, D
Similitudo quas de antiquo hoste nostro reportabimus. O quam secu
ros, quam lætabundus, quanta spe plenus, coram rege suo
apparet miles, qui capita inimicorum reportat quam ple
nus inquam spe honoris & coronæ. Vidimus hoc in nostro
I. Re. c. 17 Dauide de quo scriptura inquit: Cumque regressus esset
Dauid percutto Philistæo, tulit eum Abner, & introduxit
coram Saule, caput Philistæi habentem in manu sua. Sed
Cap. 3. Iu- & hymnos laudis eius describit Samuel, capit. 18. In euna
dem modum proponit nobis scriptura mulierem fortē Iu
dith. Sed verbum oris eius cū adduceret caput Holofernisi:
Aperite portas, quoniā nobiscum est Deus: qui fecit virtu
tem in Israel. Ad rem redeamus. Appendite ergo & con
catenate hamum hamo huius spiritualis loricæ, per bona
opera sat agentes, certam facere vestrā vocationem & ele
ctionem, ut stare possitis aduersus insidias diaboli. Qui nō
solum insidiatur in abscondito, verum & tela ignea in ma
nu sua

Anu sua teneri tempus & horam desiderans & expectans admittendum in corda nostra. Propter quod ecce scutum fidei tribuit nobis Apostolus. In omnibus (inquit) sumentes scutum fidei. Et quale est hoc & quam forte? Audite illum. In quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere.

Fides ergo sacratissima est scutum nostrum quod ante. *Fides, scutus & cor nostrum,* debemus tenere. Duo ergo super *tum.* hunc locum pertractabo. Alterum erit super verbum illud; quo Apostolus tentationes inimici ignea tela vocat, alterum vero de excellentia nostri scuti, quod nobis tribuit gentium magister Paulus. Experientia edocti sumus quā verum sic verbum Apostoli. Nonne telum igneum conociū cium in proxīnum, quo ardet & vulneratur cor eius, cuius fumus rationē obcēcat, cuius ignis animā & corpus incendit, igneis apparentibus oculis? Nōne igneū telum iniuria, quod adeò in cor nostrum infigitur, ut neq; amor patriæ, neq; vxoris præces, neq; filiorum vita, neque corporis vula nera, neq; mortis timor, neq; ipse infernus potens est illud educere & sanare, dimissō odio, & ira, quam concepit & aluit contra inimicum? Nunquid non telum igneum car-

*Tela ignea
tentationes
Diaboli.*

BAmor carnalis amor, quem proprio nomine rabiem luxuriæ vocabis, qui simul vulnerat & incēdit, velut flamma ignis? Heu bies luxuriam rabiem luxuriæ miseri isti patiuntur quos amatores vocamus. Heu quā ardens flāma concupiscentiæ eorū. Ignea acies oculorū eorū, flāmasq; spirat, ipsamq; aperit, ut amplius vulneretur gaudēs in passionibus suis. Heu qualis ignis totū hominē accēdit cuius scintillæ luxuria & verba carnalia. O ignis infernalis luxuria, cuius materia gula, cuius flamma superbia, cuius scintillæ praua colloquia, cuius famus infamia, cuius cinis immunditia, cuius finis gehenna. Heu qualēm ignem intra sinum suum miserī isti souēt, ex meditatione vnius verbi, quod blande audierunt, ab ore callidissimæ mulieris. Heu quam amentes, quam insani in rogam ardenter, fœnum carnis suæ coniuncti.

481 Super Psal. 50. Homilia decima octaua.

Nunquid nō de solario, in quo se lauabat mulier illa Beth-
sabee, telum ignitum, Satanás & diabolus misit potēti ma-
nu in Dauidem nostrum? Captus eius pulchritudine, addu-
ci eam ad se iussit, omnium Dei sui beneficiorum & dono-
rum oblitus, & grauiissimè contra lēgē peccauit. Heu qua-

Genes. 3. 1. lem ignem passus est. Nonne telum igneum proiecit dia-
bolus intra cor nequissimæ illius mulieris, de qua dicit scri-

Ioseph. ptuta: Post multos dies iniecit domina sua oculos suos in
Ioseph & ait: Dormi mecum. Adolescentem sanctum &
pudicus assumpsit scutum firmissimum, in quo extinguit
telum igneum inimici. Quomodo possum hoc malum fa-
cere, & peccare in dominum meum, inquit? In adulterio
enim præter luxuriaz maculam, iniuria proximi reperitur,
alienum rapiens adulter, violansq; torum non suum. His
telis nisi fidei sacratissimæ nostræ scutum opponantur, in
illoque recipientur, letale vulnus subaperiunt & ignem
accendent. Caeue ne sensu carnis tuæ illa recipias, quæ cla-

Cap. 40. mante Esaia fœnum est, & modico igni absumitur. Caeue D.

& vigilane verbum iniuriosum humanæ carnis sensu reci-

Iacobi ca. piæ, qui mendax est, nec ullam expiationem, aut cōdignā

satisfactionem, pro opprobrio mendacij adinuenit. Heu

quam modicus ignistantiam siluam incendit. Caeue ne te-
lum igneum tentationis fidei, sensu humanæ sapientiaz re-
cipias, quia decipiet te, nimirum cum supra captum huma-
næ philosophiaz, quæ ex fide nobis proponuntur, existunt.

Oppone, ò homo, si non vis perire, scutum fidei, contra telū
hoc ardens, pone scutum tuum supra pectus tuum, ne trans-

Matt. 6. uerberet cor tuum & incendat illud. Quod est huiusmodi

scutum? Nisi dimiseritis fratribus vestris de cordibus ve-

stris, nec pater cœlestis dimittet vobis. Et tibi, ò homo, qui

cæco captus es igni, dicitur: Si secundum carnem vixeritis

Ad Ro. 8. moriemini. Si autem spiritu facta carnis mortificaveritis,
vivetis In omnibus sumentes scutum fidei, quæ carnalibus

iracundisq; æternam pœnam decernit. Proprier quod dice-

bat

A bar beatissimus Petrus: Ministrate in virtute scientiam, ut scilicet, scias, quæ tibi sunt necessaria, nec multi magistri opus sunt tibi, ut discere possis quanta mala hic & in futuro seculo omnes peccatores expectent. Fides docet magnum nimisq; sublime bonorum & iustorum præmium, & pessimorum decernit supplicium, propter quod Apostolus, in omnibus eiusdem fidei scutum sumendum, præcipit.

Non eiusdem in omnibus fortitudinis scutum hoc cœlestē reperitur, sed pro vniuerscuiusq; fidei mensura. Quæ in aliquibus viua est, in alijs infirma, in multis vero mortua, secundum quod sacræ nos docent literæ. Fidem, quæ per dilectionem operatur, in iustis inuenies diuina man data seruantibus, sed de infirmis in fide loquuntur est Paulus dicens, infirmum in fide suscipite. De mortua vero, beatus Iacobus. Fides sine operibus mortua est sicut corpus si ne anima. Hinc est quod eleganter dicebat Origenes: Eui *Orig. li. 4.* denter appetet esse quædā augmenta & profectus in fide, *super. c. 4.*

B & aliquos habere partem fidei exiguum, alios magnam, *ad Rom.* alios vero habere omnem fidem. Vnde Apostolus dicit: Si *1. Cor. c. 13* habeam omnem fidem, ita ut montes transferam. Sed & in Euangelijs discipuli dicunt ad dominum, quasi quibus ple na nondum inesset fides: Auge nobis fidem. Forsan eadem de spe dicemus, cum verū etiam sit habere suos profectus & incrementa. Nam facile percipietis, quo noster sermo dirigatur, ut ostendamus quidem vnde tot vulneratos passim per campos & plateas ciuitatis reperiamus, qui quam facile ab omni telo inimici feriuntur. Vnde hoc? Vnde tam miserabilis hominum sors? Vnde tam assidua inimici vita? *Causa rato* Etiora? Scutum fidei eorum, aut infirmum, aut mortuum est, *rum pecca* Qualiter obsecro protegere eos poterit? Qualiter extinxitorum. guentur ne quis simi ignea tela inextincta fide? Non protegit eos clypeus, non scutum, non gladium, quod est verbū Dei, quod a te & à sensu suo proiecerunt, & ecce lateraliter vulnerantur, passi in mortui cadunt abeuntq; in magna ac

781 Super Psal. 50. Homilia decima octaua.

periculosisima præcipitia. Quanquam enim hæc sint vices.

1. Cor. 10. ra istis omnibus conuenit Apostolica sententia. Fidelis Deus, qui non patietur vos tentari supra id quod potestis sustinere. Possunt & isti cum Dei auxilio, quod eis non de negabitur, vnde eis casus & nouum delictum imputabitur.

Agerendum est ergo vnicuique, acceptam gratiam conservare, volenti & perseverantiam desideranti, curandum in primis est illi, induere loricam iustitiae, quæ omnibus virtutibus, quasi quibusdam hamis, connectitur. Assumentumque omnibus fidei scutum, tenendumque ante perditus, tanquam impugnaturus hostem, tanquam quitela nequissimi ignea expectat, ut facile in hoc scuto extinguantur.

Neque vñquam ad scapulas proiecias hoc scutum tanquam quietis horam capiens: hac enim eadem veniet

Timor inimicus, & post victoriam expecta eum, aut alterum, post victo rabie enim magis accenditur vixus, acutique iram durissimam, & incendet telum aduersus te. De quo antiquus

Tertulia- Tertulianus. Tunc maxime stetit, cum hominem plenè D
nus inde sensit liberatum. Tunc plurimum accenditur, dum extin-
pœnitetia. gitur, vel ad aliud temptationis genus, vel in aliud tempus,
vel alias partes vixi ager, ut multas habeas interpreta-
tionis sententia beati Iacobi Apostoli. Resistite diabolo.
& fugiet a vobis.

Cap. Galea. Iam galeam assume, quam Apostolus tribuit hic, & in alia Epistola. Et galeam salutis assumite, & galeam spem salutis alibi dixit. Hæc sit galea supra caput nostrum, spes eorum quæ non videntur, hæc enim æterna sunt sublimia, magnificaque. Hoc loco spem considerationem attentam & per vigilem eorum, quæ Deus nobis promisit, significa- re volo, de qua multa in superioribus diximus. Vilescent

Spes quam omnia terrena, æterna felicitate credita & considerata. Hoc necessaria argumentum per continuos duos libros nostros, quos ma- terna lingua scripsimus, ad longum per tractatus, sed il-

2. Reg. 18. Iud hoc loco non rachebo. Absalon ideo sub queru- pepen- dit,

- A** dit, quia galeam ad bellum capiti non superposuit, quem Absalon fratribus lanceis confixit Ioab, & insixit eas in corde eius, penitentia peccata debat enim ex queru, & adhuc sit eidem caput eius. Sed cum torum adhuc palparet haerens in queru, concurrerunt decem iuuenes armigeri Ioab, & persecutientes, interfecerunt eum. Hoc quotidianus spiritualiter his, qui galeam spem salutis, non assumunt, contingit. Per singulos dies diabolus lanceis suis vulnerat eos, & quidem in corde, sicut Ioab Absalon. Tres lanceas misit in cor eius. Tribus etiam concupiscentijs & hi capiuntur & vulnerantur, quibus galea spei, id est, attenta, & assidua consideratio bonorum cœlestium deest. Capiuntur concupiscentia oculorum, & concupiscentia carnis, & superbia vitæ, quæ non est ex patre, sed ex mundo est. Et mundus transiit & concupiscentia eius. Quibus galea salutis deest, id est, assidua consideratio æternorum bonorum, quæ nobis promittuntur, delectabilibus oculorum ceterorumque sensuum capiuntur & feriuntur. Deceit adolescentes armigeri Ioab, id est, Satanæ, per quos chorus omnium peccatorum designatur adhuc palpitate, id est, similitudine spiritualiæ aliquæ habet interficiunt. Periit, quia galeam non habuit. Pereunt & in æternum ignem, & in manus gladij traduntur, qui galeam, spem salutis non assumunt. Ad hoc maxime conduxit beatissimi Pauli doctrina, quæ omnium istorum sublimem philosophiam continet. Scribens ad Corinthios sic inquit: Propter quod non desicimus, licet is qui foris est noster homo corruptus, tamen is, qui inuisus est, renouatur de die in diem: Vnde hanc corporis proprij, quod nimirum adamari solet, mortificationem? Et quidem usque ad millesimorum? Quæ qualiter consideratio hanc docet philosophiam? Audite. Id enim quod in praesenti mortalitate & leue est tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æterni in gloriam pondus operatur in nobis, non contemplibus nobis, quæ videntur, sed quæ non videntur. Quæ enim videntur temporalia, sunt quæ

Super Psal. 50. Homilia decima octaua.

autem non videntur æterna sunt. Ecce ubi mentis nostræ C
oculus, nostraq; spes anchora figenda sit. Hoc sola fides do-
cet, contemptum, scilicet, eorum quæ videntur, cæterisque
sensibus contrectantur, pro illis quæ nō videtur. Hæc spes
in altum cor sapientis eleuat, ut dicere possit. Nostra con-
uersatio in cœlis est, unde & saluatorem expectamus Do-

Phil. ca. 3. minum Iesum Christum, qui reformabit corpus humilita-
tis nostræ, illud scilicet, quod foris assidua mortificatione
corrumpebatur, vsq; dum configuret illud corpori clarita-
tis suæ. Hæc est illa galea, quam assumendam docet Apo-
stolus, spes salutis, quæ talis ac tam plena perseverantibus
contingit, ut eorum corpora reformanda testetur, vsq; ad
configurationem corporis claritatis suæ. Hæc galea est, quæ
periculosisimum capitum vulnus defendit, unde & stare po-
terimus aduersus insidias diaboli, & perseverare.

Oratio ad Sed & valde necessaria est oratio ad perseverantium,
perseverā- imo illa est quæ à domino salutis stabilitatem sollicitat &
tiām. inuenit. Orabat Moyses, cum populus suus aduersus Ama- D

Exod. 17. lech gerebat bellum, tandemque existebat viator, quandiu
contra cœlum manus extēdebat. Armatus quidem erat po-
pulus Israeliticus, sed tamen sancti Moysis orationem ha-
bebat necessariam. Sed quæres forsan unde captiuus popu-
lus habere potuit arma, non enim eduxerunt illa ab AEgy-
pto neq; per vastam illam solitudinem adinuererunt, aut
fecerunt illa, unde ergo habuerunt arma, scutum, galeam

Arma He & lanceas? Hanc quæstionein inter alias multas proponit
brœoru&n beatus Theodoreetus & respōdet. Cum AEgyptij demersi
de.

Theodo. q. expoliates, ad bellicosus sumpserunt. Armatus ergo erat

33. in E- populus & orabat, sicut in superioribus dicebamus, quia

xod. fortitudinem in labijs & oratione habebat, unde Balac ad-

Numer. c. duxit Balam, qui contrarijs verbis & carminibus populum

22. à finibus eorum depelleret. Sic & magister cœlestis doce-
bat pusillum gregem tempore magnæ illius tentationis,

cum

A cum capiendus ab inimicis erat: Vigilate & orate, ne intrē Matth. 26. tis in temptationem, quasi inexpugnabilem animaturam aduersum Sathanam præbens illis, quasi lumen ad vincendā tenebram temptationis diffundens. Hæc enim in temptationibus & orationibus reperies. Bellum est tentatio, & quidem nocturnum, diffunditur nebula supra rationis lumen, vnde & mens nostra obcæcatur: necessaria ergo est oratio, vnde vires & auxilium à domino inueniamus, vnde lux cœlestis gratiæ adueniat, ad dirigendos pedes nostros in viam pacis, & manifestandum venenum, quod sub dulcedine temporalis iucunditatis, latet. Quasi A Egyptinebulam & nebras in primis diffundit inimicus, super mentis nostræ aciem, ne videamus magnitudinem mali nostri, multitudinem dolorum, qui nos expectant, post brevissimam latitudinem temporalis peccati. Orandum est ergo ut mēs nostra supra se & supra cœlos ascendens, ad fontem vivi luminis, qui Deus est, ascendat, v̄ illuminetur, sicut scriptum est:

B Accedite ad eum & illumina mīni & facies vestræ nō confundentur. Iam dicit iustus perseverantiam procurans: Auxilium meum à domino, qui fecit cœlum & terram. Dominus firmamentum meum & refugium meum. Sit ergo oratio nostra, qualem insuperioribus describemus, aſidua, ardens, plena, animam coram domino fundens ut auxiliū, & magnum hoc donum Spiritus sancti polsimus inuenire, sed & comites suos habeat iejunium & eleemosynam.

Beatus Cyprianus magister est magna huius doctrinæ de qua sermonem agimus. Orantes, inquit, non in fructosis indeoratio neque nudis precibus ad Deum veniant. Inefficax petitio est, cum precatur Deum sterilis oratio. Nam cum omnis arbor nō facies fructū excidatur & in igne mittatur, viq; & sermo nō habens fructus, promereri Deū nō potest, qui nulla est operatione secundus & ideo scriptura diuina in struit dicens: Bona est oratio cum iejunio & eleemosyna. Nam qui in die iudicij præmium pro operibus & eleemo-

Psal. 33.

Psal. 120.

Psal. 17.

Cyprianus

indeoratio

ne dñica.

Matth. 3.

Thob. 12.

Super Psal. 50. Homilia decima octaua.

Sy nis redditurus est, hodie quoque adorationem cū ope C
Acto. 1c. ratione vententibus, benignus auditor est. Sic deniq; Cornelius centurio cū oraret, meruit audiri. Fuit faciens multas eleemosynas in plebem, & semper orans Deū. Huic circa horā nonā oranti, astitit angelus, testimonium reddens sui operis & dicens: Corneli orationes tuæ & eleemosynæ ascēderunt ad memoriam coram Deo. Cito ad Deū orationes ascendūt, quas merita nostri operis imponūt ad Deum.

Thob. 12. Sic & Raphael angelus Thobiæ oranti semper, & semper operanti testis fuit dicens: Cum sepelire stū mortuos simplier citer, & quia nō es cū status surgere & relinquere prandū, sed abiisti, & condidisti mortuum missus iuw, &c. Docebat

Cap. 58. & hoc dñs Deus per Esaiam prophetā. Solue (inquit) omnē debitū iniustitię solue suffocationes impotentiū cōmerciorū. Dimitte quassatos in requié. Frange esurienti panē tuū & egenos sine tacto induc in domū tuam, si videris nudum, velti eū, & domesticos seminiis tui nō despicies. Tūc erumpet temporaneum lumē tuum, & p̄egeb̄it antete iustitia tua, & claritas Dei circundabit te, &c. Adesse se promittit & audire, & protegere eos dicit, qui iniustitię nodos soluentes, & eleemosynas circa domesticos Dei, secundū eius p̄cepta facientes, dum audiunt quod Deus p̄cipit fieri

Continua oratio & qualis. ipsi quoq; à Deo merētur audiri. In eodem tractatu beatus Cyprianus necessitatem orationis docet. Continua autem oratione (inquit) & prece opus est, ne excidamus à regno cælesti, sicut Iudej, quibus hoc promissum prius fuerat. Sit autem oratibus sermo & precatio cum disciplina, quietem continens & pudorem. Cogitamus nos sub conspectu Dei stare. Placendus est diuinis oculis & habitu corporis & modo vocis. Nam ut impudētis clamoribus obstrepere, ita cōgruit verecundo modestis precibus orare. Deniq; magisterio suo dñs secreto orare nos p̄cipit, in abditis & semotis locis, in cubilibus ipsis, quod magis conuenit fidei, ut sciamus Deum ubiq; esse presentem, audire, omnes, & videre,

Nota.

& ma-

A & maiestatis suę plenitudine, in abdita quoq; & occulta pene
narrare. De attētione orationis sermonē agēs inquit, Cog
ratio omnis carnalis & secularis abscedat, nec quicquā tūc Attentio
in oratio-
ne.
animus, quā in id solū, cogitet, quod precatur. Ideo & sacer
dos, ante orationē p̄fatiōe p̄emissa, parat fratru m̄ētesdi
cēdo: Sursum corda, vt dū respōdet plebs, habemus ad dñm Nota Val-
ad moneatur, nihil aliud se quā dñm cogitare debere. Clau de.
datur contra aduersariū pectus & sóli Deo pateat, nec ad se,
hostē Dei tēpore orationis adire patiatur: obrepit enim
frequēter, & penetrat & subtiliter fallens preces nostras, à
Deo auocat, vt aliud habeamus in corde, & aliud in voce,
quādō intentionē syncera dñm debeat nō vocis sonus, sed
animus & sensus orare. Quæ autē segnitia est alienari & ra
pi iheptis cogitationibus, & prophanis, cū dñm deprecari,
quasi sit aliud quod magis debeas cogitare, quā cū Deo lo
queris? Quomodo te audire à Deo postulas, cū te ipsum nō
audias? Vis esse Deum memorē tui, cū rogas, quādō tu ipse
B memor tui nō sis? Hoc est ab hoste in totū non cauere, hoc
est quādō oras Deū, maiestatē Dei, negligentia orationis
offendere, hoc est vigilare oculis, corde dormire, cum de
beat Christianis & cum dormit oculis, corde vigilare.

In orationibus ergo perseveremus, in timore dñi quicū
que perseveratē donū desideramus. Nisi enim in timore
domini continueris te instanter, cito subvertetur domus
tua inquit ecclesiasticus. Ac prudenter beatus Hierony- Cap. 27.
mus tractās verba illa Davidis, vniuersa vanitas omnis ho Hieron. 2.
mo viuēs, sic scribit: Vel viuens in corpore, vel viuēs in vir in Pelag.
tutibus, & tamē omnia vanitas. Incerto enim statu fluctuat Psal. 38. VI
& dū nō timet, in sereno patitur tēpestatē, & alibi. Sic ut ba 2. Contra
prisma priora peccata dimittit, sic in futuro servare nō po Iouinia.
test nisi baptizati omni custodia seruauerint corsū. Et pul
chrē idē Cyprianus ne quispiā etiā optimorum operū sibi Cyprianus
cōscius, securitatē sibi promittat, de illis qui tam p̄aclari desimpl.
cōfessores extiterunt, sic scribit: Quisquis ille cōfessor est p̄cl.

Salomone major, aut melior, aut charior non est, qui ramē C
 quandiu in vijs domini ambulauit, tam diu gratiam, quam
 de domino fuerat cōsequutus, obtinuit. Postquam dereli-
 quit domini viam, perdidit & gratiam domini, & ideo scri-
 ptum est: Tene quod habes, ne alius accipiat coronā tuam.
Apoc. 3. Quod utique dominus non minatur, auferri posse coronā
 iustitiae, nisi qui a precedente iustitia, recedat necesse est &
 corona. Confessio exordium gloriae est, non meritum cor-
 onae, nec perficit laudem, sed initiat dignitatem, cumque
 scriptum sit. Qui perseverauerit usque in finem, hic saluus
 erit, quicquid ante finem fuerit, gradus est quo ad fastigium
 salutis ascenditur non terminus, quo iam culminis summum
 teneatur. Confessor est, sed post confessionem periculum

Hiero. ibi maius, quia plus aduersarius provocatus est, & beatus Hiero-
in Pelag. nymus grauissime & doctissime docuit. Hæc est homi-
 nis vera sapientia, imperfectum se nosse, atque ut ita loquar, cū-
 actorum in carne iustorum imperfecta perfectio est. Et beatus
 Augustinus de bono perseverantie. Nec dum accipimus, nō D
 dum comprehendimus adhuc in acie & mari sumus.

Ecce quibus armis cœlestis militia miles, sub acie in-
 uincibilis ducis nostri Christi armatur, ut diabolo sœuen-
 ti terribilis appareat, & angelis, singulare certamen expe-
 ctantibus, gratiosus. Ad bellum hoc accendens est animus

Zelus diui noster igne illo, ac cœlesti zelo, quo ardebat cor sanctissi-
 ni honoris mihi pastoris Davidis, cū dicebat ad Saul & exercitum eius,
in bello spi. Ut sciat vniuersa terra quia est Deus in Israel, & nouerit vni-
 uersa Ecclesia hæc, quia non in gladio nec in hasta saluat
Nota Val- dominus, ipsius enim est bellum. Audite hunc præcepto-
de.

1. Reg. 17. probrasset agminibus Israel, perfundebaturque pudore re-
 gia facies Saulis & principum eius, metuebatque omnis
 exercitus. Quid ad hæc David? Ut sciat vniuersa terra, quia
Aqua est Deus in Israel, & vniuersa illa Ecclesia & Synagoga,
 quod nō saluat Deus in lancea, aggrediar ego, & ibo ad sin-
 gulare

A gulare certamen dñi enim bellum est. Non hic de honore Saulis, aut salute cuncti Israëlis agitur tantum, sed supra hunc dum de magnificientia Dei nostri. Ipsius enim bellum est, & ipsius victoria, & ipsius triumphus & ipsius corona. His cogitationibus accenditur iuuenis sacramens, nec gigantis magnitudine, aut feritate deterretur, nec de propria salute aliquid excogitat, qui totus ardebat diuini honoris desiderio. Ipsius enim bellum est inquit. Atri pe verbū hoc de ore Dauidis, & absconde modicum ignem hunc intra cordis tui secretū, cum talibus armis decoraris & indueris, ut possis stare aduersus insidias diaboli, immo possis ad pedes tuos illum de iucere & gladio proprio interficere. Non solum de tua salute agitur in temptationibus, quibus te devincere desiderat diabolus, immo principalius de Christi honore. Vnde ipsius bellum est. Nō enim tam te perdere, quam Deum & Christum eius in honorare desiderat. In greedere ergo ad bellum hoc spirituale & honorē domini Dñi tui.

B in primis procura, deinde & simul tuam salutem & per se uerantiam per omnem orationem & obsecrationem. 1. Pet. 2. c.
Dñs Ecce quibus medijs iustus magnum hoc bonum per se uerantie inueniet, & merebitur de congruo. Talibus enim promeretur Deus, fide, spe, charitate ieiunijs orationibus, eleemosynis, cuius tanta est erga omnes homines bonitas, ut eorum velite esse merita, quae sunt ipsius dona. Auditore de hac re pastorem Ecclesiae loricam iustitiae consuentem nobis & proprijs manibus tribuentem. Maxima & preciosa missa nobis donauit, vt per hoc efficiamini ditiori & confortes naturæ, fugientes quæ in mundo est, concupiscentiæ corruptionem. Vos autem (vtsilicet hæc nobilissima proposita possitis obtainere) curam omnem sub inferentes ministrate in fide vestra virtutem, in virtute autem scientiam, in scientia autem abstinentiam, in abstinentia autem patientiam, in patientia autem pietatem, in pietate autem amorem frater nitatis, in amore autem fraternitatis charitatem. Hæc est

q31 Super Psal. 50. Homilia decima octaua.

Iorica illa iustitie, de qua coapostolus eius Paulus docebat. C
Hæc quæ sit aurea catena, qua dulciter incarceratur libera
mēs nostra, intra hortū voluptatis omniū virtutū, ita quod
perseuerantiam mereatur, de congruo & obtineat. De qua
perseuerantia expresse inquit Petrus. Hæc enim si vobis
cum adsint, ac superent, non vacuos ac sine fructu vos con-
stituent, in domini nostri Iesu Christi cognitione. Cui
enim homines præsto sunt hæc, cæcusest & nudus & manu ten-
tans, obliuioni accipiens purgationis veterum suorum de-
lictorum. Quia propter fratres magis satagit, ut per bona
operæ certam vestram vocationem & electionem facia-
tis. Hæc enim facientes, non peccabitis aliquando. Quid
est non peccabitis aliquando, nisi perseuerabitis? Quid est
hæc facientes, nisi significare illa bona opera, quæ superius
enumerauit, quibus redditur, de congruo magnum hoc
donum perseuerantiae mereri?

Nota Val-

de.

Vnde nota valde quod verba sacratissimi Apostoli cū
dicit: Hæc enim facientes, non peccabitis aliquando, in sen-
su diuisio debent accipi non in composito. Otiosa enim vi-
derentur & vana profectio, si velleret dicere eo tempore quo
habueritis & feceritis pietatem, charitatem, amorem fra-
ternitatis, non peccabitis. Quis vñquam de hoc dubitauit,
nisi hereticus, qui omnia opera nostra asserit esse peccata
In sensu ergo diuisio accipienda est literal, ita quod faciat
hunc sensum. Hæc facientes, non peccabitis aliquando, id
est, si intra assiduum eorum exercitium, tentatio superue-
niat, stabitis aduersus insidias diaboli, & victores euade-
tis, quia donum perseuerantiae vobis concedetur. Quando
autem, aut quo tempore magnum hoc bonum nobis con-
tingat non est nostrum diffiriire, aut intelligere, sed Dei

August. & domini nostri concedere, quo concessio implebitur,
in de bono quod dicit beatus Apostolus. Non peccabitis aliquando.
perseuerā

Unde eleganter probat beatus Augustinus, si semel da-
sitol

David:

Q[uod] tum est, au-

A David: & spiritu principali confirmam me. Ne autem trepidemus, habemus pro hac sententia eundem Augustinum, acerrimum gratiarum propugnatorem. Haec sunt verba illius in libro de bono perseverantie. Hoc ergo Dei donum suppliciter eme *Cap. 5.7.*
8. libro H. b.
 reperi potest, sed cum datum fuerit, amitti contumaciter non potest, & infra. Polscia a se Deus voluit, ne inferamur in tentationem, quia si non inferamur, nulla ab eo ratione discedemus. Quod si ut certissimum est, polscia a se Deus vult hoc donum, & iusti instanter petunt, & quandoque obtinent, & per egregia eorum opera, & ferventissimas orationes Deus hoc donum impartiatur, cur & non meruisse dicamus? Equideum nihil video, quod illis orationibus & pijs operibus desit ad meritum ex congruo. Ususque sum hac modificatione, cum de merito sermonem ago, semper de congruo inquiens, quia certe de condigno mereri perseverantiam non possumus, quia nulla est a Deo posita lex. Meritum *Matth. 19.*
 enim de condigno requirit legem a Deo prescriptam, ut *Matth. 5.*

B sivis ad vitam ingredi, serua madata, & beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt. Hi nimis de condigno, merebuntur regnum celeste, & claram Dei visionem, unde & corona iustitiae vocatur, premium iustorum. Cum autem nulla lex de re hac sit a Deo prescripta, quacerta ac determinata opera mandat, quibus perseverantie donum reddatur, ideo dixi, decongruo posse mereri, ex Dei gratia & magnifica eius liberalitate. Faceo quod beatus Thomas eleganter probat posse iustum *1.2. q. Ulti*
ma. ar. 6.
 mereri peccatori decongruo primam gratiam, quod longe maius videtur, quam sibi ipsi decongruo mereri pertalia ac pertinacia clara opera, sicut supra enarravimus, donum perseverantie. Pro magno hoc bono valdeque sublimi oratione sanctus David: Spiritu principali confirmam me, ac si diceret. Scio thesaurum magnum gratiae tuae, intra fragile cordis mei vas recendi, quod si iterum super lapidem cecidero, conteretur, diffundeturque, quod valde & timendum & dolendum est, obsecro domine, confirmam me spiritu principali, ut perseveranter secundum tuam

uiuam voluntatem, & reliquum peregrinationis huius per-
ficiam. Huc omnes gemitus, huc dirigite omnem lacry-
mam o' beati pœnitentes. Nec satis sit vobis venia pecca-
torum, etiam si certissimam illam habeatis. Fundite co-
ram domino animam vestram, in precibus & orationibus,
orate & vigilate, ieiunijs eleemosynas addentes, & indui-
te vos armatura Dei. Militiam sub duce cœlesti agimus,
ipsius bellum est, de ipsius gloria agitur & honore, quærite
ergo perseverantiam & coronam. Mementote, quæ in su-
perioribus diximus, cum exponeremus locum sanctissimi
Apostoli. Quæ enim secundum Deum tristitia est virtu-
tem operatur in salutem stabilem. Hoc est quod desidera-
re debemus, ut stabilis ac firma sit pœnitentium salus, ut per
seuerantiam promereamur, illis quidem operibus, quæ
enumerauit beatissimus Petrus. Postquam statim dixit. Hec
facientes non peccabitis aliquando, quod ex dono perse-
uerantia emanat. Hæc est nostra fœlicitas, hæc sit &
nostra hereditas, & pars, non peccare aliquan-
tiam, non dō ut à gratia Dei nunquā excidamus, me in op-
eris nostros & ea per dominum nostrum Iesum Christū.

Iesum Christū.

Amen.

四庫全書

21846

618794

bleeding

卷之三

vol. 19, no. 1

8,000 km

- 10 -

11510030

IV. JINGI

• 100 •

A S V P E R P S A L M V M Q V I N-
quagesimum. Homilia decimanona.

Docebo iniquos vias tuas: & impij
ad te conuertentur.

A R G V M E N T V M .



VO D magnū ac valde gratum Domino Deo san-
ctus propheta post remissionem delictorum, spon-
dit obsequium, in iniquorū doctrina: quod vere adim
pluit in primis in Bethsabee, ad nostrum exemplū,
vbi acriter nostri temporis peccatores reprehendūtur, & quod
inter cunctos sacrae scripturæ auctores, in doctrina, moralis subli-
mis existat liber Psalmorum cum beato Athanasio ad longum
demonstratur, & quod manus veri & Euangelici predicatoris
est, doctrinam Christi & Apostolorum populis proponere, non
philosophorum placita & opiniones, a quibus, que cunq; secun-
dum doctrinam veram scripserunt, tanquam ab iniustis posseſſo-
ribus, accipienda sint secundum Augustinum conuolandumq;
ad lectionem scripturæ & doctorum Ecclesie, in quibus maio-
res diuitie reperientur, & quod secundum Uniusiusque statū,
instituendi sunt auditores, vbi demonstratur, quod doctrina ad
diuites de eleemosyna, principe locū teneat cum beato Cypriano.

Docebo iniquos vias tuas: & impij
ad te conuertentur.

AVdite quale sanctus propheta, post remissionem pec- Obsequiu
catorum & acceptam gratiam, domino Deo suo spo- quod pro-
pondit obsequium, illud nimirum quod sciebat gratum misit Da-
acceptumq; in oculis eius, quale est iniquorum doctrina: uid.
vt ad Dominum conuertatur. Reparare antiquam ruinam 2. Reg. 12
desiderabat, qui non obliuisceretur fecisse se blasphemare
diuinum,

dignum, & tremendum nomen, unde grauia duo mala se cura ortaque fuerunt proximorum scandalum & Dei optimi & maximi iniuria. In doctrina autem utriusque inueniatur remedium ac reparatio. Multum enim ad Dei gloriam & proximorum salutem eorum eruditio spectat, ut ad eum

Rom. ca. 6. conuertantur. Vides quam plene quod a Paulo scriptum est, ante tot annos hic sacer propheta adimpleuit? Sicut exhibuisti membra vestra seruire immunditiae & iniquitati ad iniquitatem: ita & nunc exhibete membra vestra seruire iustitiae, in sanctificationem. Imo quia ibi scriptum est: Humanum dico propter infirmitatem carnis vestrae, quia humanum valdeque infirmum est, non plus aut ardentius seruire iustitiae in sanctificationem, id est, ad nostram sanctificationem, quam seruiuimus iniquitati, ad perfiditionem & condemnationem nostram: Non solum hoc

Cap. 4. simpleuit sanctus David, sed quod apud Baruch scriptum est: Sicut fuit sensus vester ut erraretis a Domino, decies tantum conuertentes requiretis eum iterum. Diuinum hoc D est. Hoc promittit sanctus propheta, quod adimpleuit, si-
c ut statim comprobabo. Magnum documentum est hoc, magisteriumque habet consummatae doctrinæ, de quo, si bene memini, iam ante a diximus. Attende & considera, o homo & tu præcipue, qui diuinum nomen in honorasti, cu proximorum ruina, quam sollicitus, quam vigil & attentus procurare debeas diuinum honorem, & proximorum adiunctionem. Non satis videbatur fibi sanctus David, si usque ad lamenta & gemitus, lacrymarum flumina rugitusque, si usque ad cinerem & cilicium, corpus suum affligeret, si usque ad confessionem & scripturam tantil sceleris erubesceret. Non haec omnia grandia, aut seblimia videbantur, ad conciliandum diuinum honorem, nisi quod prorsus Deo gratum est, & tam desiderij completum, adderet, iniquorum scilicet doctrinam, ut ad Deum conuerterentur. Quia autem gratum obsequium hoc est sub oculis Domini, ipse eius

Aceius filius dominus noster Iesu Christus testimoniu[m] fedi-
dit, cum testimoniu[m] quærebat à beatissimo Petro, si eum dili-
geret, qui cum responderet. Etiam domine tu scis quia
amot[us], statim ad ipsum Dominus Iesu: Pasce oves meas.
Ac si diceret: In hoc comprobabis dilectionem meam, si in-
doctorē & pastorē ouium mearū te exhibueris, hoc enim
mihi gratum, hoc maxime in honorē meū cedit & gloriā
patris mei. In quo clarificatur, ut fructū plurimū afferat cre-
dentes, & efficiātur mei discipuli; hoc tibi multas, ac æter-
nas diuitias cōparabit, si lucratos fueris animas fratrū tuorū.

Certum mihi est beatum Davidem s[ecundu]s numero fuisse *Nota.*

Bethsabee doctorem p[ro]enitentia[re], & quidem cum magna
verecundia & assiduis lacrymis cum iam vxor eius esset.

O quoties solitarius cum illa, & forsitan in eodem loco adul-
terij, docens p[ro]enitentiam in Deū, lacrymatus est. O quot
gemitus quamq[ue] tristia suspiria emisit. Optimum quippe
exemplum valdeq[ue] efficax ad sanandum proximum, ut se-

Bidentes cum illo de antiquo peccato p[ro]enitentiā agamus, la-
crys fundētes abundanter. Sed heu quā longe ab hac do-
ctrina & à regno Dñi nostri réporis peccatores. Duo enim *Duo mala*
mala nimis grauia, nūc sunt illis familiaria, noua complacē *nostrorū*
tia in loquēdo, & conferēdo præterita flagitia sua, nouisq[ue] peccatorū.
cōsensus, ac pertinax, & importuna rogatio, ne ab antiqua
peccādi cōsuetudine discedat, qui iam videbatur velle age-
re p[ro]enitentiā. Hæc sunt eorum confabulationes & loque-
læ, cum tempus & locus desideratus conceditur. O feræ
crudelissimæ, o leones rugientes, qui aperto ore se invicem
mordent exungulant & devorant. Euaginato gladio se in-
victē cōfodiunt. Melior illis ēstet mors & ignis & procellarū
tēpestas. Vsquequo graui corde? Ut quid diligitis iniquitatem *Psal. 4.*
te & queritis mendacium? Vsquequo stulti ea, quæ vobis *Prou. c. 1.*
sunt noxia, cupitis, & impudētes odio habetis scientiā: Ve- *Psal. 13.*
nenum aspidum sub labijs eorū, acuerunt linguas suas sicut
serpentes. Heu quantum eorum malum, quam certa perdi-
tio, &

Super Psal. 50. Homilia decimanona.

tio, & quam grauis condemnatio. Heu quam potens vindicta
cantis manus ad flagellandum, quam ardens ignis ad com-
burendum eorum linguis, nec gutta aquæ in æternum eis
côcedetur. Non sic noster David, sed quid air? Docebo ini-
quos vias tuas. Quod si alios docuit, cur non ante alios,
Bethsabee? Iam ergo ad præsentem locum accedamus, scru-
tantes quam fideliter, quod promisit adimpleuit, qualiter
etiam docendi sint iniqui de vijs Domini, vnde prædica-
toribus magnum meritorum cumulum conciliatur, & ful-
gens corona gloriæ fabricatur.

Ad primum non nostro opus est magisterio, aut cōside-
Athana- ratione, omnes sub beatissimo Athanasio discipulatū age-
sius inde mus, qui plenissime de hac re sermonē egit, tractatu illo,
interpretā qui de interpretatione psalmorum intitulatur ad Marcelli
tione Psal. num. Confert beatus Athanasius Davidis scripturam, cum
ad Marcel reliquis scriptoribus canonicis, cumq; plura de Davide sit
linum. loquitus, sic inquit. Communis est hæc gratia spiritus &
apud omnes eadem, prout usus postulauerit & spiritus vo-
luerit, impartitur. Plus enim & minus impartiri eam gra-
tiam à natura spiritus, nullam differentiam facit ubi quisq;
sine omissione, suum munus ministeriumq; ad plenum ab-
soluit. Attamen codex psalmorum etiam sic quoq; peculia-
rem dorem & eximium quiddam obseruatuq; dignum in-
se continet. Nam præterquam, quod cum reliquis volumi-
nibus, habitu rerumq; simplicitate conueniat, habet etiam

Miraculū illud peculiare miraculum, quod cuiusq; animi motus, mo-
psalmorū. tuūq; immutationes & castigationes, depictas effigiasq;
complectatur, ut singulis inde veluti ab exemplari desume-
re atq; intelligere licitum sit, atque ita se formare, vt inibi
scriptum est. In alijs enim libris solum aodis legem præci-
pientem quid faciendum, quid omittendum. Ex prophetijs
solum aduentum Christi didiceris, sed & multa moralia,
ex historijs acta regum, sanctorumq; cognoueris. Ex libro
autem psalmorum præterquam, vt auditor ista discat, eria
motus

A motus sui animi aduertere potest, ac deinde secundum quæ paritur & quibus coarctatur, formam verborum decerpere, neque tantummodo illi datur ut perlegat, verum etiam quid dicendo agendum morbum illum medicetur, inuenit. Sunt quidem in alijs scripturis sententiæ prohibitorię, quæ mala vertant sed in hoc codice, quomodo abstinentia sit a malis exprimitur, ut edictum alibi est pœnitentiam agendam esse, à peccatis desinere. Sed hic quomodo pœni *Matth. 4.* tentia sit agenda & quid dicendum sit in pœnitentia exprimitur. Praeclare certè dictum à Paulo. Tribulatio toleran- *Rom. 5.* tiā facit, tolerantia verò probationem, probatio deinde spem, spes verò non pudefacit. Sed in psalmis quomodo ferendę sint tribulationes, & quomodo quisque probetur, & quæ nam sint verbas sperantium in dominum, depictum, & expressum ostendit. Rursus præceptum est ubique in omnibus scripturis esse Deo gratias agendas. Sed quid dice re oporteat, gratias agente in psalmi cōmonstrant. Porro *2. Tim. c.*

B aliunde admonemur eos, qui piè viuere volunt in Christo, persecutionem toleraturos esse. Ex psalmis autem instruimur, quid infugiendo sentire debeamus & quales persecutio nes fugienda sint, & post liberationem à persecutio ne, Deo gratias agere iubemur; recte id quidem. Sed in psalmis formamur quomodo Deo gratias agere oportear, & quibus verbis recte illi confessiones laudum fecerimus. Docuit ergo vias domini iniquos, ut ad dominum conuentur. Cum tali ordine psalmi dispositi sunt, licitum est lectori in singulis inuenire (quemadmodum dixi) motiones, statumque sui animi, ita in singulis rebus formam disciplinamque adhibere ut felicitat, quibusnam verbis Deo placeat, & quibus dictis se ad emendationem instruat Deoq; gratias agat, ne si aliter verba concipiatur, in impietatem delatur. Audi Davidem de omnibus docentem.

Si beatitudinem alicuius predicare velishabes quomodo id oporteat fieri, & tē quo & adquæ ea verba dicenda sint obom

82 Super Psal. 50. Homilia decimanoctua?

- Psal. 1. § 1.* ex psalmo primo. Beatus vir, qui non abiit in consilio impiorum, & beati quorum remissae sunt iniuriae. Beatus qui intelligit super regnum & pauperem, & beati omnes qui timent dominum. *Quod si velis Iudiciorum aduersus Christum reprehendere insidias, habes secundam Odam.*
- Psal. 2.* Quare fremuerunt gentes? Quod si insectatores Iudiciorum pateris, multique sint, qui in te insurgant, tertium psalmum pronunciabis. Domine quid multiplicati sunt, qui tribulant me. Sin autem sic tribulatus inuocasti dominum.
- Psal. 3.* & quoniam exaudiuit te, gratias illi agere destinas, canito illi psalmum quartum. Cum inuocare exaudiuit me Deus, &c. Dilexi quoniam exaudiens dominus.
- Psal. 5.* Quod si ad malitiosorum insidias respicias, preces tuas ad aures domini peruenire cupiens, mane tibi concinendus est quintus psalmus. Verba mea auribus percipe domine. Si dominus minas sentis, ac proinde te perturbatum vides, opportunum erit si dicas sextum. Domine ne in furore tuo arguas me, & decimum septimum. Domine ne infure tuo arguas me, quoniam sagittae tuae infixae sunt mihi. *Quod si tibi aliqui insidias necunt, quemadmodum Achitophel Dauidi, cantabis septimum, Domine Deus meus in te speravi, &c. Confide in Deo, qui liberabit te.* Quod si intuens gratiam Dei ubique diffusam, & restitutum saluti genus humanum, ac proxim de dominum salutare velis, cantabis octauum: Domine dominus noster quam admirabile est nomen tuum, &c. Quod si rursum agendo domino gratias, vindemiale carmen siue protocularibus modulari statueris, habes rursum eundem illum octauum ad id idoneum & octagesimum. Exultate Deo adiutori nostro. *Iam super hoste confecto, conseruatque creatura, non inter ipso glorians, sed ad filium Dei respiciens, cuius virtute id efficitur, nonum psalmum citabis, Consitebor tibi domine in toto corde meo.* Quod si quis te metu conturbare studeat, habet tu ipse fiduciam in domino, & cane decimum psalmum. In domino confido, quoniam modo

A modo dicitis animæ meæ, &c. Et cum videas multorum superbiā & malitiā ita exuberantem, ut nihil sancti interris fiat, refuge ad dominum & canta vnde decimum psalmū. Salutum me fac domine. Quod si diuturnæ sint inimicorum insidiae, ne desperes, quasi obliuioni traditus à domino, sed inuoca dominum, canens vigesimum sextum. Domus minus illuminatio mea & salus mea, &c. Quod si audias male loquentes de prouidētia Dei, ne te consocies eorum impietati, sed ad dominum te conferens, recita decimum tertium psalmū &. 52. Dixit insipiens in corde suo non est Deus. Quod si post modum discere concupiscis qualis sit civis regni celorum, cantabis decimum quartum psalmū. Domine quis habitat in tabernaculo tuo? Precibus tibi opus est, propter aduersarios, eosque qui circumdant animam tuā, cane decimum sextum. Exaudi domine iustitiam meam &. 85. Inclina domine aurem tuam. Denique per ea quæ à nostro Davide conscripta sunt quæcunq; docenda sunt, proponuntur apertissimè, omniū hominum actiones componuntur, omnes viæ domini docentur, omnibus subuenitur, consuliturque, sicut facile erit intelligere, consideranti argumenta singulorum psalmorum ex beato Athanasio, à quo quæ scripsimus, accepimus, cætera propter fastidium relinquentes.

B Ex his, quæ diximus facile quisq; sapientium deprehendat quam utilis sit psalmorum lectio, assiduaq; meditatio, præcipue si docēdi habet munus & magisterium. Quia hic magnus propheta omnes vias dñi docuit, & quasi digito ostendit, & in itinere huius peregrinationis, qua via omni bus eundū sit, eisque se comitem tribuit, usque ad cœlestē patriā reducat. Comitatur humiles & docet dñi viā, comitatur poenitētiā agētes, usq; dū omnes ad regna patris eorū perducat. Volo tamē his, quæ à Davide possunt edoceri, etiam illaque in sacris euangelijs, & epistolis beatissimi Pauli maxime commendatur, addere, vt omnibus docēdi. B b 2 tribua-

Super Psal. 50. Homilia decimanona.

tribuamus formam, quam assidua meditatione & lectione C.
Docendus accepimus. Mirabile est quam multoties diem ultionis &
populus de iudicij magni Dei dominus Iesus depinxit, & auribus au-
magnò in dientium intonauit. Quam ponderosis verbis, & quam vi-
dicio. uacibus cōminatus est ignem æternum omnibus peccatori-

būs terræ. Mirabile est, quantis parabolis, & figuris, & exē-
pliis curabit vitæ nostræ actus & mores componere, quia in
certa hora mortis cuiuscunque, & quod illi populo dice-
bat, omnibus nobis iussit prædicari, usque in finem seculi:

Marc. 14. Quod vobis dico omnibus dico, vigilate. Hæc ergo prædi-
canda sunt à doctribus nostris, si magistri doctrinam vo-
lunt imitari. Hæc ab auditorib[us] expectanda & desideran-

da, si componere ac reformatre desiderant insolentē vitam

1. Epist. c. 2 suam. Quid verò docebat beatissimus Paulus Corinthios

uos? Audite illum. Cum venissem ad vos fratres, non insu-

blimitate sermonis; aut sapientiæ annūtians vobis testimo-

nium Christi. Non enim iudicauit me scire aliquid inter-

vos nisi Christum Iesum, & hunc crucifixum. Quam lon-

gè à cœlesti hoc prædicatore Xenophontis, aut Pythagor-

ræ, aut Aristotelis placita. Quam lôge à beatissimo Paulo,

Demosthenis, aut Ciceronis aut Enei eloquentia. Bis aut

ter gentium sententijs, quæ dicebat, confirmauit & hoc qui

Aetorum dem argumentum ad homines faciens, primo Athenis re-

cap. 17. dargueens eorum idolatriâ & superstitionem ex senten-

Cap. 1. tia Arati poëtæ eorum. Secundo in epistola ad Titum,

Epimenid èaduersus Crètenses commemorauit. De hoc

Ansel. su- secundo testimonio lege ad longum beatum Anselmum.

per huc lo Prædicandus est ergo dominus Iesus, non insublimitate ser-

cum. monis, non in eloquentiæ ornatu, ne euacuetur fidei my-

philip. c. 2. sterium, & audientium utilitas, euaneat, sicut sumus, ele-

Sermo cru gantiæ attendentium & ornatui. Prædicandus est dominus

cis et pañio Iesus & hic crucifixus. Hinc fluenta omnis doctrinæ om-

nisi Christi usque disciplinæ. Hinc docebis humilitatem, quia humili-

qua utilis. Iiauit semet ipsum usque ad mortem, mortem autem cru-

A cis. Ab hac cathedra docebis inimicorum dilectionem, quia & suos crucifixores excusauit, & pro eis rogauit. Hinc docebis *Luc. c. 23.*
 omnem obedientiam, quia factus est obediens usque ad mortem. Hinc veram misericordiam, & in pauperes liberalitatem, quia sanguine suo redemit inimicos. Et quid dicam? Ab arbore hac colliges ligna, unde ignis ingentium flamarum amoris, & dilectionis sustentetur. Hinc veram comprobabis magistri sententiam, qua dixit: Ignem veni mittere in *Luc. 12.* terram & quid volo nisi ut ardeat? Si ignem desideras praeceptor super audientium mentes & corda diffundere, propone multoties de domino Iesu crucifixo sermonem.

Quod si indignum iudicauimus in superioribus, ob disputationes scholasticas tradere obliuioni Athanasiū, Augustinum, Basiliū, Hieronymū & ceteros patres Ecclesiae quanto criminosis iudicabis populo rudi & illiterato proponere antiquorum philosophorum placita & sententias? Quid rudi agricultorū Aristotele? Quid sutoribus & cerdonibus

B cū Pythagora? Quid spatarijs & lacearijs cū Demosthene.

De hoc iam ante mille annos facer pater Augustinus regulam prefixit, quā sequi debeamus in hęc verba. Philosophi autem, qui vocantur, si qua forte vera & fidei nostrae accommoda dixerunt, maxime Platonici, non solum formidanda non sunt, sed ab eis etiam tanquam ab injustis possessoribus, in usum nostrum vendicanda. Sicut enim Egyptij non solum idola habebant & onera grauias, quæ populus Israel defestaretur & fugeret, sed etiam ipsa vasa, atque ornamenta de auro & argento, & vestes, quæ ille populus exiens de Egipto, sibi potius, tanquam ad usum meliorem clanculò vedecauit, non auctoritate propria sed præceptio Dei ipsius AEgyptijs nesciēter cōmodatibus, quibus non bene vtebatur. De hoc lege beatum Ireneum ad longum eleganter & cum nimia claritate differentem. Sic doctrinæ omnes Gentilium, non solum simulata & superstitionis figura grauesque uersus sarcinas superuacanei laboris habet, quæ vnuquisque non ref. c. 49.

181 Super Psal. 50. Homilia decimanona.

strum duce Christo, de societate Gentilium exiens debet abominari, atque deuitare, sed etiam liberales disciplinas usui veritatis aptiores & quædā morum præcepta utilissima continent, deq; ipso uno Deo colendo, nonnulla vera inueniuntur apud eos, quod eorum tanquam aurum & argentum, quod non ipsi instituerūt, sed de quibusdam, quasi metallis diuinæ prouidentiæ, quæ ubiq; infusa est, eruerūt & quo peruersæ, atq; iniuriouse ad obsequia dæmonum abutuntur, cū ab eorū societate misera fese anima separat, debet ab eis auferre Christianus ad usum iustum prædicandi euangelij. Vestem quoq; illorū, idest, hominum instituta, sed tamen accommodata humanæ societati, qua in hac vita carere non possumus, accipere ac habere licuerit in usum convertenda Christianum. Nam quid aliud fecerūt multi fideles nostri? Non ne aspicimus quanto auro & argento & veste suffarinatus exierit de AEgypto Cyprianus docttor suauissimus, & martyr beatissimus? Quanto Lactantius? Quanto Victorinus? Optatus, Hylarius? Ut de viuis taceā quanto innumerabiles Græci? Sed vt de beatissimo Cypriano loquar quantum meminisse licet, non legi usquam in cunctis eius operibus alicuius philosophi, vel parvulā sententiam. Taceo quā adure à dño & iudice Deo beatus Hieronymus fuerit flagellatus, quia philosophorū lectioni indulgebat & promisit fideliter, nunquā se eos lecturū, sed August. audite eundem Augustinum comparationem sacræ scripturæ codem lib. turæ cū profana facientem. Quantum autem minor est auctor. cap. 42. & argenti vestisq; copiosa quā de AEgypto secum ille philosoporum saeculum abstulit, in comparatione diuinarum quas postea Hierosolymæ consequutus est, quæ maxime in rege Salopianæ cū mone ostenduntur, tanta fit cuncta scientia, quæ quidem nostra est utilis collecta de libris Centum, si diuinarum scripturarum scientia comparetur. Nam quicquid homo extra dicerit, si noxiū est, ibi damnatur, si utile, ibi inuenitur. Et cum ibi quisque inuenierit omnia, quæ utiliter, alibi dicerit

A) dicerit, multò abundātius ibi inueniet ea, quæ nunquam omnino alibi, sed in illa tantum modo, scripturarum mirabilis altitudine, & mirabili humilitate discuntur. Hęc beatus Augustinus, qui de hac re legendus est multis alijs locis. Doceat ergo Christianus magister & prædicator vias domini, nō vias philosophorum aut rhetorum, aut fabulas poetarum. Doceat & annunciet Christum Iesum & hunc crucifixum cū Paulo. Doceat euangelicus prædicator quod idem Apostolus tradebat suo discipulo Tito: Tu loquere quæ decent sanam doctrinā, senes ut sobrij sint, pudici, prudentes, &c. Post quam institutionem fecit de disciplina & institutione morali, statim proposuit sermonem de domo Iesu & eius morte docuitque discipulum dicens. Hęc loquere & exhortare, & argue cum omni imperio.

Neque amplius de hac re scribendū judico præter vnum quod in serius nō tacebo, cum beatissimus Gregorius Papa Grego. 3. vsq; ad trigesimā sextam formulam depinxerit secundum p. Pastora B quas omniū hominū mores, cōditiones, status, sint institue lis curae. di. Qui nimirum liber valde vtilis, valdeq; necessarius, cuius etis euangelicis prædicatoribus est, qui vias dñi debent docere cum Dauide. Sed video nostris his temporibus quoddam hominū genus, qui vias dñi docere videntur, & docēt quidē, sed non secundū vniuersciusq; necessitatem. Docēt dños & principatus multa de confessione, assiduam cōmunionem, selectum tempus adorationem. Optime quidem, optima nanq; hęc sunt. Sic & rex & propheta Daud quāuis tanti imperij curā gereret, per singulas noctes surgens in silentio multo orabat dñm, & anticipabat oculi eius assidue vigilias. Sed vbi doctrina de restitutione? vbi sermo Nota, de humilitate? vbi iustitię facies? vbi timor dñi? Vbi mēsē & lingua parsitas? Non audio nō video docere, quod docendum censuit Beatissimus Paulus: diuitiis huius saeculi, præcipue nō superbe sapere, nec sperare in incerto diuini pro diuitiarum, sed in Deo viuo, qui præstat nobis omnia abundantibus.

2. To. fol.
231.
2. To. fol.
34.
1. To. fol.
470.
Cap. 2.

ter ad fruendū, bene agere, diuites fieri in bonis operibus, facile tribuere, communicare, thesaurizare sibi fundamētum bonum in futurum, ut apprehendant bonam vitam ac veram. Nam qui volunt dioites fieri, incident intentionem & laqueum diaboli, & desideria multa, & inutilia & nociva quæ demergunt homiae in interitum & perditionem. Radix enim omnium malorum cupiditas, quam quidem appetentes errauerunt à fide, & inseruerunt se doloribus multis. Ad radicem securem mittite, ut abscondatur. Frangenda est eorum superbia, eradicanda avaritia, deterrenda crudelitas. Eradicanda est radix omnium malorum cupiditas à ducibus, à marchionibus à comitibus, quæ etiam errare facit à fide. Eradicate ergo cupiditatem ab eorum pectoribus, sicut & nosser propheta docēs de hac via domini dicebat.

Psal. 36. Et nunc reges intelligite, erudimini qui iudicatis terram, seruite domino timore; & exultate ei cum tremore. Apprehendite disciplinam ne quando irascatur dominus peccatis de via iusta. Et alio loco inquit, Expecta dominum & custodi vias eius, & exaltabit te, ut hæreditate capias terram: cum perierint peccatores videbis. Expecta dominum non in incerto diutinarum. Vidi enim impiū superexaltatum & eleuatū super cedros Libani, & transiui & ecce nō erat, & quæsiui eum & non est inuentus locus eius, quoniam tanquam foenuri velociter arescent, & quemadmodū olegra herbarum cito decident. Docuit plura alia in hunc modum docēs potētes huius seculi vias dñi. Eradicate ergo cupiditatem ab eorum pectoribus etiam cum dolore, etiam cū sanguine, quia demerget eos in profundum lacū & interitum sempiternum. Tunc docendi sunt de assidua exomo loge si & sinaxi. Tunc prescribatur tempus ad orationem, sed tamen non desit ad audiendum orphanum & viduam, ad visitandas villas & castella, ad dirimendasq; lites; facie dasq; largas elemosynas in illos pauperes, imo restitutions, quos ipsi rapinis suis, & furtis egere fecerunt. Omnia

Psal. 36. Expecta dominum non in incerto diutinarum. Vidi enim impiū superexaltatum & eleuatū super cedros Libani, & transiui & ecce nō erat, & quæsiui eum & non est inuentus locus eius, quoniam tanquam foenuri velociter arescent, & quemadmodū olegra herbarum cito decident. Docuit plura alia in hunc modum docēs potētes huius seculi vias dñi. Eradicate ergo cupiditatem ab eorum pectoribus etiam cum dolore, etiam cū sanguine, quia demerget eos in profundum lacū & interitum sempiternum. Tunc docendi sunt de assidua exomo loge si & sinaxi. Tunc prescribatur tempus ad orationem, sed tamen non desit ad audiendum orphanum & viduam, ad visitandas villas & castella, ad dirimendasq; lites; facie dasq; largas elemosynas in illos pauperes, imo restitutions, quos ipsi rapinis suis, & furtis egere fecerunt. Omnia

Psal. 36. Expecta dominum non in incerto diutinarum. Vidi enim impiū superexaltatum & eleuatū super cedros Libani, & transiui & ecce nō erat, & quæsiui eum & non est inuentus locus eius, quoniam tanquam foenuri velociter arescent, & quemadmodū olegra herbarum cito decident. Docuit plura alia in hunc modum docēs potētes huius seculi vias dñi. Eradicate ergo cupiditatem ab eorum pectoribus etiam cum dolore, etiam cū sanguine, quia demerget eos in profundum lacū & interitum sempiternum. Tunc docendi sunt de assidua exomo loge si & sinaxi. Tunc prescribatur tempus ad orationem, sed tamen non desit ad audiendum orphanum & viduam, ad visitandas villas & castella, ad dirimendasq; lites; facie dasq; largas elemosynas in illos pauperes, imo restitutions, quos ipsi rapinis suis, & furtis egere fecerunt. Omnia

hæc

A hæc hæredibus filijs restituenda relinquunt, qui non solū paternarū opum hæredes inueniuntur, sed quā multū aua-
ritiæ & cupiditatis, ut vel sic omnibus laqueis diaboli con-
cathenatis, vñus sit sempiternus interitus. Hoc cīne est do-
cere vias dñi iniquos? Hoc certè est cū ignominia sanare
vulnus populi dñi & sortis eius, quorū ignominia appare-
bit in finē, quorū nuditas, multa eos afficiet cōfusionē. Nō
sic docebat Esaias. Sed quid ait? Lauamini, mūdi estote au-
ferte malum cogitationum vestrarum ab oculis meis, quie-
scite agere peruerse, discite bene agere, querite iudicium,
subuenite oppreso, iudicate pupillo, defendite viduā. Hic
ordo seruandus est in eorū doctrina, si non vis errare, qui-
cunq; es tu, qui curā eorum habes, à quibus omnibus ego
mundū sum nec rogatus enim habet spiritualis homo eo-
rum commisceri obsequijs, sed de his etiam satis, sat sit da-
re sapienti occasionem.

B Vide quanta super Pauli sententiam possemus dicere, in
qua docet diuites huius seculi viam dñi cum nostro Davi-
de; sed vnum non tacebo, quin potius omnibus auribus in-
fundam beatissimi Cypriani de eleemosyna doctrinam,
siquidē diuites huius seculi instituere decreuimus. Quod
principem locum obtinet inter doctrinas diuitum poten-
tiamq; illud certè est, quod quarto & quinto loco cōmemo
rat sacratissimus Paulus. Diuitibus præcipe, diuites fieri in
bonis operibus facile tribuere. Hoc eorum certum & effi-
cax remediū, liberalis in pauperes misericordia, vt eorum
Deus misereatur, quia scriptū est: Beati misericordes, quo Matth. 5.
niā ipsi misericordiā consequentur. Et alia scriptura dicit:
Peccata tua eleemosynis redime. Quod si plures habēt ge-
nueruntque filios, abundantioribus vrantur eleemosynis;
sic enim largius illis cōsulitur. Doctor est magna huiusphi Cyprianus
Iosophiæ beatissimus Episcopus & martyr Cyprianus in inde opere
hēc verba: Sed neq; illa res fratres charissimi à bonis operi & eleemo-
bus & iustis refrænet & reuocet Christianum, quod excu- syna.

Eleemosy-
na diuti-
bus.

Super Psal. 50. Homilia decimanona.

sari se posse aliquis existimet beneficio filiorū quando im
pēsis spiritualibus Christū cogitare, qui accipere se profes-
sus est, debeamus, neq; conseruos liberis nostris, sed dñm

Matth. 10. præferamus, ipso instruente & monente: Qui diligit patrē
aut matrem super me nō est me dignus: & qui diligit filiū

Cap. 33. aut filiā super me nō est me dignus. Itē in Deuteronomio,
ad corroborationē fidei & dilectionē Dei paria cōscripta
sunt. Qui dicūt patri aut matri nō noui te, & filios suos non
agnouerunt hi custodierūt præcepta tua & testamentū tuū
seruauerunt. Nam si Dēum toto corde diligimus, nec pa-

1. Epist. c. 3 rentes nec filios Deo præferre debemus. Quod & Ioannes
in epistola sua ponit: Qui habuerit (inquit) substantiam
mundi & viderit fratrem suum desiderantem & clauserit
viscera sua, quomodo charitas Dei manet in illo ? Audi
magnum Heliam quid dixerit viduæ illi, quæ parabat ex-
tremum cibum sibi & filio suo, quo assumpto morituram
fese expectabat : Petijt sibi prius ad edendum dari tunc

3, Reg. 17. quod supereffet, inde illam cum filio suo vesci, nec obtem
perare illa dubitauit, aut Heliæ, filios mater infame & ege
state preposuit. Nec filijs abstulit mater quod Heliæ dedit,
sed magis contulit filijs, quod benigne & piè fecit. Quia
abijt & fecit iuxta verbum Heliæ & comedit ipse & illa, &
domus eius, & ex illa die hydria farinæ non defecit & le-
cythus olei non est imminutus. Sed enim multi sunt in do-
mo liberi, & retardat te numerositas filiorum quominus
largiter operibus insistas, at quin hoc ipso operari plus de-
bes, quo multorum pignorum pater es. Plures sunt pro qui-
bus dominum depreceris, multorum delicta redimenda
sunt, multorum purgandæ conscientiæ, multorum animæ
liberandæ. Ut in hac vita seculari alendis sustentandisque
pignoribus, quo maior est numerus, hoc maior est & sump-
tus, ita & vita spirituali, atque cœlesti, quo amplius fuerit
pignorum copia, esse & operum debet maior impensa.
Cap. 1. sic & Iob sacrificia numerosa pro liberis offerebat quan-
tusq;

- A) *tusque erat in domo pignorum numerus, tantus dabatur Deo & numerus hostiarum.* Sic ergo vere filios suos diligit. Sic enim eis exhibes plenam & paternam dulcedinem charitatis, operari magis debes, ut filios tuos Deo iusta operatione commendes. Et tandem post alia idem Cyprianus. Prauaricator itaque & proditor pater es, nisi filijs tuis fideliter consulas, nisi conseruandis eis religiosa & vera pietate prospicias. Qui studes terreno magis quam coelesti patrimonio, filios tuos diabolo magis commendare, quam Deo, bis delinquis, & geminatum ac duplex crimen admittis, & quod nō præparas filijs tuis Dei patris auxiliū, & quod doces filios patrimonium plus amare, quā Christum, &c. O quam vera sunt hēc quam obseruat a. Quid ad hēc hi magistri, de quibus anteā dicebamus, dicere possunt, qui docētes, prout sibi videtur, vias dñi, licere, afferunt, terrenis potentatibus ampliare, vñq; in immēsum patrimonii & filiorum hēreditates? Cum scri-
B) ptum sit: Vñz qui cōiungitis domum addomum, & agrum *Ezai. c. 5.*
agro copulatis vñque ad terminum loci. Et alter propheta, *Cap. 3.*
Baruch, scilicet, *Vñi sunt principes gentium & qui dominātur super bestias, quæ sunt super terrā, qui in cœli auibus ludunt, qui argentum thesaurizant & aurum, in quo confidunt homines & nō est finis acquisitionis eorū?* Qui argentum fabricant & solliciti sunt, nec est inuentio operū illorū, exterminati sunt & ad inferos descendunt & alij loco eorū surrexerunt. Non est finis acquisitionis eorum & ambitionum hēreditatum etiā cum extrema, aut valde gravi proximorū paupertate. *Quod si lamētabile tempus ostendat ostentatio* tationis sui principatus, in regiacuria aduenerit, nō diuitijs, principa-
nō predijs, nō cābijs parcūt, dūmodo nō desit humanę glo-
rię apparatus. Si hēc omnia licet dñis, & principibus tem-
poralibus, cōiungere domū domui, & agrū agro copulare
vñq; ad terminum loci, imò & extra, & prodigos sumptus
facerē ad captādam humanę glorię auram, quādo obsecro
erit

80 Super Psal. 50. Homilia decimanona.

Nota.

erit eis in præcepto eleemosyna? De quo residuo habent C
sustentare pauperem & languentē? In quo implebunt dñi

Luc. 11. præceptum quod superest erogate? Heu, Iam de his man-
Ezai. 30. datum est Esaiæ prophetæ. Nunc ingressus scribe super bu-

xum, & in libro diligenter exara illud, & erit in nouissimo
die in testimoniuī usque in æternū. Populus enim ad ira-
cundiam prouocans est, & filij mendaces, filij nolentes au-
dere legem Dei. Qui dicunt videntibus nolite videre, &
aspicientibus: Nolite aspicere nobis. Nolite aspicere no-

Thren. 2. bis, quæ recta sunt, loquimini nobis placentia. Quod consi-
derans Hieremias lamētabatur gemēs. Prophetæ tui (non
mei) viderunt tibi falsa & stulta, neque aperiebant ini-
quitatem tuam, vt te ad pœnitentiam prouocarent, vide-
runt tibi assumptiones falsas & electiones. Thesaurizate
patres filijs vestris, sed in primis pietatem, sed Deum
ante omnia propitium eleemosynis & miserationibus.
Hoc est firmum fundamentum, de quo Paulus dicebat.

Divinis præcipe thesaurizare sibi fundamentum bo- D
num in futurum. Hoc erit fundamentum firmum in futu-

rum, ad ampliationem & conseruationem suarum hære-
ditatum, si misericordes fuerint si iusti in proximos, si
viduarum & orphanorum iudices, & patres. Hæc est
via domini de qua docendi sunt, tunc oratio eorum nu-
bes penetrabit, tunc diuina sacramenta frequentanda sunt;

tunc Deo gratiosos & hominibus in exemplum se præbe-
bunt, eorumque magistri secundum scripturarum & do-
ctorum regulas verè docebunt eos, sicut David, qui ad eos

dicebat, & usque in presentem diem inquit. Et non reges
intelligite, eruditimi qui iudicatis terram, &c. Taliter ergo
docendi sunt ut ad dominum conuertantur, cui ven-
nunt terga sua & non facies. Talibus magistris, quantos meritum cumulus, quam-
que immēsum gloriæ pōdus in sinu Dei recondatur quam
præfulgenceorū fabricetur quotidie corona testis sit beatus

Daniel

A Daniel propheta. Hic cum de generali omnis carnis resur
 rectione & de iudicio magni Dei sermonē ageret, inquit:
 Et multi de his qui in terra puluere dormiunt, euigilabūt,
 alij in vitam æternā, alij in opprobrium ut vivant semper.
 Qui autem docti fuerint fulgebunt sicut splendor firmamentū,
 & qui ad iustitiam erudiunt multos, quasi stellæ in perpe
 tuas æternitates. Super quod beatus Hieronymus, postquā Hierony.
 egit aduersus impium Porphyrium. Magistri habebunt si-
 militudinem cœli: & qui, alios erudiunt, stellarum fulgore
 comparabuntur. Non enim sufficit scire sapientiam, nisi
 alios eridas, tacitusque sermo doctrinæ alium non ædifi-
 cans, mercedem operis recipere non potest. Quem locum
 Theodocio & vulgata editio ita expressit, & intelligētes 4. sent. d.
 fulgebunt quasi splendor firmamenti, & de iustis plurimi 4. 9.
 quasi stellæ firmamenti in eternum, &c. Hi omnes antiqui
 & neoterici doctores scholastici, satis eleganter, & utiliter
 de coronis vel aureolis martyrum: doctorū & virginum

B tractauerunt. Est ergo hæc corona vel aureola (ut aliquo Aureola.
 modo describatur) accidentale gaudium de aliquo insigni
 factō essentiali prēmio superadditum, corporali decore de-
 claratum. Cuius figura designata est apud Exodū, ubi prae- Cap. 25.
 cipitur Moysi: Facies mensam delignis sethim & inaura-
 bis eam auro purissimo. In quo mensa regni coelestis desig-
 natur, de qua ait Christus. Ego dispono vobis regnum, ut Luc. 22.
 edatis & bibatis super mensam meam in regno meo. Et se-
 quitur in Exodo. Et facies ei aureum labrū per circuitum,
 & ipso labro coronam interrasilem, id est, limatam & politam,
 altam quatuor digitis, & super illam alteram coronam
 aureolam, scilicet, propter eminētiā aliquorum egregie
 certantium. Ratio similitudinis ex militia civili ducitur, in
 qua propter singula facinora, singulares & præclaræ dona
 tur coronæ, ut muralis aurea illis, qui primum murum subi-
 erint, & castris, illi, qui hostium castra primus introierit,
 atq; id genus alia. Sed de hoc satis ad alia enim nostra cur-
 rit

881 Super Psal. 50. Homilia decimanona.

ritorio, cum indigentium necessitati desideremus in omnibus consulere.

Auditio verbi Dei Quod maximè fuit necessarium, nec minus utile, prout sapiens quisque iudicabit, certe auditio diuini verbi est.

quam necessaria. Quomodo enim credent sine prædicante? Aut quomodo prædicabunt nisi mittantur? Vnde scriptum est. *Quam pre-*

Rom. c. 10. *ciosi pedes euangelizantium pacem euangelizantium bo-*

Ezai. c. 53. *na. Pacem ergo & bona virtutum & regni cælorum, verbū prædictoris adducit, ut interim deside taceam, quæ ex audi- generatur, sicut de utroque inquit Apostolus Paulus.*

Rom. c. 1. Fides exaudita, cum interno, scilicet Dei auxilio. De verbo autem euangelij inquit: Non erubesco euangeliū Dei,

Similitudo virtus est enim Dei omni credenti. Iudicoprimū & Græco. Virtus inquit est Dei. Perpende obsecro, quantum ani-

metar intra pericula & calores belli miles, qui cum hoste manus iam conseruit, cum audit tubæ sonitum. Qui forte

deficiebat viribus, illis resumptis, usq; ad victoriam & pal-

mam decentia genere. Militia est vita nostra super ter- D

ram, hostium innumerabilis numerositas, aduersusque Sa- tanam & dilabolum dimicamus, datusque dominus Deus

Cap. 38. auxilium, militibus suis in bello, inquit ad Esaiam. Exalta

Cap. 7. sicut tuba vocem tuam, tu qui euangelizas Sion. In huius

rei comprobationem in libro iudicum scriptū est. Quod me facere videritis, hoc facite! Ingrediar partem castro-

rum & quod fecero, festamini. Quando personuerit tuba in manu mea, vos quoque per castrorum circuitum clan-

gite & conclamate, domino & Gedeoni. Hoc adimplevit dominus Iesus & doctoribus ecclesiæ faciendum tradidit.

Cap. 7. De quo sacer Ioannes Euangelista: In magno autem festi-

nitatis die clamabat: Si quis sit inveniat ad me, & de ventre eius fluenteraque viua. Et beatus Lucas inquit: Hæc dicens

clamabat: Qui habet aures audiendi audiat. Vnde scrip-

Psal. 68. tum est de illo: Laboravi claimans, rauicæ factæ sunt fau-

A necessaria lux solis & stellarum, ut noctis caligo discedat, *Similitudo*
 & videre possimus. Tale est verbum & sermo doctrinae
 nra de quo noster David: *Lucerna pedibus meis verbū tuū Dei lux.*
 & lumen semitis meis. Hinc & Esaias propheta. Primo *Psal. 118.*
 tempore alleuiata est terra Zabulon & terra Nephelim & *Cap. 9.*
 nouissimo aggravata est via maris trans Iordanem Galileę
 gentium. Populus qui ambulabat in tenebris, vedit lucem
 magnam: habitantibus in regione umbræ mortis lux orta
 est eis. Quæ obsecro lux nisi sancti euangelij prædicatio,
 sicut testatur beatus Matthæus? Sed nota quam assiduus
 us omnium gentium casus, quamque ingens periculum
 erat. In tenebris ambulabant: Et qui ambulat in tene-
 bris nescit quo vadat. AEgyptus vero cum percussus est *Exod. c. 10.*
 tenebris à Moysi, non mouit se de loco, in quo unusquisque
 erat. Populus vero, qui ab Esaias describitur, qui vedit lu-
 cem magnam euangelice prædicationis, ambulabat & pe-
 riculosus quotidie impingebat. Considerate etiam quā ne-
 cessariis cibis, esuriens & lasso in via, & hoc est sermo *Similitudo*
 prædicatorum, de quo idem David: Parasti inconspectu *Psal. 22.*
 meo mensam, aduersus omnes, qui tribulant me. Quæ ni-
 minum mensa qualis sit alio declaratur loco ab eodem pro *Psal. 68.*
 pheta, cum de obsecratione Iudeorum & carnali intelligentia scripturarum & prophetatum ageret. Fiat mēla eo-
 rum coram ipsis in laquetum, &c. Et quid dicam? Armatu-
 ram illam, de qua ante sermonem fecimus, in auditio never-
 bi Dei de manu prædicatoris, etiam sapiens & eruditus ac-
 cipient, ut stare possint aduersus insidias diaboli. Si tuba in
 bello necessaria, quanto magis & armatura? quanto plus gla-
 diorum scutum lancea, & galea? *Experientia didicisti unusquisque vestrum, quantum*
dumen in medijs ignorantia tenebris, in sermone præ-
dicatoris luxerit vobis. Et quoties obsecro induratum *Fructus*
potestrum supra petram, ex antiqua peccatorum con-
fusitudine, molle redditum est, & velut cera ante faciem
auditionis Verbi Dei,
ignis

ignis? Quoties dicit e mihi ardentes flammam terrorem & C
 minas spirantes aduersus Satanam & diabolum, aduersus
 delicias carnis vestrae, & aduersus vosmetipos, exiuitis ab
 ecclesia Dei, cum proponetur, aut iudicij æterni magnitu-
 do, aut cum exponeret prædicator infernalis ignis vindi-
 etam, qui carnes luxuriosas comburet igni inextinguibili?
 Tunc quidem apprehendistis disciplinam, tunc percussi-
 stis corpus usque ad plagam & sanguinem, tunc in multa ama-
 ritudine clamauistis ad dominum, ut vestri misereretur.
 Vnde tanta bona pauperibus? Vnde cæcistam clarum lu-
 men? Vnde tantus zelus, tamque ardens & cœlestis fortitu-
 do, aduersus mundum, carnem & diabolum? Denique &
 aduersus vosmetipos & delicias vestras? Ex verbo Dei,
 quod salutem assert omni credenti, virtus enim Dei est.
 Vides ergo quam utilis & necessaria doctrina ad iniquos,
Similitudo ut ad dominum conuertantur? Certè sic est animæ necessa-
 ria & eius saluti spirituali, scit corpori, & eius in columita-
 ti cibus quotidianus. Quare (dicit o mihi) cibus reduplica-
 tur, iterumque post octo aut decem horas assumitur? Deco-
 ctus quidem ac digestus diuisusq; per singulas corporis par-
 tes sustentationem assert, reparatque deperditam virtutem.
 Sed ipsum virtutis incrementum, ipsaq; reparatio iterum
 à calore naturali exinanitur, sicut & noua ligna ignii inci-
Luc. 8. bum & ingentiorem flammam deserunt. Audi dominū
 Iesum de hac re differentem. Exiit qui seminat seminare
 semen suum, & dum seminat aliud cecidit secus viam, &c.
 Usque hec dicens clamauit. Qui autem secus viam hi sunt,
 qui audierunt, deinde venit diabolus & tollit verbum de cor-
 de ipsorum, ne credentes salvi fiant. Nam qui supra petram,
 qui cum audierint & cum gaudio suscipiunt verbum, & hi
 radices non habent, quia ad tempus credunt, & in tempore
 temptationis recedunt. Quod autem inter spinas cecidit, hi
 sunt, qui audierunt & à sollicitudinibus & divitijs & volup-
 tatibus vita euntes, suffocant & non referunt fructum. Vil-
 des

A deo quanta sunt, quæ semen verbi Dei, cibum verū animæ nostræ destruant? Vides quam necessaria quotidiana refectio? Vbi assidua & quotidiana est diuinæ virtutis perditio præ nimio humanæ carnis calore.

Sed quantum quamq; graue sit damnum hoc, quamque culpabile ihiusmodi hominibus, qui tanta desidia ac negligencia perdunt de corde diuinum verbum quod audierūt. Audi tu Origenem & Augustinum aduersus eos proclamantes: Nostis (inquit Origenes) qui diuinis interesset my milia vlti. steris consireuistis, quomodo cum suscipitis corpus domini in Exod. ni, cum omnicautela & veneratione seruatis, ne ex eo paratum quid decidat, ne consacrati muneris aliquid dilabatur. Negligentia in servitiam vos creditis, & restis creditis, si quid inde per monibus negligentiam decidat. Quod circa corpus eius obseruan- quam crudum ita ut imhi cautela, & merito utimini, quomodo puminalis. tatis esse minoris periculi verbum Dei neglexisse, quam corpus eius? Verba Augustini hæc sunt. Interrogo vos fratres & sorores, dicite mihi quid plus vobis esse videtur, cor bentur lib. pus Christi an verbum Christi. Si verum vultis responde hom. Hoc hoc dicere debetis, quod non minus sit verbum Dei quam mil. 26. re corpus Christi, & ideo quanta sollicitudine obseruamus, feruntur in prout supra Origenes. Quia non minus reus erit, qui verbum Dei negligenter audierit, quam qui corpus Christi ne q. 1. ca. In- ligenter cadere permiserit in terram. Vbi notandum cū terrogo. le Archidiacono Augustinum & Origenem non comparare ge glossam dignitatem dignitati, cum de verbo Dei in concionibus & si placet. de venerabili sacramento altaris sermonem agunt, sed ne- cessitatem necessitat. Solent enim minus digna esse neces- saria, sicut factus & visus in animali & vita activa & con- templativa. Cum autem sacratissimum Domini corpus eō ferat gratiam iustificantem, & aliquando primam, quod aiunt, ex opere operato, hoc quidem, non habet verbum Dei in concionibus, licet ex assistentia Spiritus sancti conseruantur dona multa usq; ad gemitus & lacrymas, quibus

per gratiam lauatur cor audiens deuore & religiose. Pro C
Ambr. A. pter quod dicebat beatus Ambrosius. Mundat sermo diui-
pol. David nus, mundat nostra confessio ille dum auditur, ista dū pro-
ca. 13. De mittitur. De quo si placeat legge beatum Bernardinum in de-
Cōsēcratio Epangeliō aeterno.
ne. d. 2. Ide Vidisti magnū flagitium, quod ex quotidiana negli-
Ambro. c. gentia nostra, in audiendis diuinis concionibus committi-
16. mus, de quo reddemus in die iudicij rationem. Altamente
Psal. 44. ergo recondendum est Dei verbum, ipsumque ruminan-
17. dum, sicut animalium mundorum pabulum attētissimeq;
18. inspiciendum, quæ omnia docet nos noster propheta Da-
19. uid dicens: Audi filia & vide, inclina aurem tuam, obliu-
20. scere populum tuum & domum patris tui & concupiscet
21. rex decorem quoniam ipse est dominus Deus tuus, & ado-
22. rabunt eum. Auditus ergo aurium materialiū pro sermo-
23. nibus, qui in Ecclesia fiunt, est necessarius, sed hic non suffi-
24. cit, alter requiritur, quia alias aures habemus, mentis scili-
25. cet, de quibus multoties dominus in Euangelio & dilectus D
26. eius discipulus in sacra Apocalypsi. Qui habet aures audiē-
27. di audiat, de his inquit propheta. Inclina aurem tuam. Pre-
28. be ergo, homo, si ad Dominum desideras conuerti, corpo-
29. ris & mentis aures, cum tibi verbum Dei proponitur, sed
30. & oculos spirituales ut videoas & consideres, quæ tibi dicū-
31. tur. Hoc docet idem propheta, & vide inquit. Vide & con-
32. sidera quod magnus Deus tuus legationem ad te mittit &
33. Cor. c. 9. exhortatur, ut cum ipso reconciliationem facias, sicut ille
34. magnus gratiæ prædicator dicebat. Deus erat in Christo
35. mundum sibi reconcilians, non reputans illis delicta ipso-
36. rum & posuit in nobis verbum reconciliationis. Vbi pri-
37. mo nota, quam fideliter loquutus sit Paulus. In Christo in-
38. quit fuit opus reconciliationis, in nobis autem posuit ver-
39. bum eiusdem. Pro Christo ergo legatione fungimur tan-
40. quam Deo exhortante per nos. Obscuramus pro Christo
41. reconciliamini Deo. Audi ergo filia & vide, quæmagni
42. impera-

Nota.

A imperatoris & regis regum habes legationem, summa cle-
mentia ad te missam, obsecrantem habes prædicatorem &
rogante in, ut in pristinam vel transire Deiamicitiam. O Clementia
summe clemens: O pater misericordiarum Deus. Homo Dei quam
aduersus te & contra legem tuam inique, & inuerecunde magna.
egit, tu vero non exercitum magnum Angelorum mittis,
ut illum perdant, prout dignum erat, sed legatum amicitie
& foederis & reconciliationis. Nonne ad magnam hanc
miserationem oportet nos respicere? Nonne oportet audi-
re: V. e nobis si tantam neglexerimus salutem. Dabimus cer-
te peccatas & plorabimus in abscondito à facie superbiz na-
stræ, sicut dicebat propheta. Hier. c. 13

Audire ergo oportet & videre, de quibus nobis sermo
proponitur. Annunciat enim nobis Evangelicus prædicato-
tor vitia ad fugiendum, virtutes ad amandum, peccatum ad
timorem, gloriam ad eiusdem desiderium. Magna sunt
hæc, & hæc regula prædicatoribus primo à beatissimo pa-

B tre nostro Francisco proponitur, deinde à sacra Tridenti in Regula.
na Synodo, secundum quam & loqui debent & meditari cap. 9.
ante concessionem. Nonne videre & considerare oportet an Triden. Sy-
gelicam castitatis pulchritudinem, ad eius amorem, cuius nod. Sef. 5.
imago à prædicatore depingitur? Nonne videre & consi- cap. 2.
derare oportet infernalem fœditatem & turpissem in lu-
xuria turpitudinem? Nonne miserare & deplorare auaq-
rorum sorti attendere oportet, quam Evangelicus ora-
tor intonat? &c. Hæc videre, hæc audire oportet, ut obli-
uioni tradamus patrem nostrum & domum eius. Audi Potentia
quam efficax sit Dei verbum & penetrabilis omnis gla- Verborum
dio anticipi, usque ad oblitiohem eorum, quæ sum- Domini.
mo prosequebamur amore, dicit animus nostrum. Amas- d. q. 20
tor humanae pulchritudinis, qui adeò captiuus tenebas-
tur, mente & voluntate, quod ab eius consideratione
nec per instans se se poterat expedire, iani ex auditu ser-
monis, in tantam libertatem venie, ut omnino obliuiscas-
tunob Cc 2 tur. Et

Super Psal. 50. Homilia decimana.

Hiere. 3. tur. Et dicat, Ecce venio ad te, tu enim es dominus Deus noster. Verè mendaces erant colles, & multitudo montium, vere in Domino Deo nostra salus Israel. Et quid mirum cum quotidie increata pulchritudine hoc inueniatur? Quæ si apparuerit venustior, illa prior contemnitur & obliuiscitur. Cum vero lux cœlestis super infundatur in diuinis concionibus, unde aliquantulum divina facies splendescit super nos, non mirum si terrena facies, quæ velut fœnum citò arescit, contemnatur & tradatur obliuioni. Iam ultimo loco declarat sanctus propheta, quæ diuitias comparat sibi ipsi, in sinuque recondit auditor

Neta

concupiscitur a rege Deo. Hæc omnia venerunt nobis ex doctrina & obedientia eius magistri, qui docet nos audire, & videre, & inclinare, aurem ad sermonem prædicatorum. Quibus perficitur ad Dominum nostra conuersio, sicut dicit propheta: Docebo iniquos vias tuas: & impij ad Deum convertentur, & ad te conuersi dono gratiæ misericordiæ tuæ, tu domine ad illos conuerteris, sicut per proph. Zach. c. r. tam tuum hortabar is antiquum populum. Conuertimini ad me, & ego conuertas ad vos, dicit Dominus exercituū.

ad me, & ego conderat ad vos, dicit Dominus exercitus.
In hoc certe conversionem nostram ad Dominum com-

In hoc etiam punctionem fortia ad conversionem conprobabimus, si usque ad oblivionem patris nostri antiqui diaboli & domus eius, id est, vitiorum, peruerterimus. In hoc etiam comprobat Dominus Deus conuersionem suā

ad nos, quod decorum, quem gratia sua donauit nobis, con-
Not. Vulc. cupiscet. Post tantam gratiam, tamq; sublime bonum, ad
de. in iusto. C. hanc dilectionem, cuius custodia est, dicit nos Sanctus pre-

Cap. 36. humilitatem, quæ eius custodia est, dicit nos Iacobus prophetæ Ezechiel: Effundam super vos aquam mundam &

mundabimini ab omnibus iniquinamentis vestris & spiritum meum ponam in medio vestri, & faciam, ut in praetatis meis ambuletis, & iudicia mea custodiatis & operemini & recordabimini viatum vestrarum pessimorum / hoc

A donum in prædicatione conceditur, studiorumque bonorum, & displicebunt vos iniuriae vestrae & scelera vestra. Non propter vos ego faciam ait dominus Deus, non fit vobis. Nouum sit vobis, o conuersi ad Dominum, quod non, propter vos donata est vobis salus & redemptio, sed propter semetipsum & propter suam bonitatem vestri missertus est altissimus, Dilata & pondera.

Hæc omnia, de quibus usque huc loqui sumus, Davidi & sibi similibus, qui diuinam scientiam habent, post poenitentiam, conueniunt. Quomodo autem vulgaris & quilibet alijs poenitens poterit docere iniquos vias Domini, explicant illud beatissimus Hieronymus, & Gregorius. *Hiero.* & Docebo iniquos vias tuas: & impij ad te conuertetur. Hoc *Gregorius* est, ponam me ipsum, ut meum exemplum, alij imitentur. Certè magna, clamorosa, valdeq; efficax vox est exemplū ad aliorum conuersionem, & maximè illorum, quibus fui mus scandalum. Trahit sicut magnes, etiam corda ferrea,

B ad sui imitationem poenitens quandam peccator, vel maximè quos in crimen socios habuit. Sic beatus *Gregorius* super illud Iob, & lunam incedentem clare, inquit: Plerūq; *cap. 31. li.* ad exercenda bona opera aliena nos utiliter exempla per- 22. *cap. 5.* suadent, & cum mente humili opinionis alienæ bona suscipimus, nostra vel ad melius bona producimus, vel ad bonum mala permutamus. Cumq; nos de vita proximi famæ splendor irradiat, mens nostra ut prædictimus, quæ ad obtinendum virtutis iter, se dirigit, quasi in lunæ lumine gressus ponit. Et beatus Ambrosius inquit: Sicut enim bona vi *Ambr. A-* tæ specimen & virtutis exemplar, in his viris est, qui inof- *pol. David* fensa viræ suæ temporare currerint, ita qui anteactis re- *cap. 16.* nunciantes flagitijs, vel incredulitatis erroribus emendauerint cursum posterioris ætatis, his ad imitandum propo- siti sunt, qui vel opere vel cogitatione labuntur. Doctoribus ergo ac magistris munieris Euangelici, quibus commissum est verbum doctrinæ & reconciliationis, magnū studi.

opus hoc conuenit, & ad eorum curam iniquorum doctrina, ut ad Dominum conuertantur spectat. Dei enim ministri & coadiutores facti sunt propter eos, qui haereditatem capiunt salutis ut ad Dominum conuertantur dono & gratia Spiritus sancti, quam nobis concedat pater Domini nostri Iesu Christi in eodem Spiritu sancto. Amen.

S V P E R P S A L M U M Q V I N- quagesimum. Homilia vigesima.

Libera me de sanguinibus Deus Deus salutis
meæ: & exultabit lingua mea iusti-
tiam tuam.

A R G V M E N T V M .

VO D uisq; ad eradicationem carnalis concupiscentiae, vel saltim perfectam fomitis mortificationem, **D**orans sit Deus à viro iusto, Davidis & beatissimi Pauli exemplo, ubi de operibus carnis cum eodem Apostolo disputatur, eiusq; sententia. Caro & sanguis regnum Dei non consequentur exponitur, & quod sola oratio non sufficiat, sed necessaria subinde assidua carnis castigatio, quia illa cœca penam, aut dolorem futurum nesciens, & blâdiens allicetq; inimicus, ubi sub Iaelis & Sisara historia, insidia eius describitur & quis idoneus huius doctrinæ discipulus, & qualis debeat orationis affectus esse pro tanto bono inueniendo, ubi cum beato Hieronymo & Gregorio prima pars versus exponitur, quod etiam gratia & charitas ad carnis mortificatione maxime conducat. In secunda parte post patrum expositionem, quod de iustitia passionis & mortis Christi sermonem agat propheta, ostenditur & quâta sit, & quomodo applicetur nobis, ubi laudum & hymnorum in Christi gloria ius declaratur & quod soli Deo non sibi totum hoc bonum debeat homo ascribere, ad humilitatis cōseruationem.

Libera

A Libera me de sanguinibus Deus
Deus salutis, &c.

VSque huc orandus est Dominus Deus à viro iusto, qui perseuerantiam ab Spiritu sancto procurat. Nisi enim ad radicem arboris securim posuerit, quotidie noui recentesq; rami pullulabūt. Concupiscētia quippe nostra radix omniū malorū est, & præcipue eortū, quæ luxuriæ nomine designātur. Prælibāda tamē sunt aliqua antequā ad præsentem cōfiderationē accedamus, quæ magni momenti est. In *Nota.*

primis illud nota cū antiquis patribus elegisse interpretē nostrū loqui minus Latine, quā minus proprie interpretari. Nō em dicitur Latine, sanguines aut sanguina, sed singuli numero declinatur, sanguis sanguinis, sed in Greco & in Hebræo ita habetur in plurali numero, neq; quisquā interpretū aliter verit. Secūdo nota per sanguines intellige re peccata quia carnalia, maxime à carne & sanguine post

B corruptionē & esfrēnationē, originē trahūt. Vnde beatissimus Apostolus Paulus: Manifesta autem sunt opera carnis, *Ad Gala.* quę sunt fornicatio, immūditia, impudicitia, luxuria idolo *cap. 5.* rū seruitus, veneficia, inimicitie, cōtētiones, emulations, iræ, rixæ, dissensiones sectæ, inuidie, homicidia, ebrietates, cōmellationes, & his similia, quæ prædico vobis, sicut præ dixi, quoniā qui talia agunt, regnū Dei nō cōsequentur. Et alio loco idem Apostolus: Caro & sanguis regnū Dei non *1. Corinth.* consequētur: & declarans quid per carnē & sanguinē vel- *cap. 15.* lei intelligere, quia carni sanctorū resurrectio glorioſa promittitur, inquit: Neq; corruptio incorruptelā possidebit. Cū enim de resurrectione corporis Apostolus disputaret, doceretque nostra corpora futura ex corruptibilibus in corruptibilia ex contemptibilibus glorioſa, ex infirmis fortia, ex animalibus spiritualia, hoc est ex mortalibus immortalia, subiecit: Hoc autem dico fratres, quia caro & sanguis regnum Dei possidere non possunt. Et nē quisquā

401 Super Psalm. 50. Homilia vigesima.

*Caro &
sanguis
quid.*

secundum substātiā, Apostolum hoc diffiniſſe existimaret, aperuit quid diceret, subiungendo: Neq; corruptio in corruptionē possidebit. Hoc ergo loco nomine carnis & sanguinis corruptionem mortalitatis intelligi voluit. Sic

Iren.eus li. 5. aduer effrēnatam concupiscentiam nostram, tanquam radicēm sus heres. omnis pestiferi fructus, intelligit, cum carnē dicit scriptū circa prima non posse obtainere regnum Dei. Sic Dominus loquitus cipium.

Augu. Epi caro sunt. Quo contra iustis dicitur: Vos in carne nō estis,

stola. 146 sed in spiritu. Vides ergo quomodo caro non significat so

Origenes lib. 5 super riumque eius significatum, verum & vitia ab illo nasce-

capit. 6. ad tia? Cum vero propheta orat: Libera me de sanguinibus

Rom. Genef. 2. Deus Deus salutis meæ, à vitijs carnis & sanguinis nascenti

Ad. bus, quale fuit eius crimen, absoluī desiderat. Oravit desiderans misericordiam dicens: Misérere mei Deus secun-

dum magnam, &c. Oravit vt deleret Deus iniquitatem, D

Oravit vt amplius eum Dominus lauaret, & tandem usque

ad confirmationem, & perseverantiam perduxit orationē.

Jam vltimo loco radicitus euelli desiderat tantorum malo

rum parentem, corruptionem, inquā, carnis & sanguinis.

Orat ergo & desiderat, aut fromitem peccati prorsus tolli,

aut vinculo diuinæ gratiæ sic coerceri, vt ab illo nō possit

iam ad peccatum instigari. Facilitatem & pronitatem ad

malum, quo sanguis impellit, à se auferri postulat. Peccato

rum radicem à se auferri petit, vt tanquā auulsa arbori om

nis peccati spes sit ablata. Hoc proprium est carnis nostræ

& sanguinis, vt subinde in aliud & aliud trahat peccatum,

Cap. 4. sicut propheta Oseas dicit: Sanguis sanguinem tangit, qui-

bus verbis docet unum ex alio oriri peccatum.

In ore ergo duorum proponamus verbum hoc, vt statim ad ea, quæ nobis sunt valde necessaria, progrediamur.

z. Cor. c. 12 Sic orabat beatissimus Paulus: Datus est mihi stimulus car

nis meæ:

A nis meæ : qui mē colaphizet : propter quod ter Dominum rogaui: ut auferretur à me , stimulus iste carnalis concupi- cc. 3. 0. q. 1.
scentiæ est à gehenna inflammatæ, quæ ad omne peccatum impellit, propter quod Angelus Satanæ vocatur. Ab hoc stimulus se liberari petit, qui malum eius desiderium satis fuerat expertus cum dicebat: In felix homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ & captiuantem me in legem peccati. Durum valdeque difficile nostræ imbecillitati, a siduam carnis rebellionem tolerare , nec succumbere, propter quod Dominū rogar & ter quidem. Sed quia expediebat ad humilitatem & ad coronam, certamen sustinere, propterea non exauditur. Audite ergo diuinum ad Paulum responsum, & quid ipse fecerit considerate, ad 1. Ti. ca. 1. instructionem enim datus est eorum qui credituri sunt domino in vitam æternam: Sufficit tibi Paule gratia mea. Nā Exemplū virtus in infirmitate perficitur, quia inde humilitas & vige Pauli imi-

B lanst timor nascitur. Et qui audit sufficit tibi gratia mea, ad tandem. iecit continuam carnis mortificationem & castigationē. Nota. Vnde ad Corinthios inquit: semper mortificationem Do- 2. Epistola
mini nostri Iesu Christi, in corpore nostro circunserētes, cap. 4. & in alio loco inquit. Castigo corpus meum & in seruitu. Ad Cor. 1. tem redigo , ne cum alijs prædicauerim & ipse reprobis cap. 9. efficiar. Quantum autem, quamvè dure castigauerit sanctus David corpus suum, testis fit cinis cum cibo assumptus, testes fint lacrymæ, quas miscebat cum poculo, testis fit foccus, durumque cilicium , testis fit stratum regium, irrigatum sacris lacrymis eius. Sit testis gemitus & rugitus eius à gemitu cordis. Ecce quid nobis agendum post veniam, post remissionem & gratiam, etiam post illam, quam perseverantiam vocamus. Mortificatio nostræ carnis rebellis, rationi & Deo inobedientis, valde necessaria est; ne vires assumens lasciuiat, & sessorem dejiciat, fiatq; periculosior noster casus secundus. Hæc doctrina inter

omnes p̄fimatum tenet ipsamque sapiēs & salutis cupidus C.

Apo. c. 22. ad amavit. Propter quod scriptum est. Qui sanctus est san-

Ad Corin. 4. tificetur adhuc, idest, amplius & amplius. Possidemus

cap. 4. thesaurum in vasis fictilibus, omni ergo custodia custodi

Prou. c. 4. cor tuum. Posillanimes confortamini & nolite timere. Con-

Esaia ca. fortamini, manus dissolutas, & genua debilia roborate.

35. Apprehendite disciplinam ne pereatis de via iusta. Hæc

Psal. 2. est præseruativa vestra medicina. Timete vobis: timete à carne vestra & sanguine, quæ nescientes sibi & animæ, ma-

Nota Val- lum æternum procurant. Cæca enim est caro nostra, cæca
de.

nesciens aliud malum, aut aliud bonum, quam illud quod

placet aut displicer sensibus. Non cogitat de futuri, non ti-

met æterna, nulla enim scientia carni nostræ aut sanguini.

Altior enim est, quam ut sensu carnis mortalis deprehen-

di possit. Mensis est hæc ex cogitare, hæc credere & con-

siderare & oculos & manus à delectabilibus retrahere.

Dux ergo hoster sit mens, neque ipsa sola sed lumine fi-

dei eleuata, sit dux ad viam, præeat tanquam domina, D

sequatur & exequatur ancilla eius caro mortalis, ne per

effluamus in foueam, quæ quotidie profundius peccato-

ri foditur, imò ipse proprijs manibus fodit eam, ut in

Job cap. magni Dei iudicio cunctis cernentibus præcipitetur in

ignem æternum. Tanto quippe periculosior est noster hic inimicus ca-

Caro no- stra ma-

gnus inimi- ab illa est, quanto etiam proximior, nobis est, imò intus

cus. latet, ipsaq; circumdatu& & infirmitate eius. O qualis est

torpor & segnitia nostra, qui tales in sūn nostro foue-

mus inimicum. Alius inimicus obuiam venit nobis à for-

ris. Etsi molestia si iniuria, quia difficilior multoq; vin-

dicta, ab ira discēdimus & deponimus aduersus fratrem

nostrum odium conceptum. Hic autem inimicus blandi-

tur, demulcit, ingentem promittit voluptatem, intus la-

ter, interiora excitat & ignem accendit, sed latet sub herba

A viridi anguis, & sub melle mortiferum venenum, sicut Iael & si contigit Sisara. Qui fugiens ab exercitu, cum tandem ad sara domum Heber Cinei veni et, egressa est in occursum eius Iael, quæ dixit ad eum: Intra, intra ad me Domine mi, ne timeas. Qui ingressus tabernaculum eius & opertus ab ea pallio, dixit ad eam. Da mihi obsecro paululum aquæ, quia sitio valde. Tulit itaque Iael vxor Hebæi clavum tabernaculi, assumensque pariter & malleum & ingressa abscondite, & cum silentio posuit super tempus capitum eius clavum, percussumque malleo, desixit in cerebro usque ad terram, qui soporem morti socians, defecit & mortuus est. Vbi nota multa. Miser Sisara pusil. Nota. Ium aquæ petebat, Iael vero haustum plenum dedit lactis, sed & cooperuit eum. Hæc tria facile reperies in præsenti consideratione. Pusillum aquæ querit mens nostra, quia aliqualem delectationem, secundum regulam rationis exigit à nobis, sed ipsa sensualitas, quæ de carne

B nostra & sanguine consurgit, plenum haustum lactis præberet, cooperiens nebula & tenebris, rationis lumen, ne videat malum peccati, terribilemque mortem, quæ sibi imminet. Blandientibus verbis uia est Iael, loquutaque est ad Sisaram: Intra ad me Domine mi. Hæc est caro nostra, hæc est vox eius, sed insidias parat, sed mortem meditatur. Ne audias vocem eius, fuge sicut à facie colubri. Magnum ergo periculum à carne, ingens præcipitium à sanguine nobis paratur, etiam post culparum remissionem, post veniam, & indulgentiam. Orandum est ergo Dominus cum Davide. Libera me de sanguinibus Deus Deus salutis meæ, & mortificanda est caro ipsa, & sensualitas hoc certissime scientes, quod in præsenti mortali vita, quæ campus certaminis est, non coronæ, non eradicatur vel evellitur, concupiscentia carnis & sanguinis nostri. Continuam & assiduam requirit spiritualis vita, & perseverantia, mortificationem & discipli-

Similitudo disciplinam. Secura quidem ad deambulandum sternitur via etiam super spinas & vepres, simul toties pedibus conculcatur, radices tamen eius ibidem latent, quæ statim pululant si deambulatio ipsa interponatur. Sic profecto caro nostra aculeis peccati originalis seminata, præbet se spiritui nostro secura facilis, si assidui fuerimus in eius mortificatione, & castigatione, orantes dominum, ut ab ipsis nos liberet. Ab hac enim naufragium, ab hac latronum expollatio & vulnera iuxta Hierico. A carne nostra omnis effusio, mors denique & ignis æternus. Recolite quæ superius de illa diximus, cum exponeremus locum illum : Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum: & in peccatis concepit me mater mea, vbi de peccato originali & de hac carnis

Ezai. c. 28. cupiscentia sermonem egimus. Quem docebit scientiam & quem intelligere faciet auditum ? Ablactatos à lacte avulsos ab vberibus. Cœlestis gratiæ splendor & lucis æternae radius necessarius valde est ad descendam hanc magnam philosophiam, quæ præcepta habet mortificationis & castigationis carnis nostræ usque dum liuida fiat, &

Ad Eph. 5 rationi obediens. Quis enim carnem suam unquam odio habuit ? Quam nisi oderimus, perdemus & illam, & animas nostras in gehennam ignis æterni. Ipse propheta in Spiritu sancto quæstioni propositæ & difficiili responderet. Ablactatos à lacte, avulsos ab vberibus. Idem sunt hæc duo, sed clarius per secundum verbum, responsum proponitur. Aqulsos ergo ab vberibus docet Dominus Deus hanc magnam mortificationis doctrinæ. Et certe quandiu vberibus adhæret homo impossibilis est doctrina hæc. Quis enim ebrium, & temulentum docebit ? Vbi locus doctrinæ, nisi prius digerat mustum, quo madet & despumet Falernum

Ebrius luxuriosus. somno & quiete ? Ebrius quidem est, & periculosisime ebrius amator corporalium voluptatum, & maximè luxuriaz, sicut testator scriptura. Loquens meretrix illa misero adolescenti, quæ in proverbijs describitur inquit : Idcirco

Cap. 7. egressa

A egressa sum in occursum tuum desiderans te videre & re-peri. Intexui funibus lectulum meum, stravi tapetibus ex AEgypto, aspersi cubiculum meum myrrha & aloë & cin-namomo. Veni inebriemur vberibus & fruamur cupitis amplexibus. Vides qualem ebrietatem babit pro lacte ab vberibus, vnde miser homo alienetur à sensibus somnoq; obruatur. Fuga ergo ut docearis quam vere inimicus tuus sit tibi caro tua, quamque acutus & crudelis gladius, sit me-reticis lingua dolosa, quæ ad amplexus & vberate inuitat. Hanc magnam philosophiam non nisi ablaclatos & auulos ab vberibus docet Dominus Deus. Lege quæ sequuntur in libro Proverbiorum capite. 7. ut perficie rem hanc deprehendas.

Pro liberatione ab hoc inimico orat sanctus Dauid. Libera me de sanguinibus Deus Deus salutis meæ. In quo affectus orationis manifeste demonstratur, repetens Dei nomen. Deus Deus salutis meæ inquit. Reduplicatio enim di-B uini nominis affectum excitat, & ostendit orationis vim, & declarat magnum periculum, à quo desiderat liberari. Sic orabat Dominus Iesus positus in agonia, & lucta carnis suæ & rationis. Abba pater mihi, si possibile est, transeat à me calix iste. Et teste Apostolo Spiritus sanctus in corda filio-^{14.} rum Dei missus, affectum eorum excitat, ut clament, sicut naturalis filius clamabat. Abba pater. Huic rei testimonium perhibet beatissimus Apostolus Paulus & his quæ anteā scripsimus. Audi & considera verba eius. Quod si spiritum eius, qui suscitauit Iesum à mortuis, habitat in vobis, qui suscitauit Iesum Christum à mortuis vivificabit & mortalia corpora vestra propter inhabitantem spiritum eius in vobis. Ergo fratres debitores sumus non carni, ut secundum carnem vivamus, si enim secundum carnem vixeritis, morieti-mi. Si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, viue-ris. Quicunq; ergo spiritu Dei aguntur, iij sunt filii Dei. Nō enim accepisti spiritum seruitutis iterum in timore, sed accepi-

Super Psal. 50. Homilia vigesima.

accepistis spiritum adoptionis filiorum Dei, in quo clama C
mus Abba pater! Ora ergo tu, o homo quicunq; tyrannide
carnis tuae sustines, Libera me de sanguinibus Deus Deus
salutis meæ, considerans magnum tibi à carne tua & sanguine
imminere periculum, ut sic excitetur affectus. Vnde ex

Grego. su- ponens hunc locum beatissimus Gregorius inquit: Nota
per huc lo- in repetitione nominis magnum affectum cordis. Quasi
cum. dicat: Merito te ut me salues inuoco, quia solus es auctor sa
lutis meæ: Nam Domini est salus. A te solo est salus, quia

Psal. 3. ab omnibus alijs est infirmitas, vanitas vanitatum & omnia vanitas. Non saluatur rex per multam viitatem & gi
gas non saluatur in multitudine virtutis suæ. Denique scri
ptum est: Fallax equus ad salutem. Ex quibus verbis collig
itur, quod neque à diuitijs temporalibus, neque à corporali fortitudine salus hæc acquiratur. In hunc modum in

Hieron. su- interpretatur præsentem locum beatus Hieronymus: Deus
per huc lo- Deus salutis meæ, à quo post peccatum viuiscor, quia alius
cum. nullus potest hoc facere, quia aut parcer e peccatis & sanare D

re vulnera eorum, aut liberare hominem à propria concupi
scientia, solus Deus potest?

Nō dubito sicut cōsecravit noster David Lamenasseach,
idest, effundenti sanguinem Christo Domino & Deo no
stro totum psalmum, sic nunc Christum intueri, cū Deum
salutis suæ inuocat, ad suam liberationem. Hic Deus salutis
nostræ quam operatus est in medio terræ. Vnde sacratissi

Ad Hebr. cap. mus Paulus de eodem Christo Domino nostro inquit:

Oportebat auctorem salutis ipsorum per passionem con
summari. Hic dominus noster & Deus verus Iesus Christus auctor nostræ salutis à Davide inuocatur, cum dicit:

Deus Deus salutis meæ, libera me de sanguinibus. Sic di

Matth. 1. stum est ab Angelo ad Ioseph: Noli timere accipere Ma
riam coniugem tuam, quod enim in ea natum est, de Spi
tu sancto est, &c. Ipse enim saluum faciet populum suum

Psal. 45. à peccatis eorum. Hic Deus noster refugium & virtus, ad
iutor

A iutor in tribulationibus quæ inuenierunt nos nimis. Hunc ergo fasis lacrymis ora, ut tibi sit refogium, & virtus, & Deus salutis à tribulationibus & pressuris, quæ de carne tua & sanguine tuo aduersus te, insurgunt. Audi hunc Daui. *Psal. 147.* dem confitentem in psalmo: In quaunque die inuocare. *Nota.* ro te, exaudi me, multiplicabis in anima mea virtutem.

Quantum vero in anima multiplicatur gratia & charita. *Gratia re-*
tis virtus, tantum attenuantur nostræ carnis & sanguinis vi frigerat ar-
res in temptationibus, vnde nec tam periculorum erit bellum. *dorem con-*
Ros cœlestis, aquaque salutaris, gratia diuina est, quæ igne cupiscetia.
libidinis & ardorem eius extinguit. Vnde nota, quod quā-
to animus noster altius elevatur per gratiam & Deo inti-
mius per charitatem vnitur, tanto & pleniū dominium
supra corpus suum & sensualitatem acquirit, tanto & faci-
lius insidijs & telis eius ardentibus, cum gloria & corona
resistit. Habes hanc doctrinam apud beatum *Augu. Epi-*
in hæc verba: Anima quippe in corpore animali viuit qui *stol. 146.*

B em, sed non vivificat usque ad auferendam corruptio-
nem. In corpore vero spirituali, quoniam perfecte adhæ-
rens dominum, unus spiritus est. Sic vivificat, ut corpus spi- *1. Corin. c.*
rituale efficiat, absument omnem corruptionem nullam *15.*
metuens separationem. Propterea sequitur. Non prius
quod spirituale, sed quod animale, &c. Vides ergo quo-
modo ex adhæsione animæ rationalis ad Deum, ex eo, quod
unus spiritus fieri cum illo in resurrectione, cum iterum re-
sumet corpus, quod dimisit, illud reddetur spirituale &
absqueulla corruptione? Quanto ergo fortius & inti-
mius adhæret nunc Deo per charitatem, tanto & absu-
met ex parte passiones carnis suæ & sanguinis, à quibus
orat liberari David per Deum salutis suæ auctorem. Opti-
me comprobauit rem hanc Seraphicus pater noster *Seraphi-*
cicus; qui mortificationem Domini Iesu in corpore suo *ous pater* &
semper portauit & tantum tamque plenum dominium *noster Fra-*
sus carnis obtinuit, ut iam quasi spirituale videretur red- *cicus.*
ditum

ditum corpus eius. Cuius rei efficax quippe argumentum est, quod stigmata domini Iesu in sacra eius carne fuerunt ab ipso impressa, apertumque beatum eius latus velut lancea, quo d sanguinem pretiosum sepe fundebat per continuos duos annos ante eius transitum ad patrem luminum. Nonne domestica subditaque facta erat caro eius Deo. & ratione, quae ad tantam sublimitatem eleuata est a Christo Iesu? Nonne de sanguinibus hunc liberatum iudicabimus a Deo salutis suae, qui talis inuentus est, ut expressam imaginem crucifixi Iesu Christi Domini nostri in corpore suo portaret? Sed de illo satis. Immunda lingua, imbecillis & tardus calamus ad enarrandum de tanto patre mysterium. Ad gemitus & suspiria erit refugium meum, qui non sum veritus, vel pauca haec de illo scribere. Iam ad secundam partem huius versus accedamus.

Et exultabit lingua mea iustitiam tuam. Exultabit capiendum est, ut plus aliquid significet, quam vulgo solet: neque enim mere neutrale habet significationem, quam habet cum dicimus: Exultate iusti in Domino. Nam propter accusatum, qui sequitur nempe, iustitiam tuam necesse est aliquid transituæ significationis eo verbo includi, ut commode ab eo possit secundum hanc transitionis vim, regi accusatus. Vale ergo exultabit, tanquam si dicas: Exultando cantabit, vel exultando laudabit. Huiusmodi autem verborum solent & grammatici tractatores facere mentionem ex Poëtis & oratoribus assignantes ex Virgilius. pl. Cuiusmodi est illud, Vergili. Nec vox hominem sonat. Sonare ergo per se neutrale est, sed hoc loco valet, sicut Hieronymus representare. Beatus Hieronymus vertit laudabit. mus. Fœlix etiam vertit: Lingua mea exultando cantabit iustitia tuam. Symmacus, prout exponit Basilius magnus, vertit, prædicabit lingua mea, misericordiam tuam, quod dicitur Basilicus de nota. Neque enim silebo veniam delictorum adeptus, sed magnus sine intermissione te celebrabo & copiosam tuam clementiam

A) tiam decantabo. Dignum & iustum profecto auctorem salutis nostræ liberatorem nostrum, summis laudibus celebrare, & magnificare nomen eius. Hoc argumentum hic & in sequenti versu, ubi de diuinis laudibus tractat sanctus propheta, absoluemus: sed in primis illud declarabimus, quam iustitiam promittat sanctus propheta celebrare laudibus, & pleno ore, & totis visceribus decatare. Non enim unam, aut alteram significationem habet nomen iustitiae.

Certè quantum possüm coniçere, de illa iustitia domini Iesu sermonem agit, qua factum est, ut genus humanū, mortis sua morte redimeret & saluaret, deuicto tenebrarum principi, qui Satanas est & diabolus. Iustitia enim meritorum multiformium passionum, & mortis turpissimæ, actū est pro nobis contra illum. Vnde & pretium inobedientiæ & prævaricationis Adæ sequutum est, totiusq; eius posteritatis. Propter quod dicebat beatissimus Paulus: Empti estis *Ad Cor. 1.* pretio magno, iusto, scilicet, & superabundanti, glorificate *cap. 6.*

B) & portate Deum in corpore vestro. Quod quidem pretiū sacratissimus Petrus magnificat dicēns. Non corruptibilibus auro & argento redempti estis, de vana vestra conuersatione paternæ traditionis, sed pretioso sanguine quasi regni immaculati Christi. Hæc est Christi Iesu domini nostri iustitia, hoc est iustum pretiū humanæ redemptionis. Sanguis eius, qui effusus est in remissionem peccatorū. *De Psal. 34.* qua iustitia scriptum est: Iustitia tua sicut montes Dei. Propter quod paulò anteā dicit: Homines & iumenta saluabitis Domine. Iumenta, id est, irrationales, hoc est, Gentiles, & *Epistola. 1.* homines, hoc est, Iudeos. Propter hanc magnam iustitiam *Ioh. c. 2.* scriptum est etiam: Aduocatum habemus apud patrem Iesum Christum iustum. Propter hanc magnam redemptio *Ad Hebr.* nis iustitiam, alia scriptura, dicit: Saluare in perpetuum potest, accedens per semetipsum ad Deum, id est, per iustitiæ suæ obedientiæ & passionis. Cui iusta est iustitia, ut debita sit ei humani generis reconciliatio, & peccatorum no[n] doliguntur.

Super Psal. 50. Homilia vigesima.

strorum propitiatio. Hæc iustitia Christi ad patrem, est C magna illa misericordia secundum quam, priori versu orabat: Miserere mei Deus secundum magnam misericordiam tuam, prout exponebat beatus Basilius magnus cum Symmaco. Cuius rei manifestum est argumentum, quod psalmo praecedenti, inter alias eius orationes hæc repieres.

Psal. 34. Iudica me secundum tuam iustitiam domine. Certè si per Nota vim iustitiam Dei, intelligeret illâ quæ dat vnicuiq; iuxta ope argumēti. ra sua, quæ secundum germanam & proximiorem, significationem iustitia appellatur, nec humilis, nec sapiens esset oratio. Quis enim sanctorum sic auderet orare? Quorum iudicium, si seclusa misericordia habeatur, nec mundi, nec regno digni inuenientur. Cum ergo secundum Dei iustitiam orat iudicari, hanc nimirum, de qualoquimur, intelligit, quæ Christi ad patrem est iustitia, habens ad patrem integrum rationem iustitiae & debiti, & erga nos summa misericordia. Empti enim sumus, pretiumq; nostrū est obediētia Christi usque ad mortem, mortem autem crucis. Vnde cum sequenti psalmo diceret: Iustitia tua sicut mótes Dei. Iustitia tua abyssus multa, homines & iumenta saluabis domine, statim subdidit. Quemadmodum multiplicasti misericordiam tuam Deus. Secundum ergo illam iustitiam, qua integre & superabundanter soluit æterno patri Adæ debitum, orat sui ipsius misereri Deum, quæ (vt dixi) ad patrem est iustitia, ad nos verò liberalis misericordia. Hanc ergo redemptionis iustitiam, promittit celebrare laudibus, de qua multa alia, valde magnifica decantauerunt cæ-

Zach. c. 9. teriprophetæ. De illa enim scriptum est. Tu quoque in sanguine testamenti tui, eduxisti vincitos tuos, qui erant in lacu sine aqua. De quo sanguine Paulus beatissimus scribens Hebræis inquit: Si enim sanguis hircorum & taurorum, &c. Quantò magis sanguis Christi qui per Spiritum sanctum semetipsum obtulit, emundabit conscientiam nostram, ad seruendum Deo viuenti? & multa alia dixit in

Epistola

- A Epistola ad Romanos. Hæc est illa iustitia, quam, libera- *Cap. 5.*
 tus de sanguinibus & ab operibus eius malignis expeditus, promittit sanctus propheta celebrando decantare, & extolere magnificis laudibus. Hæc enim Christi iustitia nobis necessaria est, ad criminum remissionem & indulgentiam. Non existimes tamen transire realiter Christi iustitiā ab illo in iustificatos, non enim per eam efficimur iusti for- *Nota Val-*
 maliter, sicut paries sua albedine fit albus sed applicatio de.
 Dei est, quæ merita Christi nobis iungit & nostra suo modo facit, ut propter ipsa largiatur iustitiam, qua iusti nomi nemur & simus: cuius tanta est bonitas (ut sacri Concilij *Sess. 16.* Tridentini verbis utrū) erga omnes homines, ut eorum *Can. 10.* velit esse merita, quæ sunt ipsius dona.
 b Hæc ergo Christi iustitia, quæ de rigore debiti satisfe- *Imputatio-*
 cit & soluit cunctorum hominum debita applicatur ad no*iustitiae* stram iustificationem, non solum in sacra regenerationis *Christi ad-*
 vnda, verum & in omnibus sacramentis & in cunctis operi *mirabilis.*
- B bus nostris meritorijs, quæ inde meritoria sunt, non solum quia ab homine in Dei amicitia proficiuntur, verū quia noua Dei applicatio meritorum & iustitiae Christi accedit. Hæc Christi iustitia & applicatio eius necessaria etiā est ad perseverandum in iustitia & sanctitate, quoties iustis nouadantur auxilia, sine quibus, temptationibus succumbent & à gratia exciderēt. Nā donū perseveratiæ, nō est aliqua qualitas inhærés, sicut fides, spes, charitas, gratia & iu*stifi*cis nō debet perseveratiæ in iustitia, neq; aliquāto tempore perseverare, nisi per salutaria Dei auxilia. Ad quodcumq; autē Dei auxiliū, cōcurrat noua imputatio iustitiae Chri. Unde sequitur ad proficiēdū in nostra iustitia, esse necessariā nouā subinde applicationē iustitiae Chri. Necessaria est etiā nō *Bernardus* ua Dei misericordia, & noua applicatio iustitiae Chri ad cō *sermone. 1.* sequitionē beatitudinis. Quod clare diffinitur a beato Ber*Annūti-*
 nardo sub his verbis. Iam verò de æterna vita scimus q; nō *tionis.* sunt cōdigne passiones huius temporis ad futurā gloriā, neq; *Rom. ca. 8.*

Super Psal. 50. Homilia vigesima.

Si unus omnes sustineat. Neq; enim talia sunt hominiis me Crita, ut propterea vita æterna debeatur ex iure, aut Deus in iuriam aliquam faceret, nisi eam donaret. Nam vt taceam quod merita omnia, dona sunt Dei & ita homo magis propter ea debitor sit Deo, quam Deus homini. Quid sunt me rita omnia ad tantam gloriam? Sic firmius & clarius con-

Augu. in firmat rem hanc beatus Augustinus, ex diuinis scripturis.

de corre Numerus sanctorum (inquit) per Dei gratiam, Dei regno

etione & prædestinatus, donata sibi etiam usq; in finem perseveran

gratia ca tia, illuc integer dicitur & illic integerrimus, iam sine fine

13. beatissimus, seruabitur, adhærente sibi misericordia salua-

toris sui, siue cum conuertuntur, siue cum præliantur siue

cum coronantur. Nam & tūc esse illis misericordiam Dei

Nota. necessariam sancta scriptura testatur, vbi sanctus David de

Psal. 111. domino dicit animæ suæ: Qui coronat te in misericordia

Cap. 2. & miseratione. Dicit etiam Iacobus Apostolus: Iudicium

sine misericordia fiet illi, qui non fecerit misericordiā. Vn-

de ostendit etiam in illo iudicio, vbi iusti coronātur, alios

cum misericordia alios sine misericordia iudicandos. Pro

Lib. 1.c.7. pter quod mater Machabœorum filio suo dicit. Ut te in illa

miseratione cum fratribus tuis recipiam. Et vt aliquid ver-

bis Augustini addamus, considera obsecro beatissimum in

Laurētius. clytumq; levitam Laurentium, qui dum supra craticulam

positus vreretur orabat: Domine Iesu Christe Deus de

Deo miserere mihi seruo tuo. Misericordiam exorat, qui

usq; ad ignes & flammarum ardenter certabat in confessio-

ne Christi. Quod si (vt supra diximus) necessaria est noua

applicatio iustitiae Christi, ad quodcunq; beneficium spiri-

tuale, multo magis requiretur ad consequitionem beatitudinis Sed cum hoc est quod asseritur, & verè asseritur in sa-

cra scriptura, gloriam esse coronam iustitiae & debitæ meri-

ritatis sanctorum, quam dare tenetur Deus de lege, nec reu-

care posset, nisi lege absoluta vti vellet, quæ nullis legibus

tenetur, & quia illas posset reuocare per absolutam pote-

statem

A statem suam, ideo affero, quod vere est opus misericordiae & concedo eam nouam applicationē iustitiae Christi esse débitam ex lege propter applicationem iustitiae Christi in prima iustificatione. Cum qua iustificatione congruit, ut sequens bonum opus quodcunq[ue] illud sit, necessariam habet nouam applicationem iustitiae Christi, sicut anteā dī cebamus. Vnde sacrum Concilium Trident. Sess. 6. ca. 16. docet in hæc verba. Bene operantibus vsq[ue] in finem, & in Deo sperantibus proponenda est vita æterna & tanquam gratia filii Dei per Christum Iesum misericorditer promissa, & tanquam merces ex ipsius Dei promissione bonis ipsorum operibus & meritis reddenda.

Ad omnia igitur beneficia spiritualia, quæ nobis cōmu nicantur, necessaria est applicatio iustitiae Christi. Atque ideo totum quod sumus, aut futuri sumus, ipsius donum & misericordia est, vnde immortales & ex intimis præcordijs, gratias eidem debemus: celebrantes laudibus iustitiā

B mortis & passionis eius, magnificisque hymnis, sicut promittit sanctus David cum vocem orationis huius exaudiens Dominus: Libera me de sanguinibus Deus Deus salutis meæ. Redigamus igitur ad certum & determinatū numerum beneficia diuina, quæ per Christi iustitiam nobis sunt collata, & sunt præparata, vt rationem celebrandi laudibus, diuinum eius nomen deprehēdamus. Inter plura alia, quæ à sapientioribus excogitari possunt, & doceri auxila sacrae scripturæ & ecclesiasticorum magistrorum regulas, hæc quæ sequuntur semper mihi considerare & loqui placuerunt. Primo à multis grauibusq[ue] peccatis seruati sumus *Beneficiū* & impediti, ne grauius & frequentius laberemur, in quæ ex Christi nimis, nisi per Christi iustitiam nobis imputatam & iustitia applicatam, incideremus. Videte hoc & præcipue quicunq[ue] præseruatimoratæ estis conscientiæ, nunquid dignum & necessarium sit protanto munere diuinum Christi nomen, & immitis peccamentisam eius iustitiam, exultando decantare & celebrare tu.

Super Psal. 50. Homilia vigesima.

laudibus dulcisonisq; hymnis: Inter omnes mortales beata mater & intacta virgo gloriaque regina mundi, sacra-
Sacra Do- tissima inquam Maria domina nostra arctiori iure teneba-
mina no- tur, quod & plene impleuit, magnificare Dei nomē & vo-
stra. cibus altis superexaltare in secula, eo quod in morte præ-
uisa filij & Domini sui ab originali culpa fuit præseruata,
plenissimeq; liberata de sanguinibus, quia, aut semper fo-
mitate & concupiscentia caruit, aut si habuit illam usque ad
conceptionem Domini Iesu, inquam superuenit Spiritus
sanctus & descédit in eam cum omnibus suis essentialibus
virtutibus, quæ illi per rationem diuini principatus adsunt

Athana- (vt verbis utar beati Athanasij). imbuens eam gratia, vt in
fius in E- omnibus grata est, si ad hoc usque tempus habuit, certe
uang. de sa ligata erat, vnde nec in minutissimam temptationem, aut actū
cratissima corruptionis poterat exire, & omnino in verbi Dei incar-
Deipara. natione fuit extinctum. Vides quam verè de illa dixerim,
quod fuerit liberata de sanguinibus à Deo salutis suæ quia
vere supra cunctos mortales Deus salutis suæ fuit, siquidē D
ab omni labe peccati præseruavit. De hac præseruatione
dicebat quodam beatissimus Franciscus, quod nisi per Dei
gratiam & misericordiam esset adiutus & sustentatus, om-
nium esset sceleratissimus. Iam secundum beneficium per

2. Patiētia Dei. Christi iustitiam considerate. Per eum quidē longanimit-
ter, expectat nos Deus ad pœnitentiam, cum debitores si-
mus æternarum pœnarum & dolorum. Quod quidem do-
num, non solū à diuina liberalitate & misericordia descen-
dit, verum à magnitudine diuinarum misericordiarum eius,

Rom.ca. 2. sicut docet sacratissimus Paulus Apostolus, cum aduersus
mentem nostram rebellem acrioribus verbis inuehit, in-
quiens: An diuitias bonitatis & patiētiae & longanimitatis
contēnis? Ignoras quoniā benignitas Dei ad pœnitentiā te
Ephe.c. 2. adducit? De quibus diuitijs alio loco scribebat. Deus qui di-
ues est in misericordia, & propter nimiā suā charitatē, qua

Luc.ca. 9. dilexit nos, cū essemus mortui, &c. Hæc est illa animia cha-
ritas,

A **R**itatis, quæ à sancto Mose & Helia excessus vocatur. Hęc est magna Christi iustitia passionis & obediētiæ vsq; ad mortem crucis, De quo sit satis ne vsq; in infinitū procedamus. Tertio, Christi nomine & causa ex iustitia eius, aliqua no 3. *Quedā* bis Deus impartitur auxilia, vt nō solū resistamus viriliter *auxilia* tentationibus, sed & aliqua bona, & difficultia opera facia- *grandia*. mus, per quæ mandata Dei impleamus & vitemus pœnas æternas, quas mereremur, si nō faceremus, etiā existētibus nobis in peccato mortali. Quartū magnūq; beneficiū do- 4. *Voca-*
natur peccatoribus ex Christi iustitia, vt vocetur, allician-
tio.

B *inuitenturq;* ad gratiā. In his omnibus cæterisq; in cun-
ditis bonis operibus, in omnibus auxilijs & excitationibus
spiritualibus in omnibus illuminationibus, dulcedo, gu-
ftus, & sapor, colorq; rubeus sanguinis & iustitiæ Christi
inuenitur, resplēdet, relucetq;. Vide quam assidua debet & Nota Val-
potest esse recognitio, ac meditatio passionis & iustitiæ de.
Christi siue existēti tibi in peccato, quo tēpore misericor-
diter te expectat dñs, vt tui misereatur per Christi iustitiā,
vocat te, allicit, illuminat, minatur promittit veniam & in
dulgentiā & regnū cœlorū. Hęc omnia & si quæ alia sunt,
sicut & certè sunt, contingunt tibi à Christi iustitia & obe-
diētia, siue existenti in Dei amicitia & gratia, cum qua no-
ua & subinde recens applicatio & imputatio iustitiæ Chri-
sti, ad quodcumque bonum opus est necessaria.

Ex his quidē donis & beneficijs, multa à Deo in nobis per Christum fiunt, vt nullam in his partem habeat nostra libertas. Sine nobis enim Deus optimus maximus, misericordiarūque pater, illuminationes, vocationes, inspiratio-nes siue bonos affectus producit, quibus nos vocat, vt subse-quente nostro libero arbitrio ac cooperatione, bona in me ritum & coronam nobis ascribatur. *Quod in Cōcilio Aru-*
sicanō videtur diffinitum, vbi legimus: Multa in homine Concil. A-
fiunt, quæ non facit homo. Maximè autem videntur hęc rus. Cano-
dici propter illuminationes, vocationes, & inspirationes ne. 20.

Super Psal. 50. Homilia vigesima.

diuinas. Nam hæc ipsa nomina videtur significare ejusmodi omnia à Deo solo immitti nobis & gratis communicari. Idem innuit Gennadius cum dicit: Initium salutis nostræ, Deo miserante habemus, ut acquiescamus salutari inspiratio[ni], nostræ potestatis est. Et Apocalypsis libro legimus: Ecce ego sto ad ostium & pulso, si quis mihi aperuerit, &c. *Gennadii li. de ecclesiasticis doct. gmat. Cap. 3.* Vbi vtrunque complebitur scriptura & quod solius Dei proprium est, vocare scilicet, & illuminare & quod nostræ est potestatis, respondere, scilicet, eius vocationi. Quia certe neminè peccati sui pœniteret, nisi admonitione aliqua

Augusti in gratiæ Dei, sicut docet beatus Augustinus. Quia certè pecunia expositio - cator neq; aere quo viuit, dignus est, & nullis suis operibus ne incoata mereri Dei gratiam & amicitiam potest, sed imputatur, epistola ad applicaturq; Christi iustitia, etiam in medijs ipsius gemiti Rom. Nota Val - bus, & intra secretum lacrymarum, ut gratiæ recipiat. Quā de.

ne? O Domine Iesu, quis laudum iustitiae tux iura poterit explicare, quæ erga nos summa & immensa misericordia Dicit? Quis reddet pro illius ratione & merito? Quis sufficit enarrare opera eius? Quis inuestigabit magnalia eius, quæ fecit nobiscum. Virtutem autem magnitudinis eius, & iustitiae illius, quis annunciat? aut quis adjiciet enarrare magnam iustitiam eius in filios filiorum? Non est minuere,

Eccle. 18. neq; adjicere neq; inuenire magnalia Dei. Cum consummaverit homo, tunc incipiet, & cum quieuerit, operabitur.

Expectat nos, ut nostri misereatur, & parcat, longanimis in patientia, excitat intra foetida stercora peccatorū iacentem, illuminat in tenebris & umbra mortis sedentem, præseruat benignus & misericors à multis & magnis peccatis.

Et quid dicam? Totus benignus & misericordiarum pater sese nobis offert, futurus postmodum terribilis & iustus iudex, si tantā neglexerimus salutē. Quanta laude digna sunt

Epistola hæc? Hæc est beatissimi Petri Apostoli doctrina. Vos genit. cap. 1. nus electū & regale sacerdotiū, g̃es sancta & populus acquisitionis,

A sitionis, ut virtutes eius enarratis, qui de tenebris vos vocavit in admirabile lumen suum: Qui aliquando non populus Dei, nunc autem populus Dei, qui non consequuti misericordiam, nunc autem misericordia consequuti. Enarratores, & quasi alti soni praecones oportet nos esse laudis Christi & iustitiae eius, in qua hanc consequuti sumus magnam misericordiam, ut qui non eramus Dei populus, iam gressus sancta & populus acquisitionis simus, recepimus enim de manu Domini duplicitia, pro omnibus peccatis nostris. De Isa. ca. 40. hoc iustorum praeconio, & exultatione in Christi Iesu iustitia, iam olim prophetauit noster David in haec verba. Ge- Psal. 144. neratio & generatio laudabit opera tua & potentiam tuam pronunciabunt. Magnificentiam gloriae sanctitatis tuae loquentur, & mirabilia tua narrabunt. Memoriā abundatia Lege beatitudinis tuae eructabunt, & iustitia tua exultabunt. Hymnus laudis eorum hic erit. Miserator & misericors Dominus, patrum hom. tiens & multum misericors, suavis dominus uniuersis, &c. in Eze.

B miserationes eius super omnia opera eius, &c. Certe, prout mea fert sententia, haec iustitia est illa, quæ in Christi obedientia & passione, ad patrem facta est, quæ (ut s̄epe dixi) ad nos magna est misericordia. Quomodo enim peccator, iustitia Dei exultaret, si de illa, quæ dat unicuique iuxta opera sua, intelligeret propheta? Nota iam quā plenō affe- ctu impleuit sanctus propheta David, quod præsenti loco promisit. In primis orat Dominum, ut donū hoc magnificū cele. Nota. brandi nomen eius, laudibus sibi concedatur. Repleatur os Psal. 99. meum laude, ut cantem tota die gloriam tuam & magnitudinem tuam. Quo accepto inquit: Benedic Domum in Psal. 33. omni tempore, semper laus eius in ore meo, & quem sciebat maiorem & excellentiorem omni laude, desideras, ut ab omnibus simul magnificaretur, ipsos intuitus: Magnifica te (inquit) Dominum tecum, & exalte nomen eius in idipsum. De quibus omnibus sequenti versu ad longum. O Vnum quidem silentio prætereundum non est, cū anno- matione

Nota.

tatione sit dignissimum. Inquit sanctus propheta: Exulta-bit lingua mea iustitiam tuam, id est, exultando, laudabo & magnificabo iustitiam tuam. Illius quippe lingua in diui-

Exultatio in Dei lau dibus. nis præconijs & laudibus exultatione repletur, cuius mens iustitiam Christi attente meditatur, quāq; uberes fructus reparationis, & redemptionis quotidie, imo per singula vi-ta nostræ momenta dimanent. Hic non solum exultatio in Spiritu sancto, spiritualisq; lætitia verū & ardor igneus & incendium dilectionis, quasi à perenni fonte nascitur securitq;. Cum ergo totum se colligeret sanctus prophetæ ad celebrandas diuinæ laudes, lingua eius exultabat Christi iustitiam, id est, exultando laudabat: perfundebaturque rorē cœlestis subilationis.

Exultabit lingua mea iustitiam tuam, non m eam, tibi, altissimamq; misericordiæ tuæ iustificationem meam ascribam. Liberationem à sanguinibus multis, tibi & nominis

Ad Titū. ca. 3. tuo tribuam, & iustitiæ tuæ victoriam hanc magnam. Non enim ex operibus iustitiæ, quæ fecimus nos, saluos nos fecit, sed secundum suam magnam misericordiam. Verè religiosus.

Iudit. c. 13 Iugos animus, fidelisq;, qui Deo tribuit gloriam & hono-

rem, non sibi aut suæ iustitiæ & laboribus. Sic faciebat pul-

chra illa vidua, nec minus religiosa sancta Judith. Quæ

postquam decollavit superbum & temulentum Holofer-

nenm, reuersa ad suos in ciuitatem, missa in peram capite, in-

quit ad illos: Laudate Dominum Deum nostrum, qui non

deseruit sperantes in se: & in me ancilla sua, adimplenit misé-

ricordiam suam, quam promisit domui Israel, & interfecit

in manu mea: interfecit (inquit) non interfeci quasi gloriæs

in semetipsa, hostem populi sui in hac nocte, & proférens

de pera caput Holofernis ostédit illis dicés: Ecce caput Ho-

lofern is principis militiæ Assyriorum. Et ecce conopæum

illius in quo recubebat in ebrietate sua, ubi per manus sce-

minæ percossit illū dñs Deus noster. Percussit illū Dñs in-

quit, humilitatē seruās lingua & corde, dñsq; Deo nostro

gloriam

- A gloriā & honorē. Audite humilitatis magistrā, quā propōnit nobis hodie Spiritus sanctus. Viuit autē ipse dñs, quoniam custodivit me Angelus eius, & hinc euntē, & illic cōmorantē & inde huc reuertētē & nō permisit me Dñs ancillā suā coinquinari, sed sine pollutione peccati reuocauit me vobis, gaudentē in victoria sua, in euasione mea, in liberatione vestra. O prudētissima mulier, quæ tot laboribus & timoribus cū multiplici vitæ discriminē, acquisivit hanc magnā victoriā & tamē nihil sibi ascribit, sed totū in Deū refert, in eiusq; laudē & gloriā. Reuocauit me (inquit) gaudentē in victoria sua nō mea. Sic sanctus David: Libera me de sanguinibus Deus Deus salutis meæ & exultabit lingua mea iustitiā tuā, nō meā, etiā si hanc liberationē assiduis ie iunijs, cilicio & lacrymis inueniā, tibi tñ laus Osanna triūphus gloriæ & victoriæ liberationis meæ. Sic ante hos omnes, magnus & fidelissimus ille Moÿses decantrabat laudes Dño, potentiq; manu eius, postquā Pharaonē & exercitū eius demersit in mari. Cantemus (inquit) dño: gloriose em magnificatus est, equū & ascensorē deiecit in mare. Fortitudo mea & laus mea Dñs: & factus est mihi in salotē. Iste Deus meus & glorificabo eum Deus patris mei & exaltabo eum. Fortitudo mea Dñs, nō manus mea. Quācū extenderet super mare, reuertebātur aquæ ad AEgyptios super Exod. 15. currus & equites eorū, & inuoluit eos Dñs in medijs fluctibus. Hæc est anchora omniū sanctorū vera humilitas, quæ Anchora Deo, totū quod bonū est ascribit. Hæc anchora in medijs sanctorū. fluctibus: & procellis superbia seruat cor iusti, vsq; dum ad interiora, velaminis, idest, supernæ beatitudinis perducat. Nō sic ille pharisæus, qui stās iuxta altare Dñi gloriabatur Luc. 18. in virtute sua & multitudine honorū operū, quæ ad fauillā & cinerē redacta sunt ex superbia. Pharisæus stās hęc apud se orabat. Deus gratias ago tibi qā nō sum sicut ceteri hominū, raptore, iniusti, adulteri, velut etiā hic publicanus. Ieiuno bis in sabbatho, decimas do omniū quæ possideo, &c.

Et ore

412 Super Psal. 50. Homilia vigesimaprima.

Ex ore Dñi cōdēnatus est, quia omnis, qui se exaltat, humiliabitur, qui vero se humiliat, exaltabitur. Huic ergo regi nāe Deo grātissimā sacrē inquā humilitati, omne vestrū studium adducite, tribuentes domino & iustitiae Christi eius victoriā vestram & liberationem, ipsius enim sunt. Hæc magistra nostrā conuersionis, eiusque conseruatrix gratia & dono eiusdem Dei & Domini nostri Iesu Christi, qui cum patre & Spiritu sancto regnat Deus. Amen.

S V P E R P S A L M U M Q V I N-
quagesimum. Homilia vigesimaprima.

Domine labia mea aperies: & os meum annuntiabit laudem tuam.

A R G V M E N T V M .

O S T sanctorū patrū expositiones in diuinis laudibus altior ratio & prior, traditur propter quam D Domino Deo debetur. Illa scilicet, quia bonus est & infinita bonitas. Vbi optimū ac salutare consiliū ad excitādū cor in diuinā laudes proponitūr cū Ecclesiastico, & timor & reuerētia, & quod nihil Deo ex nostris laudibus accrescit euidenter demonstratur, & quod multe & preclarē sint rationes, propter quas Deo debetūr hymni, & psalmi, cantici spiritualis, & quod Deus sit creator mudi aduersus vanas philosophorū fabulas docetur. Quodq; sapiētia Dei multū in contrariorū elementorū fraternitate reluceat, & de terrae fundamēto disputatur, & quod certē aquæ elementares sint supra firmamentum cum beato Ambroſio, Basilio, Augustino, Theodoreto & Chrysostomo, & quod non solum breuiſimum temporis spatium, in quo condita sunt omnia, omnipotentiam prædicat creatoris, sed quam maxime, quia de nihilo facta sunt: & quod valde insufficiētes simus ad persoluendas diuinās laudes, vbi multa utilia ex nostro Dauidē disputantur.

Domine

A *Eugilius* Domine labia mea aperies, & regnans
os meum, &c.

B Eatissimus Pontifex & egregius Doctor Gregorius, *Grego.* su-
presentem locum in hunc modum interpretatur. Illius per huc lo-
labia Deus aperit, qui non solum quid loquitur, sed etiam cum.
quando & vbi & cui loquatur attendit. Proferamus sermo-
nes examinatos libra iustitia, & sit grauitas in sensu, modus
in verbis, pondus in sermone. Nec prius loquendo os aper-
tiamus, quam expediatur, sed examinemus verba nostra, si ta-
cendum hoc, si dicendum aduersus hunc, si tempus sit ser-
monis huius, postremo si à virtute modestiae non dissentiat.
Nihil indecens, nihil in honestum, nihil inuidum sonans
erumpat. Optima quippe doctrina, valdeque necessaria, sed
nescio an literæ congruat. Quam ad longum non prosequar,
sicut moris est propter iam dictam rationem. Num cum *Cap. 20.*
Ecclesiastico non tacebo, quod homo sapiens tacebit usque *Cap. 28.*

B ad tempus, quia infra scriptum est: Orituo fac ostium & ve-
stimenta, & in verbis tuis iugum, & statem. Foresan hoc ostium
noster propheta à Domino postulabat cum orabat: Pone *Psalm. 140.*
domine custodiā ori meo & ostium circumstantiæ labijs
meis. Quantum malum, quamque in expiabile sapientiū
à lingua sequatur & ab initio mundi ipsa nos docet expe-
rientialia, magistralaque est omnis scripturata m̄ diuina, quam
humana. Quam indomitum ac ferum animal sit, beatissi-
mus Iacobus multis verbis describit. Cuius lectio tum ele- *Cap. 3.*
gantia & ornatu mirifico, tum etiam ingēti doctrina ador-
natur, quam & prosequeremur si de ea statuetemus agere
sermonem. Beatus Hieronymus sic hunc locum interpre- *Hieron.* su-
tatur: Si aperias os meum sicut Moysi quondam, ego praeceperemus per huc lo-
nabo, quia sanctus, quia pious, quia misericors es. Vell labia cum.
mea clausa erant per peccatum, nec locus erat, nec tempus,
nec persona, nec exemplum, poterant dare, quia non pul-
chra laus, in ore peccatoris. Optimè quidem, beatus Basilius

Super Psal. 50. Homilia vigesima prima.

Basilius filius magnus inquit: Est enim hæc peccati natura, ut lingua per hunc locum obliget & os obturet. Precatur itaque vates, ut prioris fiduciam. Scelerum memor sanctus David, & verbi, quod per os

Psal. 49. eius omnibus peccatoribus loquutus est Deus: Quare tu enarras iusticias meas & assumis testamentum meum per ostium? Non audet soluere labia sua in Dei laude & hymnum, nisi dominus manum mittat & calculo ignito emundet os eius, ut in Deilaudem aperiatur. Confidenter ergo dicit: Domine labia mea aperies: nec formulam orationis habet huiusmodi verbum, sed quasi enarratorium eius rei, quæ à domino erat implenda. Quia sciebat optimè post dimissa crimina post scelerum ablutionem futurum esse, ut pleno ore apertisq; labijs dñm factorē suū laudaret. Sis ergo, ô peccator tui ipsius inspecto & cognitor, ut mutus fias præ verecundia, & erga Deum reverentia, neque audias in laudem aperire ostium ante remissionē & emundationem, quia non est speciosa laus in ore peccatoris.

Eccl. c. 15. Deo autem debet esse iucunda decoraque laudatio sicut suo loco dicemus.

Aug. super ad. hunc locum. Multa intra breuissimum spacium collegit beatus Augustinus, in expositione praesentis versus, propter quæ Deo nostro laudis & gratiarum actiones simus debitores. Os meum laudem tuam annuntiabit. Laudem tuam quia creatus sum, laudem tuam, quia ut confiterer, monitus sum, laudem tuam, quia peccans non derelictus sum, laudem tuam, quia ut securus essem, mundatus sum. Nec discedit ab hac sententia beatus Gregorius. Quid autem

Psal. 144. laudabilius in Deo, quam misericordia? Scriptum est namque. Consiteantur domino misericordiae eius. Denique miserationes eius super omnia opera eius. Quanvis enim laudabile sit, quod hominem de limo terræ condidit, laudabilius tamen est, quod perditum, morte proprij filij suorum redemit. Denique illud potestatis est, hoc gratiae.

Sed

A Sed meo iudicio altiore sublimiorque rationem *Ratio à*
diuinæ laudis assignat sanctus propheta Dauid & quidem priori diui-
à priori ut logicè loquamur, cum rationem reddit diuina-
rum laudum dicens: Magnus dñs & laudabilis nimis. Ideo dum.
laudabilis dñs quia magnus. Deus autē non est magnus mo *Psal. 47.*
le, aut quātitate, sicut mons Sina, aut elephas, spiritus enim *Ioan. c. 4.*
est Deus. Sed est magnus virtute & bonitate, immō immen-
sus & infinitus. Hinc laudabilis quia bonus quia infinita
bonitas. De quo expresse dixit idem Dauid. Confitemini *Psal. 117.*
dño quoniam bonus, quoniā in seculum misericordia eius.
Confessio ergo laudis dño Deo nostro iure diuinitatis &
bonitatis eius debetur, sicut in superioribus probabamus
primarium & sublime Dei nomen esse bonum, aut infini-
ta bonitas. Sic & prior & magnificentior ratio laudis eius,
& quod sit laudabilis est, quia bonus, sicut testatur prophē-
ta. Maior enim est Deus cunctis suis miserationibus & ope-
ribus, propter semetipsum ergo est laudabilior & est lau-

B dabilis à priori. Forsan huc attendit Ecclesiasticus, & cer- *Cap. 43.*
tè sic est excitans corda mortalium ad diuinæ laudes. Ter-
ribilis dñs & magnus vehementer, & mirabilis potentia
ipsius. Glorificantes dominum quantumcunque potē-
stis, superualebit adhuc (quod verbum notate) & admirabilis magnificentia eius. Benedicentes dominum exal-
tate illum quantum potestis, maior est enim omni lau-
de. Exaltantes eum replemini virtute. Ne laboreatis
non enim comprehendetis. Quis videbit eum & enarrabit? & quis magnificabit eum, sicut est ab initio? Multa
abscondita sunt maiora his, pauca enim videmus operum
eius. Et quanuis maior sit Deus noster omni laude etiam
angelorum & supernarū mētium beatarū, iubemur tamē
per prophetā laudare eum secūdum multitudinē magnitu-
dinis eius, ut, scilicet, ab eius laude nunquā cessemus, scien *Psal. 150.*
tes quod vincimur, etiam si multum laboris vigilie & lau *Consilium.*
dum impēderimus, Ne discedas, neq; cesses à diuiniis lau-
dibus,

dia Super Psal. 50. Homilia vigesima prima.

dibus, eo quod dominus Deus tuus maior sit laude cœli & Cœli in terra, sed ex hoc accendatur mens tua & vigila. Audi sapientiam consiliarium: Benedicentes dominum, exaltate illum quantum potestis, & statim inquit: Maior est omni laude.

Nota. Non dixit discedite à laude eius, quoniam maior est, sed quid inquit? Benedicentes dominum, exaltate illum quantum potestis. Ad hanc considerationem spectare iudico.

Psal. 64. quod scriptum est: Tibi laus Deus, silentium in Sion; sicut Hieronymus vertit beatus Hieronymus Quæ lectio Dei laudem significat inexplicabilem & optimum modum ipsum laudandi esse in silentio, dum eius magnitudinem considerantes, silentio confitemur, nihil nos posse laude eius dignum dicere. Nunquam enim rectius laudamus, quam quando præstupore magnitudinis eius, silere cogimur, hoc tantum confidentes, quod nos eius magnitudo nimium inestimabilis & incomprehensibilis, silere compellat. Chaldaica paraphrasis habet in hunc modum: Coram te reputatur sicut silentium.

Sic Chrysostomus ser. de Nativitate Virginis. laus Deus in Sion. Tam admirabilis, tam super excellens, tam imensa & infinita est Dei bonitas & pulchritudo, ut non solum Seraphim velent manibus suis facies suas in conspectu Dei, unde summam ostendunt reverentiam, confites Dei maiestatem infinitam, verum & silentium sit laus eorum, hoc est pro silentio omnis cantus & laus reputetur. Animetur ergo mens nostra, potius quam langore in Dei laudibus tepescat, primo eius bonitatem & magnitudinem intuentes hoc est considerantes, deinde vero magnalia, quæ fecit nobiscum, in multis miserationibus suis, sicut & in ipsius dilectione docet nos scriptura faciendum.

Psal. 117. Propter se enim altissimus est diligendus, & super omnia; quod si placet, secundo loco propter sua dona. Propter se est laudandus, quia magnus, quia bonus, & magnitudinis & bonitatis eius nō est numerus aut finis, deinde propter suas magnas misericordias, sicut docet propheta. Confitemini domino quoniam bonus, quoniam in seculum misericordia eius.

audib

A) ejus. Quod sicut prædictum est, primarium Dei nomen, est bonum; aut bonitas eius, hinc sequitur quod ex ceteris in eius laudem, sapiens illud censilium Esaï et sequentes Mea enuntiatur. *Cap. 12.*
 tote quoniam excelsum est nomen eius, & alio loco dixit David Dei nomen esse nomen maiestatis & benedictum non *psal. 71.*
 men maiestatis eius in terram: & replebitur maiestate eius omnis terra, sicut fuit. Secundum ergo Dei nomen, sic & *Nota val-*
laus eius in finibus terræ. Audi ergo domino, quia laudas ho-
men maiestatis divinitatem, nomen excelsum, & sublime, quod
est bonum, aut bonitas infinita. Jam primo considera & in-
tellige, quam assiduus in Dei laudibus debeas esse quam
diligens, quam attentus, quam tremens & humiliis. Coram Apoc. 4.
illo enim procedunt in facies suas, qui aureis coronis in celo Esaï. c. 6.
decorantur, sed & potestates tremunt & beata Seraphim
velant facies suas pro reverentia. Dilata & pondera.

Huc spectat consideratio illa beati patris Augustini cum *Austinus.*
 querit quid nostris laudibus Deo nostro conferamus. Lau- *Super psal.*
 B) dans inuoca hymnum dic Deo tuo sacrificium laudis (air) *39.*
honorificabit me, & quid? Maior gloria erit Deo, quia glo-
*rificas eum? Aut adiçimus gloriam Deo, quando ei dici-*psal. 49.**
mus, glorifico te Deus meus? aut sanctiorē facimus illū, cū
dicimus: benedico te Deus meus? Ipse, quādo nos benedicit
*facit nos sanctiores, facit nos feliciores quādo nos benedi-*et. dicitur**
cit facit nos gloriōsiores, facit nos honoratores, quādo eū
glorificamus, nobis prodest non illi. Quomodo enim illū
*glorificamus? Gloriosum dicēdo non faciēdo. Possem pro-*et. dicitur**
fessō hoc euidentibus & clarissimi rationibus naturalibus
*& theologicis demonstrare, quod & faciam libenter etimo *Laus divi-**
animi. Infinito nihil addi potest, aut infinitum non est. non obis nō
*AEterno a temporali nihil potest mutari, cū infinitū etiā Deo pro-*et. dicitur**
fit, Solus enim Deus æternus, & infinitus. Non esse omnis deſt.
creature oportet eā präcedere, vnde neq; æterna, neq; Creatura
infinita esse potest. Quod sit æternus & increatus Deus æterna
evidenter demonstratur. Nam si ipse Deus creatus est, omni repugnat.
et. dicitur

Super Psal. 50. Homilia vigesima prima

nino ab alio sit creatus oportet, quia nihil seipsum facere, C.
aut generare potest, & procedemus, eo usque dum incre-
tum aliquod ens nobis occurrat. Nihil enim (vt dixi) seip-
sum gignere potest. Agere enim presupponit esse. Qui ve-
rò aeternus & non ab alio est, perfectissimus existit, nullius
indigens, nullis creaturarum obsequijs accrescens cuncta
disponens, sustentans, ac prouidentia gubernans. Hic autem
est Deus. Creaturarum vero chorus vniuersus ab heri &
nudi ostendit esse ceperunt. Quid ergo aeterno & infinito
possunt conferre, quæ quæcunque habent ab eo acceperunt?

Tua res agitur o homo, cum Deum pleno mentis affectu
laudas & benedicis. Vides ergo quomodo haec est altior &
sublimior ratio in diuinis laudibus, Deus ipse, bonitasque
eius immensa? Iam intellige quomodo maior sit omni lau-
de, quoniam bonus & infinita bonitas. Iam disce quomo-
do à laude eius nunquam debeas cessare. Roga ergo domi-
num, ut aperiatis os tuum, aperi & tu illud, ut impleatur ab
ipso sicut propheta docet, & per eundem docemur, & tunc D.

Psal. 80. laudibus labijs exultationis. Memento quoniam excelsum
est nomen eius. Estoq; Davidis discipulus & imitator, qui
postquam dixit: & labijs exultationis laudabit os meum,

Psal. 62. statim adiungit: Sic memor fui tui super stratum meum,
statimq; eorum, quæ ab ipso accepit beneficiorū, cōmemo-
ratio hē faciēs, inquit: In matutinis meditabor in te, quia fui
isti adiutor meus. Hęc sit prima & magnificētior ratio prop-
ter quam Deus dñs noster est laudabilis & laudandus. Secū-
dam inuestigemus, fundabiturque in acceptis beneficijs.

Iam patrum doctorum dominorū meorū sequitur op-
Augusti, tima firmaq; expositio. Quia creatus sum, os meum annun-
super huc trahit laudem tuā, laudem tuā quia vt cōfiterer, admonitus
locum, sum quia peccās in derelictus sum, sic beatus Augustinus.
Grego. 54. Sanctus Gregorius ad opus redēptionis, quod summae &
per hoc locum infinita misericordia est, recurrit. Si horum singula consi-
gunt, derauerit homo, quā laudabilis & gloriōsus occurret ei do-
minus

A minus Deus? Quanta dignus laude, canticō, & adorationē? Quā insufficiens erit lingua carnis, ad extollendū & magnificandum magnis vocibus opificem & parētem cœli & terræ & vniuersitatis orbis, & omnium quæ sunt in eo? O domine Deus, bonitas infinita omnipotens, sapientia imensa, quid dignum dabit creatura tua in conspectu tuo, il la præcipue, propter quam omnia fecisti? Aut extensis contra cœlum manibus erigatur mens nostra ardens desiderijs, sitiensque rumpatque vinculum linguae suæ in tuas laudes & gratiarum actiones, aut humilis, & tacens, adoransq; sublimem maiestatem tuam, cadat in terram & adoret te. Quod si opus redēptionis suæ considerauerit, quo factū est, ut ab inferis reuocaretur ad supera, erigereturque deſtercore ut cum regni principibus super mensam tuam se-deat, quid laudis & benedictionis nomini tuo dignum soluerit? Vincimur, vincimur domine, quod tua gloria & nostra magnificatio, & sublimitas est, sed vel verbum unum.

B de horum singulis proponamus.

Statuendum est in primis ſirmiter mundum volūtate & Mundus à manu dñi ſuisse creatum. Tria hæc omnipotētia, sapientia, Deo crea- & bonitas velut ſigillum ſuper liquefactā ceram, in cūctis tuis. Dei operibus relucet, & quaſi vocibus magnis auctorē ſuū Deum & dñm noſtrum prædicant, ſemper clamantia, ipſe fecit nos, & non ipſanos. Psaltes enim noſter aduersus deli Psal. 99. ramenta & ſtoliditatem mentis hominum valde inſipientium, qui æternum posuerunt mundum non à Deo & dño noſtro factū, in hunc modū, decantādo Deo laudes inquit: Iubilate Deo omni terra, ſeruite dño in letitia. Scitote quo Psal. 99. niā dñs ipſe eſt Deus, ipſe fecit nos, & nō ipſi nos, & alio lo Psal. 148 co: Ipſe dixit & facta ſunt: ipſe mandauit & creata ſunt. Et propheta Hieremias ait: Dij, qui non ſecerunt cœlū & ter- Cap. 51. ram peribunt à cœlo & de ſub terra. Dñs qui fecit terram in virtute ſua & correxit in ſapientia ſua orbem, & in ſua prudentia extendit cœlum, & in multitudine aquæ in cœlo

ēcōlo: & addidit. Infatuatus est homo à sapientia sua. Non C
ne infatuatum iudicabimus hominem à sapientia sua, imo à
stultitia sua, cum multi eorum, qui & sapientes & amatores
sapientiae à gentibus vocati sunt, coeternum opus, suo ope-
ratori posuerunt. Neque ipsum esse liberum, suęque po-
tentias autorem, sed necessarium dissinierunt. Vide & cō-
sidera gentium deliramenta, qui coeterorum mūdum Deo
volunt esse, quasi adumbrationem virtutis sui diuinæ, etiā
sua sponte subsistere & quanvis causam Deum fateantur,
causam tamen volunt, non ex voluntate & dispositione sua,
sed ita ut causa vmbre corporis est. Ad hæretenim vmbra
corpori, & fulgor lumini, naturali magis societate, quā vo-

Genes. 1. c. lumen arbitra. Pulchre tamen aduersus illos dixit Moyses
Ambros. omnisque scriptura, quia fecit cælum & terram Deus. Pul-

Exam. lib. chre etiam beatus Ambrosius confutat hanc stoliditatem.

1. cap. 5. Quomodo autem quasi vmbra esse poterat, ubi corpus nō
erat, cum incorporei Dei corpore aadubratio esse nō pos-
sit? Quomodo etiam incorporei luminis splendor esse pos-
sit corporeus? Sed si quarens splendorem Dei, filius est ima-
Basilius. go Dei inuisibilis, &c. Similiter & beatus Basilius redar-

Exam. bo- git huic errorem testimonium prophetæ inducens: In
mil. 1. principio creauit Deus cœlum & terram, velut bonus, vi-
tale, velut sapientis, optimus, velut potens, maximum. De hoc

Diodorus. & de multis alijs legendus est Diodorus Siculus, vir apud
Siculus. Græcos clarissimus. Quippe qui vniuersam historiam ad

Xenophō. vnlum commodissimum opus collegit, incipiens ab origi-
lib. de Ss- ne hominum, ubi singulorum opiniones & somnia descri-

cratis interbit. Quoniam omnia Socrates vir ille illustris furoris plena atq;
morabitur insanire putat. Si quidem sive dignus Xenophon testis est

bus dictis quod sic de illo scripsit: Nemo vñquam Socratero in pium
supra cum quiddam & irreligiosum aut facere vidit, aut dicere audivit.

Athanas. Non enim de natura rerum, neque de altioribus sublimiori-
bus illo scribis que rebus, ut plurimi faciunt, disputabat, neque consi-

derare vñquam voluit, quoniam modo, quaque necessitatis
serie,

A serie, hæc moles, quam mundum sophistæ appellant, aut singula cœlestium corpora facta sint, sed eos, qui assidua cura & studio hæc tractant, stolidos vanosque homines esse ostendebat. Et paulò post hæc. Valde mirabatur, quod non potuerunt intelligere, non posse homines hæc adinuenire, cuius nō paruum signū est, quod qui maxime horū scientiam profitentur, quique cæteris sapientiores videtur, nō eadem, sed pugnantia dicunt adiuicem. Sed hæc quidem Socrates (ut Xenophon testatur) quibus cōsona Plato conscripsit. Nam ego (inquit) O Cebes cum iunior essem, quā *Plato lib.* mirabili exarsi cupiditate sapientiæ, quam naturalē sapientiam appellat. Præclarū enim mihi videbatur causas rerum scire, cur singula quoq; modo gignantur, atq; corrumpantur, & cur sint atque permaneāt. Sēpe numero huc atque illic me versabam talia diligenter considerans. Et tandem tam ad hanc considerationem mihi ineptus visus sum, ut nihil supra. Cuius rei signum sufficiens afferam. Nam ex

B hac consideratione, vel ipsa, quæ plenè sciebam, ut tam mihi quam cæteris videbar, didici, sic tardior vel cæcus factus sum. Non ergo naturali philosophia, aut ratione rerum creatio tradi potest sufficienter & inuincibiliter. Fide ergo scripturarum agendum est. De quo expresse beatissimus Paulus. Fide intelligimus aptata esse secula verbo Dei ut ex inuisibilibus, visibilia fierent. De præteritis est enim *Fide tradi fides*, sicut & de futuris. De hoc satis ad nostram considerationem veniamus. Laudabilis sapientia, tremenda & summa reverentia dignissima omnipotentia & domini Dei. *Ad Hennostri*, quam amabilis & prædicanda bonitas, quæ in cunctis creaturis reluet. Considerans hoc sanctus David inquit: *Quam magnifica sunt opera tua domine omnia in sapientia fecisti. Quam sapienter, & in nostram utilitatem & seruitutem, quatuor contraria elementa dispositi, compaginavit, & sibi inuicem vicina amicabiliaq; fecit. Hæc sunt terra, aqua, ignis, aer.* Terra qualitatē suam dominantē habet fœderata, sicut

Super Psal. 50. Homilia vigesimaprima

siccitatem, aer humidam qualitatem, & aqua frigidam, ignis tandem calidam. Hoc est principale elementis singulis & proprium quod ratione colligimus. Comprehēdere sensibiliter & corporaliter, si velimus, velut cōnexa & cōposita reperimus, ut sit terra arida & frigida, aqua frigida, & humida, aer calidus & humidus, ignis calidus & siccus. Et sic sibi per has iugales qualitates singula miscentur elementa. Nam terra cum sit aride & frigidæ qualitatis, connectitur aquæ, per cognitionem qualitatis frigidæ, & aqua aeri, quia humidus est aer. Ergo aqua tanquam brachijs quibusdam duobus, frigoris & humoris, altero terram altero aërem, videtur amplecti, frigido terram, aërem humido. Aer quoque medius inter pugnantia per naturam, hoc est inter aquam & ignem utrumque illud elementum conciliat sibi, quia & aquis humore & igni calore coniungitur. Ignis quoque cum sit calidus & siccus natura, calore, aeri connectitur, siccitatem autem in communionem terræ ac societatem refundit, atque ita sibi per hunc circuitum & chorum quendam concordiæ societatis vie conuenientia nunt. Quod autem consideras in orbe vniuerso, hoc ipsum contraria & in te reperies, qui ex his quatuor elementis constas. Vnusquisque de dicere poteris cum Davide. Mirabilis facta est scientia tuæ in ho tua ex me confortata est & non potero ad eam. Qui laudem dans Dei prouidentiam & gubernationem irquit statim: Psal. 138. Quo ibo à spiritu tuo, & quo à facie tua fugiam? Si ascendero in cœlum tu illic es, &c. Clara voce clamant & prædicant cuncta creata, Dei sapientiam & omnipotentiam, & inquiunt: Ipse fecit nos, & nō ipsa nos. Quis enim seipsum ita fingeret ac componeret sapiēter, ut iliter, amicabiliter. Præcipue cū agere præsuponat esse? Quale poterat esse nostrū ante nostrum operari priusquam hanc, quam habemus, figuram componeremus? Et vñsq; dum ad perfectionem perduceremus nostræ fabricę opus & quoties in nihilum reduceremus inceptum? Omnia clamant dicens. Ipse est dñs, ipse

A ipse fecit nos & nō ipsa nos. Et quid dicā de ipso terrae fundamēto & aquarū diuisione? De quo dñs ad Iob. Vbi eras *Fundamētum*? quādo ponebā fundamēta terre? *Quis posuit mēluras eius, tū terræ.* si nosti? Vel quis tetēdit super eū lineā? super quo bases il- *Cap. 38.* lius solidatæ sunt? Aut quis dimisit lapidem angularē eius?

Quem locum sapienter declarabis cum beato Ambrosio. *Ambros.* Non quod in medio sit creatura, quasi æqua lance suspendi *lib. 1. c. 6.* tur. Sed quia maiestas Dei volūtatis suæ, eā lege cōstringit, ut supra instabile atq; inane stabilis perseveret, sicut David testatur dices: *Qui fundauit terrā super stabilitatē suā, non inclinabitur in seculū seculi. Nō vtiq; hic quasi tantūmodo* *Psal. 92.* artifex Deus, sed quasi omnipotens prædicatur, qui non centro quodam terram, sed præcepti sui suspēdit firmamento, neque eam inclinari patiatur. Néque enim cum legimus: *Ego confirmaui columnas eius, verè columnis subnixam possimus existimare, sed ea virtute, quæ suffulcat substantiam terræ, atq; sustineat.* Hæc Ambrosius. Vide ergo

B & cōsidera creatoris sapientiā, atq; omnipotentia, qui verbo virtutis suæ portat omnia, in cuius manu sunt omnes fines terræ. Lauda ergo & prædica dñi Dei tui magnitudinē *Nota.* & potestatē. Sed ad hanc laudē & prædicationē Dauidis consiliū est valde necessariū. *Quippe qui non creaturarū universitatem simul considerabat. Sed quid inquit: Medita* *Psal. 142.* *tus sum in omnibus operibus tuis: & in factis manuū tuarū meditabar. Segnitiē tamen nostā acriter reprehēdit quidā poetarū: Hunc solem & stellas, & descendētia certis tēpo* *Horatius* *ra momentis, sunt qui formidine nulla imbuti spectent.* *in sermoni Quæquidē cū magna reverētiā & laude creatoris deberēt bus.* considerari. In quantam & quam salutarem creatoris & gubernatoris Dei admirationē raperetur cor nostrum, si singula horum contemplaremur? *Quot laudum carmina & hymnos domino Deo concineremus?*

Considera iterū admirabilis creatoris sapientiā & omni Aquæ suæ potentia, qui interiesto firmamento diuisi abyssum infra cœlū.

Super Psal. 50. Homilia vigesima prima.

nitarum aquarum (abyssus enim multitudinem & profundum C
Luc. 8. aquarum dici, lectio euangelij docet, ubi rogabant saluato-
rem dæmonia, ne iuberet illis, ut in abyssum irent) remanen-
tibus aquis, & supra, & infra firmamentum, non quod voca-
Genes. 1. tur aer, sed quod cœlū est, ut scriptura testatur. Fiat firmamen-
tum & diuidat aquas ab aquis, non dixit quod posuit
aquas supra aerem, quod nomine cœli solet intelligi, quod
si diceret, forsitan condonandum esset eis qui dicunt, aquas
non supra firmamentum & cœlos, sed supra aerem esse. Sed
cum firmamentum sit quod diuisit aquas ab aquis ipsumq;
medium mansit, (quod enim diuidit, medium locum re-
neat oportet) quomodo possunt interpretari scripturam.
Si supra aera sunt aquæ elementares? generatur aquæ supra
Firmame- aerem, non tatum esse fixum & stabile habent. Firmamenti
tum. enim nomen familiare est scripturæ usurpare in his, quæ
robore superexcellunt. Velut cum dicit: Dominus firma-
mentum meum, & refugium meum. Ego firmaui colom-
nas ipsius. Et hoc laudate dominum in firmamento virtu- D
Psal. 17. tis eius. Et quidem extra scripturam firmum & solidum di-
Psal. 150. cunt corpus, quod densum est & plenum, ad distensionem
contra mathematicum. Est autem mathematicum, quod
in solis dimensionibus esse habitat, in latitudine & longitu-
dine & profunditate. Solidum vero, quod supra dimen-
siones etiam soliditatem & renitentiam habitat scripturæ
verò familiare est robustum & non renitens, firmamen-
tum dicere. Aer vero nunquam hanc qualitatem induit, ut
si cœlum vocari possit, firmamentum etiā appelletur. Non
ergo supra aerem aquæ, sed supra firmamentum sunt & cœ-
lum sicut dixit propheta: & aquæ, quæ supra cœlos sunt lau-
dent nomen domini. Fiat firmamentum inquit. In quo de-
monstrat antea non fuisse quod enim modo sit antea non
erat, aer vero iam erat ante firmamentum non ergo supra
aera aquæ, sed super firmamentum sunt. Diuidat aquas ab
aquis inquit dominus Deus. Non aer, qui iam erat, Lege bea-
tum

A tum Basilium homilia. 3. Exameron, & beatum Ambro-
siū. 2. libro examerō homilia. 4. & beatum Augustinū
in Genesi ad literam lib. 2. cap. 4. 5. 6. beatum Theodore-
tum. q. 11. in Genesim & beatū Chrysostomū homilia. 4.
in Genesim. Apud hos Ecclēsiaz patres & sapientissimōs
philosophos pluresque alios, hanc nostrā sententiam ha-
bes multis & magnis rationibus confirmatam, & præcipue
apud Phil. Iud, in hæc verba: Natura enim firmum atq; so-
lidum corpus est propter trinam dimensionē. Nulla enim
alia corporis solidi acfirma notio est, quam trimēsio. Iure
igitur cœlum vocavit firmamētum, vt ab intellectuali &
incorporeo, sensibile, hoc est corporeum distingueret.
Sed & Clemens Alexandrinus eandēm sententiam tenet.
Eusebius Cesariensis lib. 11. de preparatione Euangelica
cap. 12. Deus quidem sapientia & omnipotētia sua di-
uisit aquam naturalem & elementarem, quæ totā terram
altissime occupabat, & eā, quæ infra firmamentū reman-
B sit, congregari iussit in locū nūm, vt appareret arida, id est,
terra. Sed & aquas sursum locauit, quæ suo liquore atque fri-
giditate, nō sineret corrūpi firmamentum ab igne lumina-
tiorū. Laudabilis sapientia & potētia Dei & dñi nostri, quæ
in opere creationis relucet, de quo beatus Augustinus. Lau-
dētuam annūciabit lingua mea quia creatus sum, &c. Quis
tuam domine laudabit potentiam & sapientiam? Illum ve-
rō iudico laudatorem, qui tremens & humiliis obediens
mandatorum inuentus fuerit.

Argumentum firmum & efficax omnipotentiaz diui-
næ operatio eius in creatione est: non solum quia brevissi-
mo temporis spatio (vt statim dicam) tantam machinam
cœli & terræ fecerit, sed potius, quia de nihilo fecit, nul-
lo subiecto proposito ad operationem. Omnis creaturæ
actio in subiecto est, ipsique est necessarium. Omnipoten-
tia vero est propriissima diuinæ naturæ, ad omnia, quæ en-
tis rationem possunt habere, se extendens. Vnde ad nihilo

111 Super Psal. 50. Homilia vigeſimaprima.

Iunia iacta redigere potest. Aequaliter in obedientia & in subdita sunt, & in creando & in annihilando ipsa si voluerit. Hæc est primaria ratio diuinæ potentiaz omnibusque sublimior. Cuius consideratio, non solum laudis & hymni occasiones & causas dabit, verum & timorem sanctam generabit. Quis enim tantum dominum non mente ruet? Cuius operatio in creando, licet transferit, extra eius tamen conseruationem & manutentiam esse non possumus. Nō tantū solaris radius ad sui productionē habet sole parentem, verū & conseruantem. Sic Dominus Deus, qui cuncta de nihilo creavit, eadem omnia postea verbo virtutis suæ, quæ siper instans sibi ipsis dimitteret, anni hilum abirent, sicut scriptum est. Quomodo possit aliquid permanere, nisi tu voluisses? Beatus Basilius & ambrosius, eo vel maxime ostendunt laude dignissimam Dei potentiam, quæ in creatione relucet, quia ab eternissimo temporis spatio, immo in initio temporis, cuncta creavit. Mater etiam intelligentiæ unctorum, nō eorum distinctionem, & ornatum, sed quæ per sex dierum spacia apposita & distincta, & ornata sunt. Verba Ambrosij sunt hæc: Pulchre addidit de celebritate conditionis. Fecit, ne mora in faciendo fuisse extimaretur, ut vel sic inteligerent homines, quam in comprehensibilis operator esset, qui tantum opus brevi exiguoque momento suæ operationis absolveret, ut voluntatis effectus, sensum temporis præueniret. Nemo operantem vidit, sed agnouit operatum. Vbi igitur mortacum legas: Quia ipse dixit & facta sunt, ipse mandauit & creata sunt? Neque artis igitur usum, nec virtutis expendit: qui momento suæ voluntatis maiestatem tantæ operationis impleuit, ut ea quæ non erant, esse faceret, tam velociter, ut neque voluntas operationi precurreret, neque operatio voluntati. Miraris opus, quæris operatorem, quis principium tanti operis dede-rit, quis tam cito fecerit, subiecit statim dicens. Quia Deus fecit

A fecit cœlum & terram & infra capit. 4. Sunt qui princiⁱpiū pium non pro tempore accipient, sed ante tempus, si- cut initium viæ non est via, neque iunctum domus non est domus. Vide & considera quantum laboris & sum- ptuum, quantumque temporis temporalis & regia poter- stas, cui omnia præsto esse videntur in domus suæ con- structione absumat, ut vel sic omnipotentiam Dei nostri, quæ in cunctis creatis reluet, consideres. Fecit enim dominus Deus quo demonstraretur minima pars poten- tie ipsius opificis. Quemadmodum figulus ex eadem arte similitudo infinita formans vas, neque artem, neque potentiam in- sumit: sic etiam universi huius opifex, non nisi mundo comparem habens effectum potentiam, sed in infinitum excedentem, solo voluntatis momento magnitudines eo- rum, quæ videntur adesse produxit.

Et quis poterit multiformem bonitatem super cuncta creata disseminatam annumerare manu liberalissima crea-

B toris? Quis poterit excogitare quam magnificus quam li- beralis fuerit dominus Deus. (ad quem supra omnia per- fectissime liberalitas spectat, quæ non perficitur sua actio- ne) erga verinem minutissimum, qui reptat super terram? Quid dicam de homine, propter quem omnia facta sunt, cœlum & terra & omnia, quæ cœli ambitu continentur? Hic eleuatur usque ad diuinæ naturæ consortium & spiritu unitatem: qui enim adhæret Deo, unus spiritus fit cum eo. Quanta est hæc bonitatis diuinæ communicatio, quam plena, quam digna laude & hymno & exultatione. Hic vere & iure dicere debet homo. Aperi os meum domine & exultabit lingua mea iustitiâ tuâ. Ab hac Christi magna iustitia factum est, ut homo in diuinæ cōmunionis transiret consortium. Hic vere laus & hymnus beatarum mentium in superna illa Sion & Hierusalē, quæ sursum est mater no- stra silentium inenarrabilis admirationis erit. Cum iustitiâ, qua liberata sunt, altius in cōtemplatione deprehēderint.

Quis

Super Psal. 50. Homilia vigesima prima

Rom. 8. Quis laudare sufficit misericordiarum patrem, & dominum nostrum, qui proprio ac charissimo, unicoque filio suo non pepercit, sed pro omnibus nobis tradidit illum, cum inimici & impij essemus. Tradidit inquam cruci & morti, & sepulturae, & inferis. O bona charitas Dei in nos & genus nostrum. Nec sine correctione & admiratione relinquit nos peccatores, ut ad ipsum conuertamur, & emendemur. Propter haec omnia, pluraque alia laudem Dei decantaturum promittit sanctus Dauid, sicut exponit beatus Augustinus & sanctus Gregorius. Confiteantur domino misericordiae eius & mirabilia eius filijs hominum.

Sap. 11. Cum ergo tanta, tamque amplissima sint beneficia, iam facile deprehendes quam insufficientes & impares simus, ad divinas laudes persoluendas. Mens nostra multa laborat ignorantia, multa recogitans huc & illuc se se vertens. Corpus aggrauat ipsam, plenum miserijs & necessitatibus, somno, cibo, potuque indigens. Circa multa occupantur sensus nostri, rapiunturque & distrahuntur, & quam breve est vita nostra spacium ad laudandum dominum, qui maiore est.

Eccle. 43. omni laude? Et quid dicā aduersus impurissimos & maledictos homines, qui non solum non adorant dominum maiestatis & gloriae, trementes ante conspectū eius, verū & blasphemāt reverendum eius nomen? Vnde terribile & durum iudicium illis paratur: sed de hoc aliās. Hanc insufficientiam optime cognoscet sanctus Dauid, cum cunctas cœli ter-

Psal. 148. re, aeris & maris & abyssi creaturas in Dei laudem inuitabat.

Psal. 116. Nota. Laudate dominum omnes angeli eius, laudate eum omnes virtutes eius, &c. Laudate dominum omnes gentes, & magnificate

Psal. 65. eum omnes populi, &c. Laudent illum cœli & terra, mare & terram, omnia quæ in eis sunt. Ardebat multoies sacris desiderijs ardens in ad cōcelebrandas Dei sui debitas laudes. Omnis terra adoret desiderante & psallat tibi, psalmū dicat nomini tuo domine. O quis hunc deo deo regē & prophetā intētis & defixis in cœlū oculis intuieris. Tunc etiam à lōgē, cum angustissima corporis sui cella capere

non

A non poterat ex magnis & ardētibus affectibus, impulsibus, desiderijsq; beatū cor eius, cū sic sacrificiū desideriorū hominum domino offerebat. Omnis terra ad ore te & psallat nō mini tuo domine. O quis latitudinē palatiij regij huius omnibus virtutibus ornatis simi ingrederetur. O quis vel extremodo dīgito tangeret cor eius. Ardebat desiderijs diuinārum laudum & adorationis. Dilata & pondera. Dictauit & scripsit in Dei laudem quam plures psalmos, tradiditque cantoribus, instituitque & ampliavit magnum chorūm omnisque musicæ instrumenta, in quibus darent gloriām laudie eius. Et quis explicare poterit quot magnificæ laudis ex cogitauit hic Dauid titulos, ad extollendū dominū & magnificandum illum in cōfessione? Quodam loco excelsum confitetur dominum super omnes gentes & super cœlos gloria eius. Quis sicut dominus Deus noster qui in altis habitat & humilia respicit in cœlo & in terra? Immutabilitatem eius adorans, & laudans cantabat: Tu idē ipse es & an- *Psal. 112.* *Psal. 101.*

Bni tui non deficient, & omnes sicut vestimentum vere-
rascent, & mutabuntur. Regnum domini Dei nostri præ-
dicans, & annuntians laudem eius dicebat: Regnum tuum,
regnum omnium seculorum, & dominatio tua, in omni ge-
neratione & generationem. Et quid dicam? Omnia que de
domino & Christo eius possunt decantari, ipse hymnis &
psalmis descripsit, prout facile erit in psalterio inuenire.
In opiam ergo propriam recognoscens & super immen-
sam Dei excellentiam & maiestatem magnificans aliquan-
do, silentium pro laude hymnum esse dominor confiteatur, *Silentium*
aliquando confiteri domino in toto corde suo proponit, *pro laude.*
& altissimis vocibus cantare altissimo eius nomini, ut sci-
licet, quantum humana infirmitas potest, altissimo Dei
nomini, altissima etiam vox laudis respodeat. Confitebor *Psal. 9.*
tibi domine in toto corde meo, narrabo omnia mirabilia
tua, & psallam nomini tuo altissime. Exultabit cor meum
in salutari tuo, id est Christo, cantabo domino qui bonatri *Psal. 12.*
buit

Super Psal. 50. Homilia vigesima prima.

Psalmus 33. buit mihi, psallam nomini domini altissimi. Magnificate C
dominum mecum, & exalte mus nomen eius in id ipsum.
Psalmus 65. Huc spectat quod alio loco scriptum est ab eodem propheta, Iobilate Deo omnis terra psalmum dicite nomini eius:
Date gloriam laudi eius. Dare gloriam Dei laudibus est,
secundum omnem musicorum & vocum differentiam,
cōsonantiam, in multitudine & magnitudine chorū lauda-
re & benedicere sanctū, & gloriosum Dei nomē, ipsumq;
Psalmus 146. celebrare magnificis laudibus, ita ut vere dicatur: Deo no-
Psalmus 65. stro sit iucūda decoraq; laudatio, & quod alio loco scribit
hic noster propheta: Benedicte gentes Deū nostrū & au-
ditā facite vocem laudis eius: quantum deceat magnis & al-
tis vocibus dare gloriam Dei laudibus, & auditā facere vo-
ce laudis eius, alio loco decantat dicens: Circuiui & immo-
lauī hostiam vociferationis in tabernaculo eius, cātabo, &
Circuire psalmum dicam dño, ac si diceret: In gratiarum actionē cir-
quid.
Psalmus 26. cuiui per omnia mihi à Deo facta beneficia mente eareuo-
luēdo, & per singula diligenter cogitando, & quasi sacrifi- D
ciūm gratissimū obtuli in tēplo eius, ante cōspectum eius,
hostiā laudis & gratiarū actiones ex animo de p̄opt̄e cū
magno clamore & vociferatione, præ affectu gratitudinis,
quemadmodum clamare solēt, & vociferari homines, præ
nimia lētitia & atimī gratitudine. Bonus magister David,
ad excitandum & accendendum cor nostrū in diuinās lau-
des & cāticorū hymnos, & ex hoc maximē quia docet cir-
cuire ad laudandū & offerendū hostiā laudis. Circuire in-
quam per singula Dei beneficia, de quibus dicebat beatus
Augustinus: Os meū annunciat laudē tuam, quia creatus
sum, vt scilicet doceat circuire ac mēte reueluere magnifi-
cū opus nostræ creationis, qui cū nō essemus, creati sumus,
laudē tuam, quia peccans, nō derelictus sum, vt scilicet hāc
magnā clementiā, quod peccantes nō sumus à Deo dereli-
cti, mēte reueluamus, & tunc quidem hostiam vociferatio-
nis & laudū altissimarū offeremus. O quale & quātū est be-
neficium

Anescium, hoc, quod nō destituit nec derelinquit nos Deus in peccatis nostris. Sed & admonet perse & per spiritū suū, per prædicatores, ac magistros, propter quæ laudare debemus dñm Deum nostrum. Sed optima doctrina & magistrorum hoc est, magniq; magisterij gerit officium, cū circuire docet per singula Dei beneficia ad laudādum dñm Deū sanctus David. Sed hoc Dei donū est, q; nobis piissimus pater dñi nři Iesu Christi in Spiritu sancto suo cōcedat. Amē

S V P E R P S A L M U M Q V I N- quagesimum. Homilia vigesima secunda.

Domine labia mea aperies : & os meum annunciat laudem tuam.

A R G V M E N T U M .

BY O D laudum cantica, à Christo domino, ab angelis & sacris apostolis edocta sint, & quam deceat sub tempore, & hora sacrosancti mysterij diuini muneris, ubi expresse probatur dominum Iesum hymnum dixisse ante passionem & mortem suam, & quam multæ utilitatis ingentisq; fructus sint hymni & psalmi in Ecclesiæ cum Athanasio & Augustino, & Origene, & ex preceptis ecclesiasticis necessitas persoluendi diuinum officium demonstratur, ubi de noua breuiarij forma, vel verbu[m] nū proponitur. Vnde etiam honor domino Deo nostro debitus sit, & quantis rationibus & quam magnis, nimirum iure diuinitatis & redemptionis, & quod ad has diuinas laudes religiosi viri ac feminæ excitari debent, & quod à Christi morte habet Ecclesia excellētissimum sacrificium laudis, quod supra cuncta mundi sacrificia, honorificum diuino nomini sit, & quod eo tempore delecta sint diuine laudes, quod maxime fuit curæ Ecclesiæ Dei, in diligēdo sanctiores, diuinioresque hymnos & laudes & orationes.

Super Psal. 50. Homilia vigesima secunda.

Domine labia mea aperies: & os meum annunciat
ciabit laudem tuam.

Iam hodierna die docere oportet, quam debitores sint
diuinarum laudem religiosi sacriique viri ac fœminæ, ne
bonam hanc occasionem dimittentes, aliam præ inopia
quæremus, nec inuenire possimus. Multa essent in præsen-
tia scribenda de canticis ecclesiasticis & laudibus Deo no-
stro persoluendis, sed non omnia ad nostram considera-
tionem spectat. Illud solummodo curabō ostendere, quam
Cantus Ec- cleasiasti- cus. religiosus & fide ac deuotione plenus sit, ecclesiasticus can-
tus, quam utilis etiam audientibus. Præter illa omnia, quæ
à sanctis prophetis maximè à Davide pro hac considera-
tione ac doctrina mutuare possemus. Christus dominus sit
doctor, qui solus est magister & cœlestis patris sapientia
& virtus, eiusque dilecta sponsa, sacra in quam mater Eccle-

1. Cor. c. 1. sia. Nato dñō, & annuntiante angelo beatā eius natuitatē,
Matth. c. 23. facta est cum angelo multitudo cœlestis exercitus laudan- D
tiū & dicentium: Gloria in altissimis Deo, & in terra pax
hominibus bonæ voluntatis, ut testatur beatus Lucas euan-
gelista. Ipsiisque ingredienti sanctam ciuitatem Hierusalem
in die psalmorum, occurrerunt puerorum chori, & disci-
pulorum turbæ cœperunt cantare diuinos hymnos, & lau-
des voce magna, super omnibus, quas viderant visitutibus,

Matth. c. 26. dicentes: Benedictus qui verit rex in nomine domini, pax
Nota Val- de. in cœlo & gloria in excelsis. Vides quomodo ex angelis &
hominibus sunt ténoribus diuersis duo chori, easdem lau-
des domino decantantes, sicut & Seraphim clamabant al-
ter ad alterum. Sanctus, sanctus, sanctus dominus? Hic sacra-
tissimus magister & dominus Iesus, post quinque dies, sa-
eta cœna decantauit laudes cum discipulis suis, eo vel ma-
xime, quia iam instituerat venerabile sacramētum sui cor-
poris & preciosi sanguinis. Quod valde nota, quia licet cre-
dibile sit quod multoties hymnum decantauerit, illo ma-

Ez. c. 6. 1. xime

Nota Val- de.

A ximè tempore describitur, institutum, quo & consecravit
in Ecclesia sacerdotes, & diuinissimum sacramentum Eu-
charistiae. Vt ex hoc intelligas, quam cōgruum & accepta-
bile tempus ad hymnos & psalmos sit officium sacroru-
dinum & super omnia cum sacrificium hoc consecramus
& Domino offerimus. Sed de hoc infra. Ne autem hæsites
in retanta dubitans, an dominus Iesus alta voce decantau-
rit Deo patri laudes, expende hymni naturam, & veritatē
comprobabis. Hymnus Græca vox est. Græce hymnos, La *Hymnus*.
tinè autem valet tantum sicut canticum, siue laus, quæ Do-
mino tribuitur. Vnde beatus pater Augustinus sic ait in ex *Augu.* su-
positione tituli cuiusdam psalmi. Hymni laudes sunt Dei per Psalm.
cum cantico. Hymni cantus concinantes laudem Dei. Sisit 72.
laus & non Dei, non est hymnus. Oportet vt sit hymnus,
habeat hæc tria, & laudem, & Dei, & canticum. Eandē sen-
tentiam tenet beatus Isidorus. Hymnus est canticum lau- *Isidorus*
dantium Deum propriè, aut hymni sunt concinantes lau- li. 6. Ethic.
dem Dei. Quod sisit laus, & non est Dei non est hymnus, molog. ca.
sisit Dei & laus, & non capteretur, nō est hymnus, si ergo iux 34. lege
ta Matthæum & Marcū Christus dixit hymnū, ergo canta eundē libr.
uit, cuius gloria sacraq; actio, saluberrima institutio est. 1. de offi-
Docuit & hanc magnam doctrinam beatissimus Paulus *cis cap. 6.*
& Sylla, qui in carcere positi adorantes laudabant Domi- *Matt. 26.*
num, & audiebant eos, qui custodes erant carceris. Subito *Mar. c. 14.*
verò terræmotus factus est magnus, ità vt mouerentur fun *Acto. 16.*
damenta carceris, & statim aperta sunt omnia ostia, & vni-
uersorum vincula soluta sunt. A Christo ergo Domino, ab
Angelis & discipulis, sacratissimisq; Apostolis edocta sa-
crola n̄ta mater Ecclesia, sub mediæ noctis silentio, & ab
otu solis usq; ad occasum, domino Deo & Christo eius de-
cantat hymnos & laudes. Huius rei referat testimonium *Plinius. 2.*
secundus Plinius, qui in quadam Epistola ad Traianum in Epistola
peratorem de Christianis sic ait. Affirmabant autem hanc *ad Traia-*
fuisse summam vel culpæ suæ vel erroris, quod essent soliti num.

Super Psal. 50. Homilia vigesima secunda.

statuto tempore ante lucem conuenire, carmenque Christi. Q.
Philon In- sto, quasi Deo, dicere secum in vicem. Hec Plinius. De qua
deus. Eu- re lege ad longum Philonem Iudicum. Sed & Socrates Co
seb. Cesar. stantinopolitanus refert vnde sumpserit initium ut anti
lib. 2. histo phonæ & responsoria in Ecclesia cantentur, sic dices. Ignat
riæ Eccle- tius Antiochiae Syriæ tertius ab Apostolo Petro Episco
pia. c. 9. pus, vna cum Apostolis conuersatis, aliquando visionem
Socrates Angelorum responsoria, hymnos sanctam Triadem Iau
lib. 6. histo dantum vidit, & modum visionis Antiochenæ Ecclesie
ria Eccle- tradidit, vnde ad omnes Ecclesias ista traditio permanavit.
Iusti. c. 9. Vtilitatem verò psalmorum & hymnarum in Eccle
Ignatius. sia, præter illam quam unusquisque nostrum facile poterit
Cantus Ec experire, tradunt sacri & antiqui patres Athanasius, & Au
clesiastici gustinus, sed & ante illos Senex Origenes, quorum testi
vtilitas. monia fideliter referam. Origenes super Iosue in hac ver
Origen. ho ba invitat cunctum populum Christianum ad diuinæ Oda
milia. 20. & cœlestes hymnos audiendos & decantandos in Eccle
sia Dei. Si enim creditum est à gentibus, quod quædam D
carmina, quæ præcantationes appellantur, quibus illud artis est, insurrantes, nominibus quibusdam compellatis,
quæ neque illi, qui inuocant, norunt, ex solo vocis sono, so
pianor serpentes, vel etiam de cavernis protrahantur ab
strusi, sepe autem & in corporibus humanis tumorem, aut
alia huiusmodi voce sola dicuntur reprimere, interdum
etiam animæ stuporem sensus infligere. Quanto magis to
tius præcantationis & carminis validiorem & potentio
remducenda credimus, quæcunque illam scripturæ sanctæ
vel sermonum vel nominum appellationem. Sicut enim
apud infideles contrarie virtutes audientes, vel illa vel illa
nomina in carminibus, adsunt, & exhibent famulatum &
dant opera ad hoc, ad quod inuocari sex illo vel illo no
mine senserit. Eo magis cœlestes virtutes viisque & Ange
li Dei, qui nobiscum sunt libenter & gratae accipiunt si sena
per verba scripturæ & horum nominum appellations,
omissi. 21. velut

- A velut carmina quædam & præcantationes ex nostro ore promamus. Quia etsi nos non intelligimus, quæ de ore Nota Val proferimus, illæ virtutes, quæ nobiscum adsum intelli- de aduer- gunt, & velut carmine quodam inuitatæ, adeisse nobiscū, sicut Eras- & ferre auxilium delectantur, & infra. Sed sicut diximus, mun. quia sicut ex huiusmodi meditationibus, diuinarum erga nos virtutum, confortia & officia prouocamus, ita econtra rio malignarum virtutum insidias & pessimorum dæmonum incursions, ex huiusmodi sermonum & nominum appellationibus effugamus. Verbi gratia: Ut si quis vestrū aliquando perspexerit præcantationibus sopitum serpen- tem portari in manibus, vel protrahi de cauernis, nihil va lentem nocere venenis, vt potè incantationis virtute tor- pentibus: ita etiam lectionis diuinæ virtute, si quis est in tra nos contrariæ potestatis serpens, si quis ad insidian - Nota. dum coluber latet, si patienter feras, si non tædio fatiga- tis auertas auditum, scripturæ carminibus & diuni sermo- nis assiduitate depellitur. Si ergo vides, ò auditor aliquan- do legis scripturam in auribus tuis, quam non intelligis, & sensus eius tibi videtur obscurus, interim, hanc primam su- scipe utilitatem, quod solo auditu, vel præcantatione quædam noctiarum virtutum, quæ te obsident, & quæ tibi insi- diantur, virus depellitur, & fugatur. Obserua tantu ne effi- ciaris sicut aspides surdæ & obturantes aures suas, ne au- diant vocem incantationis & beneficij quod incantatur à sapiente, & infra. Solent medici præbere interdum cibum Similitudo aliquem, interdum potum dare, Verbi gratia, ad excutien- dam caliginem visus, nec tamē in edendo ipso cibo, vel in potando sentimus quia utilis est & prodest oculis, sed cum transierit visum cibi illius, aut poculi, virtus paulatim pur- gat aspectum, & tunc demum sentire incipimus, quia cibus ille vel potus proficit oculis. Hoc ergo modo credendum Nota Val est de scriptura sancta, quia utilis est & animæ prodest, de. etiam si sensus noster, ad præsens intelligentiā non capit,

Super Psal. 50. Homilia vigesima secunda.

quoniam (ut diximus) & bona virtutes, quæ nobis ad sunt, reficiuntur in his sermonibus & pascuntur, & contraria torpescunt his meditationibus, & effugantur, & paucis interpositis. Non ista de causa hæc diximus, sed ut ostendere mus in scripturis sanctis esse vim quandam, quæ legem etiā sine explanatione sufficiat. Vides quantum emolumenii audientibus diuinos hymnos sequatur?

Athanasi. Sed nota attentissimè beati Athanasij verba, quæ & con in de inter firmant, quæ superius scripta sunt, & euidentius sequentia preteratione probant. Ut enim animi cogitatus verbis prodimus & si psalm. ad significamus, ita spiritualis in anima concentus, signum esse Marcelli volens Dominus melodiam verborum, Psalmos ut modu num.

1. Cor. 14. affectus sit, agnoscatur, sicut scriptum est: Siquis in mœro re est, psallat. Siquidem ita quod in anima turbidū est, aspernum & incompositum, complanatur, & tristitia mitigatur,

Psal. 72. nobis psallentibus. Quare tristis es anima mea, & quare cō turbas me? Et lubricitatem suā agnoscet dicendo. Mei pro pemodum concussi sunt pedes: Metusq; suos confortabit

Psal. 117. per hæc verba: Dominus mihi adiutor, non timebo quid faciat mihi homo. Qui igitur non ad istum modum legit facras odas, non prudenter psallunt, sed seipso oblectant,

Eccles. c. 15. habituri reprehensionem, quoniam non est speciosa laus in ore peccatoris. Qui autem secundum prædictam rationem concinunt, ut melodia verborum ex numeris vocū

Nota Val- spiritus harmonia congruat, isti psallunt & lingua & mente, nec ipsos solum, verum etiam alios, qui audire volunt,

Cantus Ec- magnifice adiuuant. Verbum hoc ultimum (quod magni clesiasticū ponderis est, attentam desiderat considerationem, q; graui audire quābus probat argumētis sanctus Doctor. Certe beatus David vtile.

Sauli accinens, non solum ipse placuit Deo, sed & turbidū

1. Rec. c. 16 insanī vitium à Saule propulsabat, & serenitatē eius animo induxit: Ita quoq; modulantes sancti ad tranquillitatem,

- A tem, animas populorum & ad concordiam cœlestiū tripus
diorum cohortabātur. Aliud exemplum proponit ex Deuteronomio, quo apertius rem hanc comprobet, de qua ser-
monem agimus, quantum scilicet, chorus adiuuet audien-
tes diuinias laudes. De quo dixerat beatissimus Athanasius,
magnifice adiuuat alios, qui audire volunt. Vnde homini illi
impurissimo, qui nullum non mouit lapidem, ut ab Eccle-
sia huiusmodi hymnos tolleret eo solum quia plurimi no-
strum non intelligunt sensus psalmorum, aut lectionum,
cum scriptum sit: Psallite sapienter. Ac si insipienter psalle *psal. 4.6.*
ret, qui noctu diuq; quasi sub oculis domini diuinias laudes
decantant, cordis sui intentionem sub Ecclesiæ sanctæ ma-
gisterio resignantes, vnde vere de illis dicitur quod sapiē-
ter valdeque intelligibiliter psallunt. Videamus iam quid
de hac re beatus Augustinus sentiat, paria enim dixisse mihi
videtur non uno loco tantum, ut in ore trium stet ver-
bum hoc.
- B Hic beatus pater & doctor inclitus libro suarum cōfessionum inquit: Quantum fleui in hymnis & canticis tuis *cap. 6.7.*
suaue sonantis Ecclesiæ tuæ vocibus commotus acriter. Vo-
ces illæ influebant auribus meis & eliquebatur veritas tua
in cor meum, & ex ea æstuabat inde affectus pietatis & cur-
rebat lacrymæ, & bene mihi erat cum eis. Et libro *10. air: cap. 3.3.*
Nunc in sonis, quos animant eloquia tua, cum suaui & arti-
ficiosa voce cantantur, fateor aliquantulum, acquiesco,
non quidem ut hæream & ut surgam cum volo, &c. Ve-
runtamen cum reminiscor lacrymas meas, quas fudi ad
cantus Ecclesiæ tuæ, in primordijs recuperatae fidei meæ, *Nota val-*
& nunc ipse commoueor (*nota valde*) non cantu sed rebus de-
quæ cantantur, cum liquida voce, & conuenientissima mo *Rabanus*
dulatione cantantur, magnam instituti huius vtilitatem *lib. 6. de in-*
agnosco. Et Rabanus dixit. Psalterium idcirco cum melo-stitutis cle-
dia cantilenarum suauium ab Ecclesia frequentatur, quo sa-*ricorum. c.*
cilius ad compunctiones animi fleuantur. Perfecta autem *17.*

Super Psal. 50. Homilia vigesima secunda.

Perfecta vox est alta, clara, suavis. Alta ut sofficiat, clara ut aures adimpleat, suavis ut animos audientium suauiter demulcent. Nam ex his iustum valdeque rationabile iudicabis annotare quam sapienter, psallunt & intelligibiliter, quaque gratiosi sunt Deo cantus eorum, qui huc desiderium intentionum suarum deferunt, ut scilicet, alios suis cäribus, vsq; *Psalm. 33.*, ad lacrymas & compunctiones excitent. Magni momenti opus hoc est & sicut est in psalmo, rectos decet collaudatio; illos, scilicet, de quibus multa in superioribus scripsimus, cum exponeremus verbum illud, & spiritum rectum innova in visceribus meis. Sed hoc loco, cum ad gaudium & laudationem rectos inuitat sanctus propheta, viri & foeminae religiosi cum cäteris Ecclesiasticis intelligentur, quos decet laudatio. Iam non solum decet eos Dei Domini sui laudatio, verum necessaria est propter eorum statutum ex præcepto sanctæ matris Ecclesiae, sicut multis locis *In clementia manifestum* est, & præcipue in Concilio Agathensi, vbi *intra*. Et sic legimus. Et quia conuenit ordinem Ecclesie ab omni- *in supra ali bus æqualiter custodire* (quod verbum valde nota) studen- *legato Cœdum* est ut ubique, sicut fit, & post antiphonas collectio- *cilio Aga-* nes per ordinem ab Episcopis vel præsbyteris dici & hym- *chenfi, ca-* nos matutinos, vel vespertinos decantari omnibus die- *nove. 33.* bus, & in conclusione matutinarum vel vespertinarum mis- *fistarum*, post hymnos capitella de psalmis dici, & plebem collecta oratione ad vesperam ab Episcopo cum benedi- *ctione dimitti. Hæc Concilium. Vbi* verbum illud, conuenit ordinem Ecclesie æqualiter ab omnibus custodiri, valde iudicavi notandum, ut vel ex eo solum sacrum pruden- *Breviariorum* tissimumque consilium sanctæ matris Ecclesiae Roma- *nzorum.* his nostris temporibus comprobem, laudes, amplectaris, magnifices & venereris, quippe que tot ac tam varia hominum placita, adinuentiones, varietatesque & subinde quotidie nouitates, ad quam pulchram & venerandam & canonicam & antiquorum patrum psallendi reduxit & restituit

A restituit formam. Ut quibus vna est fides, & vnuus Deus, vnuus fit hymnus & psalmus & cantus. Seraphim enim *Esa. 6.* alter clamabat ad alterum : Sanctus, Sanctus, Sanctus, & Angelus in Bethlehem, gloria in excelsis Deo & choroi discipulorum in ingressu Domini Iesu in Hierusalem. Vnus erat hymnus & laus Angelis & hominibus. De hoc satis.

Vidistis ex sanctorum patrum sententijs, quam utilis *Laus Dei,* sit Dei laus & hymnus in canticis spiritualibus, hoc amplerius & amplius confirmabimus, si declarauerimus secundum *cognitionem scripturas,* quomodo Dei laus sit iter & via certissimum. *ad eius cognitionem,* & sacrificium ipsi Deo honorificum. Utunque quidem uno loco coniungit sanctus propheta Spiritu sancto inspirante. Sacrificium laudis honorificabit me, & illic iter quo ostendam illi salutare meum.

Sed aduertite quam aperte prophetizat sanctus David, de *Cessatione legalium hostiarum post oblationem veram galium ho-*

B & pinguissimam agni immaculati Christi, quam omnia *stiarum.* illa veteris legis sacrificia adumbrabant. Non accipiam de domo tua vitulos, neque de gregibus tuis hircos, &c. Immola Deo sacrificium laudis: & redde altissimo vota tua. Hoc est sacrificium acceptabile: hoc est holocaustum pingue, ut laudetur Deus ab homine, quem creauit. Et post alia inquit: Sacrificium laudis honorificabit me, & illic iter quod ostendam illi salutare Dei. Quid vilius contingere potest peregrino homini in lacrymarum valle, quam Dei & Christi eius cognitio? Quid fructuosius, aut iucundius? Quantum obsecro *lætitiae Similitudo* & gaudij exhilaravit mentem tuam, cum errabundus per deuia & deserta montium, inuenisti viam certam, securam & planam, fontibus & arboribus refertam, ad civitatem, amicorum & charorum tuorum ducentem? Of felices nos, qui cæcumentibus & errantibus populis, per deuia & præcipitia vanissimarum vigiliarum,

Super Psal. 50. Homilia vigesima secunda.

iter ab Spiritu sancto demonstratur, in matutinis ac vespertinis laudibus, ubi verè impletur quod sanctus propheta inquit: Domine labia mea aperies: & os meum annunciat laudem tuam. Ad nihil aliud consurgimus & silentij mortis rumpimus, quam ut aperientes ora, repleantur Dei laudibus & plenis vocibus ardentibusque desiderijs, domino Deo nostro hymnos & psalmos decantemus. Certè (prout mihi videtur, nescio an satis prudenter sapientior iudicabit) iter hoc ad Dei cognitionem ducens, intelligendum est de illa cognitione, quam in praesenti acquirunt sancti.

Nota.

viri. O quanta ac excellenti claritate reuelatur mēs humilis, ac veri laudatoris Dei. Quantam si nosti cognitionem na in Dei Dei & Christi in decantandis psalmis cum timore & tre laudibus. more beati viri isti acquirunt? Non illam certè, quæ in disputando ac diffiniendo & dividendo sita est. Sed illam, quæ affectum inflamat, mentem illuminat, ardoremque parit, dilectionis & amoris. Hæc est cœlestis scientia, quæ illiterati homines quasi sub oculis Dei cantantes psalmos

Salutare Dei Christi. & hymnos Domino suo, quotidie lucrantur. Salutare Dei dominus Iesus Christus est. Huic rei testimonium reddit beatus Simeon iustus & timoratus in cantico, cum inquit.

Nunc dimittis seruum tuum Domine, secundum verbum tuum in pace. Quia viderunt oculi mei salutare tuum. Puerum Iesum, manibus tenebat hæc dicens. Laus ergo divina

iter est certissimum si attentè, si religiose, si cum timore persoluatur, iter inquam est ad cognoscendum in hac vita

Ioh. 17. salutare Dei, quod ab ipso vita æterna appellatur: Hæc est autem vita æterna, ut cognoscant te verum Deum & quæ

Orig. li. 2. misisti Iesum Christum. Quem locum de ea cognitione,

super Epi- quæ est per fidem interpretantur Origenes & beatus Cy stola ad filius Alexandrinus. Iter ergo ad cognitionem Christi, vi Roma. Cy ta æterna vocatur. Vide & considera quam prædiues sic

r. l. ii. super Deilaudatio. Loqueretur de hoc & scriberet amplissime

Ioh. c. 16. beatus Paulus eremita, aut beatus Antonius, aut mellifluus

A fluis Bernardus, de quo tanta in eius gestis narrantur. Sed & Seraphicus Franciscus diuino lumine clarificatus est in Sanctus Dei laudibus, adeo quod ad plenum ad salutare Dei perue Francis. nit, expressam imaginem crucis eius in carne sua portans. In cruce maxime Christus est salutare Dei. Vere de hoc dici potest : Sacrificium laudis honorificabit me : & illic iter, quo ostendam ei salutare meum. Vedit enim crucifixum Dominum Iesum in Alberniæ monte sub festiuitate beatissimi Michaelis, vidit, & crucifixus est cum illo beatus eius spiritus, crucifixus est & sacra eius caro. De quo beatus Bonaventura: Laudans laudare monuit, laus illi semper affuit, laus in quam saluatoris, in uitataues, bestias, & creaturas alias, ad laudem conditoris. Vnde iter ad salutare Dei *Isa. cap.* præmonstratum est illi, & mutans fortitudinem, alas (vt aquila) assumpsit, volavit, & non defecit. Desiceret mihi *Nota.* tempus ad loquendum de illo. Sed vnde tam magnificabo *Reg. 2.* na sub laudibus diuinis? Quia scriptum est: *Quicunque ho* B norificabit me glorificabo eum. Sacrificium autem laudis *Honor un* honorificum est domino, sicut prædictum propheta: *Sacrifi*- de debitus cium laudis honorificabit me. *Deo. 1.*

Desidero argumentum hoc de diuino honore elucidare, si dominus & spiritus eius donauerit & supra alios ampliare illud. Pro hac consideratione fundamentum hoc iudico necessarium, ut de scripturis comprobemus quod aut quale est ius, vnde creature talis ac tanta obligatio oritur *Ius diuina* honorandi Deum. Qui sapientior fuerit forsitan dicet, ean- *vñ laudū.* demq; assignabit rationem, quam primariam & sublimiorēm, pro diuinis laudibus proposuimus. Nimirum quia Deus tantus est ac talis naturæ, vt natura sit bonus, essentiāque bonitatis. Non longe ab hac sententia discederent antiqui sapientes & philosophi, qui priori loco, ad honorationem, virtutem & virtuosos assignarunt. Et ego libenter, huius sententiae subscribo. Si enim laudandus est do *Psalm. 117.* minus, quia bonus, deinde quia in seculum misericordia

Super Psal. 50. Homilia vigesima secunda.

ei⁹, & laus, est honorificum, gratumque Deo sacrificium, certe debetur ipsi honor & gloria propter semetipsum quia bonus, deinde quia in seculum misericordia eius. Hac misericordiam, quam fecit nobiscum, & propter quam honorem a nobis exigit Dominus Deus, declarat sanctus Malachias propheta in hac verba: Filius honorat patrem & seruus dominum suum. Si ergo ego pater sum, ubi est honor meus? & si ego dominus sum, ubi est timor meus dicit dominus exercituum? Eligite ergo quo me nomine appellare velitis, aut pater sum vester, aut dominus, si pater debitur patri honore in reddite & dignam parenti offerte pie tatem. Si dominus, cur me contemnitis? Cur non me timeatis? Iure ergo paternitatis, quia pater noster factus est Dominus Deus, debemus ei honorem & gloriam. Nota cum Hieron. sive beato Hieronymo, quod ex Hebreo, & Greco possumus per illud, Mallegere aucto honorem, aut gloriam, sed pro Latina lingua lachie. proprietate honorem posuerunt scriptores. Nam in Evangelio ubi loquitur dominus & salvator: Pater venit hora, clarifica filium tuam, ut filius tuus clarificet te, ex Greco legimus: Glorifica. Quem locum plenius latinorum interpr etati sunt, honorifica. Iam ergo dicamus domino Deo ac patri nostro honorem debemus, quia cum esse mus natura, id est, a nativitate, filij irae, & digni exilio, trastulit nos in regnum filij dilectionis suae, regenerationem & spem vitæ æternæ r. Epistola conferens. Qui summus misericordiarum pater, voluntate ge nuit nos, non naturæ necessitate. Illud vero si attentamente inspicatur, valde misericordiam hanc exaltat & commendat charitatem Dei erga nos, qui cum coeterum & con Coloss. c. 1. substancialē filium haberet, qui est imago bonitatis illius Heb. ca. 1. & splendor glorie eius & sapientia sua adoptavit nos in filios & in filias assumptis, factis que est pater noster liberalissimus, nostri eutram gerens, plusquam patres, qui nos genuerant. Obscurò consideres, quantum honoris & gloria terreno regi, qui te in filium adoptaret, deberes, quāq; suis

solicitus

A sollicitus & assiduus redditor essem, ut vel inde rem habe
comprobem.

Hoc argumentum mirum in modū pertractat saceratissi Coloff. c. 1.
mus Paulus Apostolus secūdum magnificum eius sermonem.
Cum gaudio gratias agite Deo patri, qui dignos nos fecit
in partem sortis sanctorum in lumine. Ecce primum, quod
velex hoc vno magnum, quia eripuit nos de potestate tenebrarum harum, & translulit nos in regnum filij dilectionis suæ. Ecce quam magnam Dei misericordiam: qui cum
haberet filium charissimum, in quo per omnem modum
sibi complacuit, in eius consortium & regnum & hereditatem
translulit filios tenebrarum & iræ. Ne quidem transi-
tus hic, sola eius voluntate factus est, quod & possibile erat.
Sed per mortem dilectissimi filij, sicut statim sequitur: In
quo habemus redēptionem & remissionem peccatorū.
Ipse autem dominus Iesus dixit aliquando quomodo aut
qualiter hæc peccatorum remissio nobis contingat. Nimi-

B rū per effusione sanguinis sui. Hic est sanguis meus, qui pro *Mate. 26.*
multis effundetur in remissionē peccatorū. Quātū est hoc,
ō homo ingrate? Quātū qualis est pretij? statim declarauit
Apostolus loquens de Christo: In quo habemus redēptionem:
Qui est imago Dei inuisibilis primogenitus omnis
creaturæ. Quoniā in ipso cōdita sunt universa in cœlis &
in terra, visibilia & inuisibilia, siue Throni, siue Domi-
nationes, siue Principatus siue Potestates, omnia per ipsum
& in ipso creata sunt, & ipse est ante oēs & omnia in ipso
cōstāt. Et ipse est caput corporis Ecclesiæ, qui est principiū
primogenitus ex mortuis, ut sit in omnibus ipse primatū te-
nēs, & in ipso cōplacuit omnē plenitudinē diuinitatis inha-
bitare, & per eū recōciliare omnia in ipso, pacificās per san-
guinē crucis eius, siue quæ in terris, siue quæ in cœlis sunt.
Et vos cū effetis aliquā alienati, &c. Ecce ius magnū nō atra *Ius redē-*
mēto & calamo super membranas descriptū, sed sanguine p̄tinēs.
agni immaculati Chri, super latitudinē cordis nostri, unde
debitores

Super Psal. 50. Homilia vigesima secunda.

debitores sumus diuini honoris & reverentiae. Ius enim re C
demptionis in nostra regeneratione inuenitur, imo sine
illa reperi non potest. Quod valde eleganter & spiritua

Ambro. li. liter ponderauit beatus Ambrosius: Ille parvulus, ille in-
2. super Lu fantulus fuit, ut tu vir possis esse perfectus. Ille inuolutus
cam. in pannis, ut tu mortis laqueis sis absolutus. Ille in praesepi-

bus ut tu in altari bus. Ille in terris, ut tu in cœlis. Ille alium
locum in diuersorio non habuit, ut tu plures haberetis in

2. Cor. 8. cœlestibus mansiones. Qui cum diues esset, propter nos
pauper factus est, ut illius inopia vos ditaremini. Meum er-
go illius paupertas patrimonium est, & infirmitas domini
ca, mea est virtus. Maluit sibi egere, ut omnibus abunda-
ret. Me illius in sanctæ vagientis abluunt fletus, mea, lacry-
mæ illæ, delicta lauerunt. Plus igitur (ecce conclusionem
ex legitimo antecedente nascentem) plus in quam domine

Iesu iniurijs suis debo quod redemptus sum, quam operi-
Eandē sen bus, quod creatus sum. Ut crearet nos, ipse dixit & facti su-
tetiā repe-
tit super. i. mus, ut redimeret autem, mortuus est, & sepultus.

ca. 1. ad Ti. Iure ergo diuinitatis suæ Domino Deo nostro hono-
rem & gloriam & reverentiam & pietatem debemus, iu-
reque redemptionis, qua factus est pater noster, nosq; eius

S. militudo filij. Et quanta iura perpetua millium multorum aureorū,
cum decies centenis millibus nobis compararemus per sin-
gulos annos? Multiplicato numero & iura multiplicabis.

1. Petri. 1. O Domine sancte pater, quanti honoris & reverentiae ti-
bi sumus debitores, qui non corruptilibus auro & argen-
to, de vanâ nostra conuersatione redemisti nos, sed pretio
so sanguine agni immaculati Christi, & transtulisti nos

Ad Col. 1. in regnum tuum & gloriam. Abundantius dicere potest
aduersus nos, quod antiquitus contra populum loquius

Mala. c. 1. est. Filius honorat patrem suum & seruus dominum, si er-
go ego pater sum, ubi honor meus? Merito dicere potes ad

Ezai. ca. 1. uersus nos, quod olim contra populum tuum. Filios enu-
trui & exaltaui, ipsi autem spreuerunt me. Merito est
aduersus

A aduersus nos verbum seruitui Moysi, quod contra populum tuum loquitus est, exprobrans durissimam cordis eorum: Ge *Deut.* 32. neratio prava atque peruersa hæc cine redditis domino popule stulte & insipiens? Nunquid non ipse est pater tuus, qui possedit te & fecit, & creauit te? Deum, quile genuit dereliquisti, & oblitus es Domini creatoris tui. Ut enarrat Pet. c. 7. r. ratores & praecones esse mus virtutum tuarum regenerasti nos, & propter nos, nomen tuum, quod est sanctum & gloriosum, & laudabile, blasphematur, iugiter tota die inter gentes, & ipsi stulti & iniuriosi aduersus te inuenti sumus. Circuite vias Hierusalem & aspicite, & considerate, Hier. c. 5. & querite in plateis eius, an inueniatis virum facientem iudicium & querentem fidem, Inuenti sunt in populo meo impij insidiantes, quasi aucupes laqueos ponentes, & pedicas ad capiendos viros. Sicut decipula plena auibus: sic domus eorum plenæ dolo. Causam viduae non iudicauerunt, causam pupilli non direxerunt, & iudicium pauperum non iudicauerunt. Aduersus nos scripta sunt hæc, qui Dei nostri præcepta spreuiimus, cum magni honoris debitores esse mus, quia Deus noster pater & redemptor noster est.

B Propter hanc redemptionem prophetauit Malachias Cap. 1. de futuro honore, Dei nostri post mortem Christi Iesu Domini nostri, & prædicatione Euangeli pacis eius: Non est mihi voluntas in vobis, dicit Dominus exercituum, & munus non suscipiam de manu vestra, ab ortu enim solis usq; ad occasum, magnum est nomen meum in gentibus, & in omni loco sacrificatur & offertur nominis meo oblatione munda, quia magnum, est nomen meum in gentibus, dicit dominus exercituum. Quem locum interpretari possumus, de sacrificio laudis, quem in honorem diuini nominis, per uniuersum mundum fideles, ac religiosi viri ac foeminae semper offerunt. De quo scriptum est: Sacrificium Psalm. laudis honorificabit me. Beati sumus, o Israel, qui vitulos labiorum nostrorum, quotidie Deo nostro offerimus.

Beatae

182 Super Psal. 50. Homilia vigesima secunda.

Beatae matres, quae vos genuerunt; Os factæ fœminæ, quæ assumptæ & electæ estis ad sacrificandum hostiam laudis Deo patri nostro. Accingite vos, genua debilia roborate,

Zelus ho- puras leuantes manus contra cœlum, laudantes & offeren-
tes cœli Domino hostiam vociferationis & laudis. Memē
noris Dei. tote quale fuit incendium, quod ex Zelo honoris Davidis

arripuit Abisai aduersus Semei, qui blasphemabat contra

2. Reg. 16 Regem. Dicebat panque Abisai: Quare maledicit canis
hic moriturus domino meo regi? Vadam & amputabo ca-
put eius. Sic & vos & mens vestra cœlesti igne diuini ho-
noris ardeat, vnde & sacrificium gloriæ eius, diligentius
& ardenter offeratis. Videte & considerate quanti sunt,

Psal. 33. qui aduersus Davidem nostrum & Deum loquuntur blas-
phemias, & è contra laudate Dominum Deum, dicentes

Psal. 71. cū illo Dauide: Magnificate dominū meū & exaltemus
nomen eius in id ipsum: sit nōmē eius benedictū in secula.

Sed iam attentiōri animo me accipite, ecce enim diu-
tias gratiæ & gloriæ Dei aperio vobis, qui mirificauit &
magnificauit misericordiam suam nobiscum. Terribilisq;
est super hominum salutē in consilijs suis. Audite, homi-
num salutē, dispositi in studio nostro erga cultum & ho-

1. Reg. c. 2. norem eius. Quicunque honorificauerit me, glorificabo
eum. Honorem suum in sacrificijs laudum suarum consti-
Notā val- tuit inter alia. Sed cum sit maior omni laude, excogitauit
de. & instituit quoddam sacrificium laudis, quod & Deo sum

Honorifi- me esset honorificum & nobis super omnia fructuosum.
centissimū Hoc est sacrificium sui sacratissimi corporis, & pretiosissi-
sacrificiū. misanguinis, quod super altare Ecclesiæ eius, nos sacerdo-
tes, tanquam legitimi & proprij ministri, offerimus præcla-
ræ maiestati Dei nostri, & cunctus populus diuinis myste-
rijs astans. Quantum in Dei gloriam cedit hoc sacrificium
si nosti? Quam Deo charum & gratum? In illo profecto
laudatur dominus Deus, secundum multitudinem magnitu-
dinis eius. Quod enim offertur & sacrificatur Deus & ho-

mo est,

A mo est, Christus Iesus dominus & redéptor noster. Quod si maior est omni laude dominus Deus, sicut vere, maius & excelsior est, certe hoc sacrificium cum oblatione fuit ab ipso Christo, tantum fuit, quantum & laudabilis Dominus Deus. Persona enim offerens, infinita erat, Deus & homo erat, quod offerebat, ipse metterat. Vides quomodo hoc sacrificium fuit Deo gratissimum, cum de manibus dilectissimi filii sui illud accepit? Nobisq; seipsum in sacrificium relavit. Vnde verum est quod ex parte rei oblatæ, offerimus domino & super excellentissimæ eius maiestati, sacrificium infiniti valoris & laudis. Sacrificium ad latratiæ & adorationem Dei, quæ est pietas, pertinet, & quanvis tale actantum sit nostrum sacrificium, modificatur tamen secundum sacrificantis & offerentium virtutem & seruorē. Propter quod oramus post consecrationem, & oblationem, & accepta habere, sicut accepta habere dignatus es, munera pueri tui iusti Abel, & sacrificiū patriarchæ nostri Abraham.

B & quod tibi obtulit summus sacerdos tuus Melchisedec. Quod certè nō ideo rogat Ecclesia, quia illi excellentiora obtulerunt sacrificia, sed quia dignissimæ ac religiosissime fuere personæ, vnde ex parte eorum valde accepta facta sunt coram domino eorum sacrificia. Habuit Abel primogenita gregis sui & adipes eorum, quæ domino offerret, & inflammauit dominus super munera eius. Habuit Abraham charissimum filium Isaac, quem (iussu Domini) offerret super struem lignorum in holocaustum, & iuravit illi Dominus per semet ipsum, facturum se generis humani redempcionem. Habuit Melchisedec panem & vinum, quæ offerret, primo Domino, deinde magno Abraham. Sed haec sacerdotium Ecclesie Christum dominum Dei æterni Ecclesiæ filium, quem verè immolat & sacrificat & offert Deo sive, super altare sanctum. Quod sacrificium laudis vocatur inter alia. Quantum hoc sacrificium, honorificabit Deum nostrum? Si scriptum est (& verè scriptum est): Psal. 42.

Super Psal. 50. Homilia vigesima secunda.

sacrificium laudis honorificabit me, quantum honorifica-bit Deum: & patrem sacrificium nostrum immo suum? Longe sublimiores in sanctitate illi fuerunt, quod & Dominus aspergit. Sed & infinitum sublimius est, quod nos ad sacrificandum consecramus & offerimus. Gratias ergo agamus Domino Deo nostro fratres charissimi, qui tale, ac tantum sacrificium laudis & honoris sui & reconciliationis nostra intra sinum sacrosanctae matris Ecclesiae dereliquerunt.

Sacerdos- Videant sacerdotes & cantorum chorus, reliquisq; po-
tes & cho pulis, quo animo, qualiuè reuerentia domino, in sacrofan-
tus.

Psal. 2. Videant sacerdotes & cantorum chorus, reliquisq; po-
tes & cho pulis, quo animo, qualiuè reuerentia domino, in sacrofan-
tus.

Nota. tto hoc sacrificio laudes & hymnos decantant. Hic valde
necessaria, satisque utilis est sancti Davidis doctrina, qua
nos docet debere seruire Deo in timore, & exultare ei-
cum tremore. Nullum tempus, aut locus commodior di-
gniorq; ad decantandum Deo nostro hymnos, sicut cum
consecratur & offertur magnum hoc sacrificium, quod in
superioribus notauimus. Hoc enim tempore dominum Ie-

Matt. 26. sum hymnum dixisse legimus apud beatum Matthæum & D

Mar. 14. Marcum, postquam consecrauit, & obtulit in cruentum sa-
crificium sui corporis & sanguinis in coena, docens qui-
dem tunc debere nos dare gloriam laudi eius. Verè hic de-

Psal. 146. cet quod scriptum est: Deo nostro sit iucunda, decoraque
Hymni su laudatio. Maximè rem hanc sanctæ Ecclesiæ studiū in eli-
blimiores gendo sublimiores hymnos, pro tempore huius sacrificij,
in missa. confirmat. Quippe quæ Angelorum hymnum, quem sub
ortu huius magni regis decantauerunt, in principio domi-
no offert, magnificis titulis & illustribus valde nominibus

Luce. 2. ampliatum. Gloria in excelsis Deo (inquit) & in terra pax
hominibus bonæ voluntatis. Laudamus te. Benedicimus
te. Adoramus te. Glorificamus te. Gratias agimus tibi pro-
pter magnam gloriam tuam, &c. Sed & hymnus Angelo-

Apoc. 19. rum, quæ audiuit beatissimus Ioannes in sacra Apocalypsi,
quasi tubarum multarum in celo dicentium, Alleluia, mu-
tuauit ab ore eorum, ut hic in diuinis laudes cedar. Cum
verò

A verò appropinquat diuinæ consecrationi, nō Angelorum
vtitur, vocibus, aut canticis, sed beatissimorum Seraphim
trisagium Deo nostro decantat. Sic duo Seraphim Deo de
cantabant in cœlo: Sanctus, Sanctus, Sanctus. Cui adiungit *Esa. ca. 6.*
sacrorum puerorum voces, & hymnum, quē Christo, san-
ctam ciuitatem ingredienti, decantauerunt, sicut per pro-
phetam prædictum fuerat: Ex ore infantium & lactentium *Psal. 8.*
perfecisti laudem. Et quid dicam? Sub ipsa sacrificij cōsum
matione, cum dominū sumimus, hymnum illum sacrofan-
tum beati Ioannis Baptistæ decātāt: Agnus Dei qui tollis
peccata mundi, miserere nobis, vt simul sit hymnus & ora-
tio. In quo sacrificio licet plures sint orationes, illa tamen,
quē inter omnes principatum habet, Pater noster, qui es in
cœlis sanctificetur nōmē tuum, decantatur. Vides quomo-
do omnia sunt Angelica, omnia Seraphica, omnia diuina,
quaꝝ pro hymnis assumimus in hoc officio? Sit ergo mini-
ster puritate Angelus, ardore amoris Seraph, diuinusque.

B Scriptum est enim. Ecce ego mitto Angelum meū & præ- *Malac. 3.*
parabit viam ante faciem tuam, &c. Ipse, scilicet, Christus,
quasi ignis conflans & quasi herba fullonum, & sedebit con-
flans & emundans argentum & purgabit filios Lœui, & co-
labit eos quasi aurum, & quasi argentum, & erunt domino
offerentes sacrificia in iustitia. Et placebit domino sacrifi- *Lege Am-*
cium Iuda & Hierusalem, sicut dies seculi & sicut anni *broſiū su-*
qui. Talem decet esse sacerdotem, huius sacrificij ministrū *per psalm.*
mundū, impollutum, segregatū ab hominū peccatis, licet *36.*
ab eorum infirmitate alienari non possit, quasi aurum igne
examinatum & quasi argentum purgatum septies. Super
omnia desiderabilis est gloria Dei nostri tempore huius
sacrificij in hymnis & canticis spiritualibus, vt impleatur
quod scriptum est: Afferte domino gloriam & honorem, *Psal. 28.*
afferte gloriam nomini eius, & in tēplo eius omnes dicent
gloriam. Omnes inquit Sacerdotes, chorus, populos, qui *Psalm.*
etiam suo modo offert & sacrificat. Dicamus ergo omnes:

Super Psal. 50. Homilia vigesimasecunda.

Domine labia mea aperies: & os meum annuntiabit laudē C
Psal. 94. tuam. Dicamus omnes in templo Domini Dei nostri glo-
riam, procidamus ante eum, quoniam ipse est Dominus
Psal. 22. Deus noster, nos autem populus eius & oves pascuæ eius,
quia in loco pascuæ nos collocauit, pabulum suæ carnis, &
calicem sui sanguinis præparans. Vere h̄ic dicamus cū pro-
pheta. Domine labia mea aperies, & os meum annuntiabit
laudem tuam. Iam comprobabis quod scriptum est, & nos
Psal. 17. promisimus declarare. Laudans inuocabo Dominū: & ab
Vtilitas inimicis meis saluus ero. Nonne memoria retines, quæ
astantium paulò anteā secundum patrum venerabilium doctrinam,
diuinis lau diximus de vtilitate audiendi, & decantandi psalmos, diui-
dibus. nasque laudes, cum Domino decantantur? Etiam serpen-
tes, intra cordis nostri sinum latentes, extrahuntur manu
Esaie. 11. domini, sicut per prophetam dictum fuerat: Et delectabi-
tur infans ab ubere super foramina aspidis, & in cauernam
reguli, qui ablactatus fuerit, manum suam mitteret. Cor no-
strum est cauerna reguli. Etiam usque ad gemitus & suspi-
ria impellitur cor nostrum, cantibus Ecclesiasticis. De hac
August. in re lege beatum Augustinum & Ambrosium. Verba Augu-
stini hæc sunt: Iam verò cognitis inimicis videamus tute-
cūdū Mat lam. Laudans inuocabo Dominum & ab inimicis meis sal-
th. sermo uos ero, &c. Vides quam expressa scriptura comprobatur
ne. 8. To- efficacia diuinarum laudum ad nostram liberationem de-
mo. 10. fol. manu inimicorum, & illo maximè tempore, cum adeat ve-
30. cap. d. ra & realis præsentia domini Iesu, sub sacramento Eucha-
& beatus ristiz? Hic tentationes prosternuntur, viresque tentator
Ambro. in amitrit. Hic mens illuminatur, cuius igne accenditur cor
prefatio. nostrum. Hic magna desideria oriuntur. Denique ad om-
super Psal. nis gratiæ fontem, cum hymnis & canticis & psalmis aquā
37. Tomo. viuam bibitori accedimus, vnde nostræ concupiscentiæ ar-
4. fol. 50. dor extinguitur. Optimè ergo scriptum est: Laudans inuo-
cabo Dominum & ab inimicis meis saluus ero, per Domi-
num nostrum Iesum Christum. Amen.

Super

A S V P E R P S A L M V M Q V I N²
quagesimum. Homilia vigesimatercia.

Quoniam si voluisses sacrificium dedissem utiq;
holocaustis non delectaberis.

A R G V M E N T V M.

B O N S T R V C T I O presentis versus proponi
tur, secundum beatum Ambrosium Augustinum,
& Hieronymum, ex qua magnum documentum
pro nostris pœnitentibus consurgit, ad eorum infor-
mationem. De causis ceremoniarum, & sacrificijs Moysi dispu-
tatur, & quod non delectabatur Deus in illis, neq; ius sit ea, cum
eduxit filios Israel de AEgypto & quod in illis significabat Spi-
ritus sanctus magnificum sacrificium Christi. Declaratur quo-
modo illa precepta sacrificiorum dicta sunt à propheta Ezechie-
le, non bona, & quod Euangelium & sacerdotium Christi pro-
missum, fuit in prophetis, ubi insignis prophetia Moysi: Prophe-
tam suscitabit vobis dominus exponitur, & cum beato Irenæo
verbū illud, Ego autem dico vobis. Iam sacrificium duorum
hircorum, quod Leuitici cap. 12. iubebatur, eleganter cum bea-
to Cyrillo declaratur, & historia ænei serpentis cum multis scri-
pturis & argumentis pro domino Iesu, & eius aduentu, & diui-
nitate, cum beato Athanasio. Ultimo tamen loco exhortatio ad
populum & ministros altaris Domini, pro tempore sacrificij
corporis & sanguinis eius proponitur.

Quoniam si voluisses sacrificium dedissem utiq;
holocaustis non delectaberis.

L iteram (prout moris est ex sacerorum patrum sententijs)
elucidemus, unde ostium ad loquendum aperiatur no-
bis, si ille, qui habet clavē David dñs Iesus, concederit. Huic Construc-
tus versus duplex datur constructio: Quidam ita ordinant, etio.

Gg 2 vt accu-

Super Psal. 50. Homilia vigesimatercia.

vt accusatiūs, sacrificium, regatur à verbo, voluisses. Ad-
uerbiū autem, Vtiq; iungatur verbo, dedissem. Adhunc
sensum. Si sacrificium voluisses, vtiq; dedissem, ac deinde
legatur, holocaustis non delectaberis. Hanc sententiā non
possimus comprobare ex lectione Hebræa, quæ non ha-
Hierony- bet aduerbiū, vtiq;. Nam beatus Hieronymus ita vertit:
-mus. Non vis vt victimam feriam, neq; holocaustum tibi pla-
cet, vbi nunquam particula ista, vtiq; ponitur, quæ difficul-

Augusti. tatem facit. Beatus Augustinus, & Hieronymus, aduerbiū
& *Hiero.* vtiq; cum verbo dedissem coniungunt, similiter & beatus
super hunc Ambrosius. Est ergo planus sensus: Si millia & decies cen-
locum.

Ambros. centena millia, animalium, taurorum aut agorū, in holocau-
sta pro expiatione maximæ iniquitatis meæ voluisses,

Apologia & tibi placitum esset, dedissem ego vtiq;. Sed scio hæc tibi

David. I. non placere, prout proximè demonstrasti mihi. Hanc sen-
tentiam desumpsimus ex beato Basilio cuius hæc sunt ver-

Basilius su- Ba*per huc lo-* dicentem introduxit: Non accipiam de domo tua vitulos; D
cum.

qua voce percepta & intellecta dicit: Quoniam si voluiss-
Psal. 49. less sacrificium dedissem. Tu nāq; (inquit) testatus es non
esse tibi grata & accepta brutorum animalium sacrificia.

Primo omnium, quia magna sunt, quæ præsenti versu
inuoluntur, pro omnium utilitate, quibus per omnia con-
sulere desideramus, quandam considerationem proponā,
quæ valde ad eruditionem & excitationem pœnitentium
conducit & per omnia literalis & germana videtur. Consi-
dera obsecro sancti Davidis animi præparationem ad redi-
menda peccata sua etiam si mille holocausta essent domi-

Redemptio nō placita & accepta. Quoniam si voluisses sacrificium de
anime quā dissem inquit. Non parcerem magnis expensis, & sum-
ptuosa. ptibus, si tibi domine esset iucundum & gratum. Præsens
negocium non uno loco tamen pertractauit dominus Ie-
sus, neque vulgaribus sermonibus, sed magni ponderis,
ita ut usque ad hyperbolēn ascenderit, de redēptione
animæ

A) animæ nostræ sermonem agens. Si oculus tuus scandalizat *Matt. c. 5.*
 te, erue eum & projice abs te abscinde & manum tuam &
 projice abs te. Quid enim prodest homini, si universum
 mundum lucretur, animæ vero suæ detrimentum patiatur?
 Aut quam dabit homo commutationem pro anima sua? Fi-
 lius quidem hominis vèturus est in gloria patris sui. & tūc
 reddet vnicuiq; iuxta opera sua. Post redditionem vniuersu-
Nota val-
de.
 quis secundum opera sua, quam dabit homo commuta-
 tionem pro anima sua? Pro placatione diuinæ iræ, quā ad-
 uersus semetipsum excitauit peccator, quam non debet da-
 re commutationem? Quod non debet offerre sacrificium?
 Pro libertate à miserrima seruitute diaboli, & captiuitate
 eius, quod aut quale est magnum, aut grande nimis pretiū?
 Pro liberatione ab æterno igne, & caligine corporis & ani-
 mæ (vtrunq; enim perdet Deus in gehennam) quod pretiū
 est magnum? Non magnum pretium exigitur à nobis pro
 saluanda anima cum præcipit iudex, qui venturus est cum
 q; potestate magna & maiestate ut eruamus oculos nostròs,
 & projiciamus à nobis, idest, vt illa, quæ tam chara tam iu-
 cunda sunt nobis, sicut oculus, etiam si cum rāto ac tam gra-
 vi sint euellenda dolore, sicut oculus à facie nostra, cum in
 genti tristitia & mœrere eruitur. Non magnum hoc, ma-
1. Cor. c. 6.
 iori enim empti sumus, sanguine, scilicet Christi Iesu Do-
 mini nostri. Quid adhæc dicit avarus, qui velut Deum, pe-
 cuniā colit & adorat. Nec debita iustissima, vsq; ad depo-
 situm, quod ingentem inducit obligationem, soluit? Quid
 adhæc miser & miserabilis homo carnalis, qui factus est ca-
 ro vna & anima vna, cum muliercula meretrice? Heu quā-
 tus dolor in eruendo oculo materiali, quantoq; gravior in-
 fugienda meretrice. Fuga enim in huiusmodi necessaria *Fugane-*
est, sicut docet sacratissimus Paulus: Fugite fornicationem, *ceffaria*
 Hic gladius acutissimus verbi Dei necessarius est valde, vt carnali-
 fiat diuisio animæ ab anima, & corporis à corpore. Vtrūq; bus.
 eam coniungit eorum glutinum infernale, sed ecce gladiū
1. Cor. c. 6.

Super Psal. 50. Homilia vigesimatercia.

Luc. 12. quod vtrumq; diuidet. Ego ostendam vobis quem timēas. C. tis. Timere eum, qui postquā occiderit corpus, potest cor- pus & animam perdere in gehennā ignis & ponet vtrūq;

Psalm. 20. velut elibanum ignis in tempore irā suā. Hæc attende, o homo & tu, qui hæc scribis vtrumque aperi oculum. Rogate dominum humilibus lacrymis, vt mentem vestram illumi- minet, vt quæ docemus, positis animo percipere. Paratissi-

mique sitis terapre pœnitentiæ & maxime confessionis ad quæque sacrificia offerenda domino, ad quamcunq; sa- tisfactionem ad omnem solutionem pecuniarum & famæ restitutionem. Hæc enim necessaria sunt in nostra pœni- tentia. Et hæc diximus considerantes Dauidis animum, ad offerendum domino magna sacrificia pro peccatis suis, si

Luc. 3. ei placuissent. Hinc voces illæ Euangelicæ. Facite fructus

Ioann. 12. dignos pœnitentiæ. Qui odit animam suam in hac vita, in *Ioel. ca. 2.* vitam æternam custodit eam. Hinc vniuersum propheta- rum inuitatorum ad cordis scissionem, & cōtritionem &

ad lacrymas, & saccum, ad silicium, & caluitum ad cineris D stratum, ad ieinium, fletum & planum, addiscessum spō si de thalamo spōsæ. Nec magna, aut nimia omnia hæc pro animæ nostræ redempzione. Quam tanti fecit Dominus Iesus, vt crucis patibulum pro ea ascenderit, passusque est acerbissimam, & opprobriosissimam mortē. Quam mor- tem præuidens Dauid reuelatis oculis, futurum verū sacri ficium pro omnium salute, & maxime prædestinotorum inquit: Holocaustis non delectaberis.

Ceremo- Notandum est antequā ad mentē prophetę accedamus,

nie & sa- quod ceremoniæ veteris legis duplē causam habebant,

critica ve vñā scilicet, literalē secundū quod ordinabātur ad cultu-

teris legis. Dei, eiusque reverentiam, aliam quidē mysticā, siue figu-

ralē, secundū quam præmonstrabant, & figurabāt Christū Iesum dominū nostrū. Et ex vtraq; parte potest conuenie-

ter assignari causa ceremoniarū, quæ ad sacrificia pertine- bant. Secundū enim quod sacrificia ordinabantur ad hono-

A. rem & pietatem erga Deū, duplex causa assignari potest.

Aut quia repræsentabatur ordinatio mentis in Deum, ad quam inuitabat ipsum sacrificium. Ad rectam autem, ordinatio nationem mentis in Deum spectat, ut cuncta, quæ homo mētis possidet, profiteatur à Deo tanquam à primo principio dicta. manare & dirigat in Deū, tanquam in ultimum finem, & hoc repræsentabatur in oblationibus, & sacrificijs. Secundū quod homo ex rébus suis, quasi in recognitionē, quod haberet ea à Deo, in honorem Dei ea offerebat, secundū quod ipse David dicebat: Tua sunt omnia & quæ de tua manu accepimus, dedimus tibi, & ideo in oblationibus hostiarū protestabatur homo, quod Deus esset principium creationis omnium, & ultimus finis, ad quem essent omnia referēda. Et quia pertinet ad rectam ordinationē mentis in Deū, ut mens humana, non recognoscat alium prīmū auctore, nisi solum Deum, neq; in alium finem suum cōstituat: Propter hoc prohibetur in lege, & merito quidem offerri sacrificium alicui, nisi soli Deo. Sic enim scriptum est: Qui immolat dij, occidetur, præter dominos soli. De quo infra sequenti homilia, ad longum, iterum repetentes sermonem hunc. Alter possunt considerari ceremoniæ & sacrificia, vt potè quia per illa retrahebantur homines à sacrificijs dæmoniorum & idololatriæ, ad quam declinabat facile gens illa; in AEgypto nata & educata. Iam ergo mirabile quidem apparet cum tempore Davidis lex Moysi obligaret, omnesq;, qui circūcidebantur debitores siebant vniuersæ legis faciendæ, scriptum q; in easit ac diffinitū, quod aut quale deberet pro principis peccato offerri sacrificiū, mirabile inquam certe est, quod noster David assueranter inquit: Quoniam si voluisses sacrificium, dedissem utique holocaustis nō delectaberis Quod voluerit Deus, ipsa eius lex indicat. Cōvictusq; est David de homicidio, & adulterio aduersus Vriam per Nathā prophetā, debebat ergo aricē in sacrificiū, quia sciēt & nō per ignoratiā;

B. sacrificium alicui, nisi soli Deo. Sic enim scriptum est: Qui immolat dij, occidetur, præter dominos soli. De quo infra sequenti homilia, ad longum, iterum repetentes sermonem hunc. Alter possunt considerari ceremoniæ & sacrificia, vt potè quia per illa retrahebantur homines à sacrificijs dæmoniorum & idololatriæ, ad quam declinabat facile gens illa; in AEgypto nata & educata. Iam ergo mirabile quidem apparet cum tempore Davidis lex Moysi obligaret, omnesq;, qui circūcidebantur debitores siebant vniuersæ legis faciendæ, scriptum q; in easit ac diffinitū, quod aut quale deberet pro principis peccato offerri sacrificiū, mirabile inquam certe est, quod noster David assueranter inquit: Quoniam si voluisses sacrificium, dedissem utique holocaustis nō delectaberis Quod voluerit Deus, ipsa eius lex indicat. Cōvictusq; est David de homicidio, & adulterio aduersus Vriam per Nathā prophetā, debebat ergo aricē in sacrificiū, quia sciēt & nō per ignoratiā;

Super Psal. 50. Homilia vigesima tercia.

peccauit Non dubito beatum Hieronymū præuidisse hoc C
argumentum, cū dixit: Audiant Iudei sacrificia sua cessas-
se (nō quidem eo tempore quo hæc scripsit sanctus David,
sed post Christi mortem) intelligent etiam per alium pro-
phetam Deum loquentem: Sabbathā, holocausta, neome-
Cap. 1. niasq; vestras odiuit anima mea. Hoc dixit Esaias prophē-
ta. Prophetico ergo spiritu loquiutus est sanctus David, si-
cū & ceteri prophetæ de cessatione legalium hostiarum,
non eo certe tempore, quo hæc scribebant. Sed futura post
Christi mortem decantantes. Neq; eo tempore in sanguine
animalium, aut adipe eorum delectabatur Deus, sicut
statim cumprobabo. Quod si vel tempore legis naturalis,
vel post diluvium testatur scripture, ostendisse dominum
Deum, evidentibus signis, gratia sibi fuisse animalium, aut

Gene. c. 4. animalium sacrificia, sicut demonstrauit super sacrificiū Abel

3. Re. c. 18 super quem inflammavit, vel super sacrificium Eliæ, vbi
de cœlo missō igne, absumpserat taurū, ligna, lapides, &c. vel

cum dicit odoratum fuisse Dominum odorem suavitatis, D

Gene. c. 8. cum sanctus Noe tollens de cunctis pecoribus & volatili-
Fides offe- bus mundis obtulit holocaustum, super altare. Hæc omnia
rentium. ad offerentium fidem & devotionem, non ad ipsa sacrificia, referenda sunt. Super hoc ultimum verbum dixit bea-

Theo. q. 53 tus Theodoreetus: Exceptit ipsius Noe promptiudinē ani-
in Genesi, mi, non quidem hoc nido delestatuſ (nihil enim peius

oleat quam ossa exusta) sed offerentis animum laudans. Nō
enim partes corporeas habet Deus, vt illi nares etiam tri-
buere possimus. Nam per nares fit olfactus. Remunerat er-

go illum benedictione, & cum esset semen generis & ra-
Gene. c. 1. dix naturæ atq; secundus Adam, largitur ipsi benedictionē, quam con sequutus erat ille vbi formatus est: Crescito, &c.

Dicamus ergo quod nec tempore Moysi delectabatur Deus, sanguine vitulorum, aut taurorum, aut arietum, neq;
aliquo ex tantis sacrificijs, quæ secundum legem offere-
bantur. Non enim primo voluit illa dominus Deus, neque
iussit

Aiussit sibi aliquod sacrificium offerri, sicut aperte testatur Hieremias propheta in hæc verba: Hæc dicit Dñs exercituum Deus Israel: Holocausta vestra addite victimis vestris, & comedite carnes, quia non sum loquutus cum patribus vestris; & non præcepi eis in die, qua eduxi eos de terra AEgypti, de verbo holocaustatum aut victimarum. Sed hoc verbum præcepi eis dicens: Audite vocem meam & ero vobis Deus: & vos eritis mihi populus & ambulare in omni via, quam mandaui vobis, ut bene sit vobis & non audierunt, neq; inclinaverunt aurem suam, sed abierrunt in voluptribus suis, & in præfuitate cordis sui mali, facti sunt terror sum & non in ante adie qua egressi sunt patres eorum de terra AEgypti, usque ad die hanc. Super quod inquit beatus Hieronymus: Quorum reprobaretur. Hieron. suplū necessario reprobat & sacrificia: & oblique arguit eos, per cap. 7. quod non veneratione sui, sed popularum desiderio immolent victimas, Quod autem ait: non sum loquutus cum pa-

Btribus vestris, & non præcepit eis, in die qua eduxi eos de terra AEgypti super verbo holocausti & victimarum, manifeste intelligitur, quod primum decalogum dederit, in tabulis lapideis scriptum digito Dei, & post offensam idolatriæ, caputq; vituli, poste iussere sibi magis fieri, quam demonibus, auferens puram religionem mandatorū Dei tuli. & concedens sanguinem victimatum, carniumq; desiderium. Hæc verba scripta sunt in Lévitico; Et nequaquam Leuit. 17. ultra immolabunt hostias suas dæmonijs, cum quibus fornicati sunt. Sed certè de verbo victimæ, ante caput vituli Nota. & ante decalogum, præceptum habuerunt, sicut patet Exod. cap. 12. Hæc habebitis hunc diem in monimentum, & celebrabitis eum solennem Domino in generationibus vestris, cultu sempiterno. Sermonem agebat Moyses de immolatione agni paschalis, quæ victimæ erat, sicut Exodi cap. 12. scribitur: Victimæ transitus Domini est. De verbo autem holocaustatum, cæterarumq; oblationum manu

Super Psal. 50. Homilia vigesima tercia.

datum est illis, postquam vitulum adorauerunt, ut Deo offerrent quæ dæmonijs offerre erant paratiſſimi. Propter

Hieron. c. hæc huiusmodi præcepta, ab eodem Ezechiele dicta sunt
20. ibi. non bona, & iudicia, in quibus non viuent facilis est inter-

Cyri. li. 9. pretatio, ex his præcipue, quæ statim dicturi sumus. In il-

in fine. lis tamen significabat Spiritus sanctos magnum redem-
ptio nis nostræ sacrificium, quod in atra Crucis erat immo-

Ad Gala. landum & offerendum. Vnde verè dictum est fuisse om-

nia illa egena, & infirma elementa nullius sanctitatis &
gratia per se ipsa, nec Deo grata, ut autem præfigurativa
magni mysterij, sic grata Deo & accepta, & sanctificantia,
usque dum aduenit vera hostia, verum & pinguissimum
sacrificium crucis, quod in illis omnibus præmonstraba-

Et adeo infirma erant omnia illa veteris legis sacrificia, de quibus non dubitauit sanctus Ezechiel dicere, immo Di-

Cap. 20. dominus per illum: Ego dedi eis præcepta non bona & iu-

dicia in quibus non viuent. Super quod verbum, post mul-

Hierony- ta, inquit beatus Hieronymus: Per quæ ostendit eis se de-

misis. disse præcepta non bona, qui in eterno morabantur. Sed

his quos dispergere volebat in nationes, & facere in toto

orbe peregrinos, dare coegisse quæ non dedit, ut vbi præ-

cepta Dei bona, vitio suo non bona facerent, dum idolis

exhibitent, quæ Deus præcepit sibi exhibenda. Potest &

hoc dici, quod ante offendam, decalogum tantum accep-

ta, post idolatriam vero & blasphemiam multiplices

legis ceremonias, ut Deo protulissent viuimus, quas

dæmonibus offerebant, ut comparatione sacrilegij, leuius

ficeret, quod non erat per se bonum & nequaquam malum,

quia Deo offerebatur & tamen non bene quia boni audito-

rem offenderant. Non enim statim se quietur ut quod honu-

1. Cor. c. 7 non est, sit malum. Sicut Apostolus docet. Bonum est hos-

A minem mulierem non tangere vel uxorem; sed propter incontinentiam suam, vnumquenq; possidere vas suum in sanctificatione & sanctitate & castitate. Quod si non fecerit, nec bonum nec malum est. Hæc beatus Hieronymus. Alteram rationem accipe ad dissoluendam præsentis loci difficultatem, & aliarum questionum. Israeli, cum offendisset, & desiperet, recteque incedere nō posset, in umbbris & literis quasi adhuc paruulis, legem constituit Deus, didicique populus ille per Ezechiel: Et extendi manum meam super eos in deserto, ad dispergendum eos in regionibus, eo quod iustificationes meas non fecerunt, & præcepta mea repulerunt & Sabbathum meum prophanauerunt, & post cogitationes patrum suorum fuerunt oculi eorum: & ego dedi eis præcepta nō bona & iustificationes, in quibus non vivent in eis. Oportebat (inquit beatus Cyrillus) quia *Cyrill. li. 9.* benevolentia erga Deum resilierunt, & impliciti facti *contra Iutuli* criminibus (hoc enim opinor significat) quod post cōlaniū *Apo*

B cupiscentias patrum suorum oculos habebant à familia stat. ritate erga Deum exciderant omnino, & ingentium capi regionibus, omni Dei cura priuatos. Quoniam autem bonus est Deus, & sapientissimi Moysi preces honorabat, legitima quidem ipsis dabat rudimenta, veruntamen non bona, sicut ipse dicit, neque valentia præstare vitam, ipsa impletibus. Non bona autem legitima quomodo? *2. Expositio.* Quantum ad veritatis inquam pulchritudinem. Incomparabiliter enim utilem anigmatibus veritas: Siquidem non est mentitum quod his, qui ex sanguine Israel nulla prorsus utilitas erat, quod comedebant panes non fermentatos, at ijs, qui improbitatis fermentum abiecerant, & ablutum habent cor, & nihil impollutum & immundum diligebant, honorem eximium dedit Deus, ut participes fierent æternæ vita. De his omnibus Esaias propheta inquit: *Quis enim hæc quæsivit de manibus vestris?* De quo lege eundem *Cyriillum.* *De libro orationibus belosculot.*
Hæc

Super Psal. 50. Homilia vigesima tercia.

- Psal. 190.* Hæc omnia promissa erant in scripturis sanctis propheta-
tarum. David enim dixit: Iurauit dominus & non pœnitentia-
Ad He. 7. bit eum, tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Mel-
chisedec, non dixit secundum ordinem Aaron, qui primus
Pontifex creatus est in generatione illa, & necesse est, ut
translato sacerdotio & legis translatio fieret, sicut scriptum
est: statuam illis testamentum alterum sempiternum, ut
Baruc. 2. sim illis in Deum & ipsi erunt mihi in populum, & nō mo-
uebo amplius populum meum filios Israel à terra quam
dedi illis. Hoc nouum testamentum non sine sanguine de-
Zach. 9. dicatum est, non tamen taurorum aut vitulorum, sed agni
immaculati Christi, de quo alius propheta: Tu quoque in
sanguine testamenti tui, eduxisti vincitos tuos, qui erant in
Cap. 31. lacu sine aqua. Hieremias etiam apertissime, de cessatione
& consummatione legis suæ scripsit. Ecce dies venient di-
cit dominus, & feriam domini David & domini Iuda secundus
nouum, non secundum pactum, quod pepigicūm patribus
vestris in die, qua apprehendi manum eorum, ut educerē D
eos de terra Aegypti, pactum quod irritum fecerūt, & ego
dominatus sum eorum dicit dominus. Sed hoc erit pactū,
quod feriam cū domo Israel post illos dies dicit dominus.
Dabo legem meam in visceribus eorum, & in corde eorū
scribā eam: & ero eis in Deū, & ipsi erūt mihi in populum.
Propter has, & ceteras apertissimas voces prophetarū cum
de Euāgelo Christi disputaret sacratissimus Paulus dixit:
Rom. c. 1. Paulus seruus Iesu Christi segregatus in Euāgeliū Dei,
quod anteā promiserat per prophetas suos in scripturis
sanctis, de filio suo. Non nouum est Euāgeliū, sed anti-
Nota. quum promissione prophetarū. Propter huius diuinī pro-
missi & ceterorum integrerrimam impletionem, quam
fecit Dominus Iesus dixit ipse apud Matthæum, dans le-
Matt. c. 5. gem & promissum foedusque sempiternum: Nolite puta-
re quoniam veni soluere legem, aut prophetas, non veni
soluere sed adimplere. Quid est veni adimplere? ut re-
& veri-

A & veritate implereim, quod ante erat prōmissum. Et nota, quod illo potissimum tempore verbum hoc protulit, veni adimplere, cum nouam legem dabant pro vniuerso mundo, non pro gente Israel tantum.

Vnum de præcipuis quod in ea promittebat, nouum Legislator dator erat, quæ est Euangelium nostrum. Prophetam premissus. de gente tua, & de fratribus tuis sicut me, fuscitabit tibi. Deut. 18. minus Deus tuus. Hoc igitur cum decesset, ille compleuit, Dominus, scilicet Iesus Christus. Alter enim legislator existit, qui veram pietatem & religionem in Deum omnes docuit. Quod enim Moyses non simpliciter dixit prophetam sacerdotum sed cum additamento (tanquam se) prophetam enim (inquit) vobis fuscitabit Dominus Deus vester, tanquam me: illum audieris, quid aliud intelligi vult, nisi eum, qui prædicetur, ipsi Moysi adæquatum esse venturum? Moyses autem legem, ut summus Deus coleretur posuerat. Ergo prophetam hunc, de quo vaticinia feruntur, quod Moysi similis futurus esset, legislatorem illi similem extitisle necesse est.

B Quia quanvis post Moysem prophetæ innumerabiles extiterint, de nullo tamen tale testi- Nota Val-
monium prolatum est, quod Moysi similis extiterit. Cun- de.
sti enim ad illum ipsos remittebant audientes. Et sane hoc ipsum testificatur scriptura, non surrexisse prophetam Moy si similem. Neq; igitur Hieremias, neq; Esaias, neque alias quisquam prophetarum illi similis fuit, propterea quod neq; legum quidem auctor fuerit aliquis eorum. Cum ergo ex vaticinio Moysi propheta & legislator fuscitandus expectaretur, aduenit dominus noster Iesus Christus, legem cunctis gentibus proponens, & quæ supererent ipsam legem, pertractans. Illud enim dictum est antiquis: Non moechaberis: nobis autem, ego dico vobis, non concupiscere. Vbi Nota Val-
nota verbum. Ego autem dico vobis, in hac legislatione de. multoties repetitū, prout beatus & vetustissimus Ireneus ipsum declarat. Hic gloriosus Doctor cum evidēter ostenderet

Super Psal. 50. Homilia vigesima tercia.

Irenaeus. 4.
lib. aduers. suis est filius, ad eos colonos, qui interfecerunt eum, ab hoc,
h. heres. cap. & serui, sed filius quasi a patre veniens principali auctoritate dicebat. Ego autem dico vobis, serui autem, quasi a domino seruiliter, & propter hoc dicebant: Haec dicit dominus. Tanquam dominus, tanquam filius, tanquam Dei virtus & sapientia, tanquam verus & primarius legislator loquitur, cum legem sempiternam statuit. Ego autem dico vobis. Non dicit dominus Deus vester, per me dicit ad vos hoc, aut illud. Sed quid inquit Ego autem dico vobis. Adimplevit ergo dominus noster Iesus Christus legem, & prophetas, promissa eorum exhibens, & signataque & figuratas.

Nota. Lex Moysi veteris legis veritate replens, & ita eterna est illa lex, sicut eterna quo nullies in veteri testamento legimus, minime enim cessat modo.

Venit ergo Christus, non soluturus legem & prophetas, sed complebens potius sicut ipse dicit. Hoc attendebat beatissi D

2. Cor. c. i. mus Paulus, cum inter alia multa, de Dei nostri immutabilitate & veritate, statim intulit de Christo: Quotquot in illo promissiones Dei sunt, in illo, Est, & ideo per ipsum dicimus amen Deo ad gloriam nostram. Verax ostenditur Deus pater, per dominum nostrum Iesum Christum, cum hic adimplevit, quæcunq; lege & prophetis scripta sunt & promissa. Sicq; redditæ est spiritualis lex, declarataq; quomodo sit eterna in exhibitione nostri sacrificij, in quo hoc verbum auditur. Hic est calix sanguinis mei novi, & eterni testamenti, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Quod cum vere, & aperte esset Davidi reuelatum, sicut in superioribus dicebamus, unde & Laminasseach consecravit psalmū, iam nunc in fine inquit. Quoniā si voluis- ses sacrificiū dedi sem vtiq; holocaustis non delectaberis. Placet mihi vnum ex veteribus sacrificijs, alteramq; figura diligitius scribere, vt præsens negotiū clarius & vi-

A lios forsitan, & incundius absoluamus. Præcipiebat dominus *Lxx. c. 26.*
 Deus seruo suo Moysi offerri sibi quoddam sacrificiū pro
 populi peccato in hunc modum: Cumq; obtulerit vitulū
 & orauerit pro se & pro domo sua, duos hircos stare faciet *Duo hirci.*
 coram domino in ostio tabernaculi testimonij, mittens su
 per vtrunq; sortem, vnam domino, & alteram capro emis
 sario: cuius exierit fors domino, offeret illum pro peccato,
 cuius autem in caprum emissarium, statuet eum viuum co
 ram domino, vt fundat preces super eum & emittat eum
 in solitudinem. Cumq; mactauerit hircum pro peccato po
 puli, inferet sanguinem eius intra velum sicut præceptum
 est de sanguine vituli, vt asperget ē regione oraculi, & ex
 pier sanctuarium ab immunditijs filiorum Israel, & à præ
 varicationibus eorum, cunctisq; peccatis. Postquam emun
 dauerit sanctuarium, & tabernaculum & altare, tūc offeret
 hircum viuentem & posita vtraq; manu soper caput eius,
 confiteatur omnes iniuitates filiorum Israel, & vniuersa
 B delicta atq; peccata eorum, quæ imprecās capitī eius, emit
 teret illum, per hominem paratum, in desertum. Cumq; por
 tauerit hircus omnes iniuitates eorū in terrā solitariā, &
 dimissus fuerit in desertum, &c. Hæc sanctus Moyses de ca
 pro emissario, & de altero, qui mactabat. Magna sunt hæc,
 magniq; mysterij grauida. *Quis sapiēs & intelliget illud?*

In primis notare oportet aduersus insignem illum Apo *Iulianus*
 statam à fide Julianum Cæsarem, pluresque alios hære. *Apostata.*
ticos, non altero principio omnis mali auctori conse
 cratum esse emissarium hircum. *Malū prin*
evidentibus rationibus probat beatus Cynillus. Quo *lum,*
modo enim, qui omnium est conditor, cum ultra omne *Cyrillus* *tempus,*
& supra omnium cognitionem, solus sit natura tima epi
Deus ac Dominus, nunquam sit passus Satanam apostolam *stola & li*
tem, quasi quandam regni sui ac gloriæ consortem afflu *aducis*
mere: cum audianus eum manifeste per vnum, ex pro *Iulianum.*
phetis suis dicentem: Gloriam meam alteri non dabo, nec *Esa. 42.*
fieri

Super Psal. 50. Homilia vigesimateria.

fieri potuerit, ut quæ Deo per legem consecrantur, cui sa- C
li honor latræ debetur, eadem dæmonijs, tanquam mune-
ra & hostium offerantur & mittantur? Sic certè Moyses

Deut. c. 6. sibi ipsi erit contrarius. Ab eo enim scriptum est: Domi-
num Deum tuum adorabis & illi soli seruies & coles, &
non erunt tibi dij alij præter me. Præcepit & perdere om-
nia loca idololatrarum gentiū, quomodo ergo potuit præ-
cipere, ut diabolo, aut mali auctori mitteretur hircus vi-

Exo. 32. uus? Dixitq; dominus ad Moysen. Vade & descende hinc
velociter, peccauit enim populus tuus, quem eduxisti ex

Aegypto, feceruntq; sibi simulacrum quam magnam for-
nicationem & delictū grauiter vindicauit dominus, vsq;
ad multorum millium internectionem. Quomodo ergo iu-
beret offerri dæmonibus viuum hircum? Prætereà & his,
qui Beelphegor initiati fuerant, quando cum mulieribus
Moabitarum corporali venustate ad defectionem cōmo-
ti implicabantur, acerbam iotulit vindictam. Perierunt
enim haud pauci numero propter eam culpm. Non ergo, D

O apostata iuifidelis, & inuercundé, dæmonio missus est
secundum legem caper aut hircus emissarius, sed magni sa-
cramenti hæc res imaginem refert. Quod suis coloribus

elegantissimè depingit beatus Cyrillus non vno loco tan-

Sacramen tum, cum hoc insigne apostata dialogum agens. Vide (*in-*
tum hirco quit) sacramentum, & quomodo in duobus hircis bene de-
rium. linietur. Caper enim hoc est hircus, pro peccatis sacerdo-
tis & populorum occidebatur, secundum quod in lege iu-
bebatur. Quoniam autem pro peccatis nostris immolatus

Cap. 53. est Christus hirco assimilatur. Nam sic dicit Esaias: Om-
nes sicut oues errauimus, vnuquisq; in via sua declinavit,
& Dominus tradidit ipsum pro peccatis nostris. Duo hirci
assumuntur, non quod duo Christi, hoc est duo filij, secun-
dum aliquos, sed magis quod oportebat videri occiden-
dum pro nobis, & morientem quidem secundum carnem,

viuentem autem secundum spiritum. Nec solus Moyses
Christum

A Christum dominum nostrum in duobus animalibus, significauit, sed Esaias propheta eodē capite in hæc verba: Obla Cap. 53. tus est quia ipse voluit, & non aperuit os suum, sicut ouis ad occisionem ducetur & sicut agnus, coram tondente se, obmutescet, super quod beatus Theodoreetus: nec sine cau- Theodore- sa mactationis simul, & tonsionis mentionem fecit prophetus in de- ta, sed quandoquidem Deus erat, & agnus, corpore vero prouidetia mactato impassibilis permanxit diuina natura, necessario serm. 10. utique diuinus quoque Esaias ouis mactationem simul & agni tonsurā nobis demonstrauit. Neque enim solum (in- quic) mactatus, sed & tonsus est. Nam secundum humani- tatem mortem sustinuit. Ut Deus enim viuens & impassibi- bilis permanens, corporis lanam tonsoribus dedit. &c, Vi- des quomodo non est peculiare beato Moysi in duobus ani- malibus, sacramentum diuinitatis & humanitatis in Chri- sto depingere? Sed & Esaias hoc ipsum ostendit. Ad Cyril lum redeamus cuius verbis vtimur, non enim decebat in B re ranta propriam sententiam proponere.

Sortes autem & nomina hircis, vni quidem illorum do- minus, alter autem Apompopæus, eo quod immolatione amandabatur, quemadmodum etiam dominus, qui occi- debatur. Descriebatur autem per vtrunq; vnum Christus & moriens pro nobis secundum carnem, & morte superior demonstrabatur, secundū diuinitatis naturam. Emitteba- turque in desertum, præfigurante terra deserta & inenar- rabili, gētium, sterilitatem. Sic enim, & nominatam illam & per sanctos prophetas inuenimus. Vnde scriptum est: Lætare sterilis sicutis, exultet desertum & floreat ut liliū, & iterum. Lætare sterilis, quæ non paris, erumpe & clama, Esaï. 4. quæ non parturis, quia plures filiae desertæ quam habentis virum. Ad hunc desertum hircus mittitur, ad quem diuini- nitatis prædicatio & fides per illum enim diuinitas signifi- catur) per sanctos Apostolos suos dominus Iesus in die Marci, vi- ascensionis suæ misit dicens: Euntes in mundum vniuersitimo.

142 Super Psal. 50. Homilia vigesimatercia.

sum prædictate Euangelium omni creaturæ. Qui credide-
rit & baptizatus fuerit, salutis erit. Quod quidem Euange-
lium virtus Dei est & potentia in salutem omni credenti,
Rom. c. 1. sicut testatur beatissimus Paulus. Vides quomodo latebat
sub velamine & cortice figuræ, magnum diuinitatis & hu-
manitatis sacramentum? & nostræ redemptionis miseri-
cordiosissimum opus, & gentium illuminatio, & votatio
ad fidem & sacramenta magna erant hæc, nec dignum ut
subito sub oculis nostris nuda apparerent, decebarque pro-
eorum maiestate, ut prius carnibus oculis, quod carnale
erat proponetur, ut inde spirituale spiritualibus, qui om-
1. Corin. 2. nia diiudicant, secundum mentem sacratissimi Apostoli,
& ipsam ratione loquimur. Propter hoc dicebat dñs Deus
se nolle sanguinem hircorum & vitulorū ceterorumq; ani-
malium, ut doceret quod non per seipsa offerri iussit, ne-
que permanstra, nisi usque dum veritas mysteriorum im-
pleretur. Propter hoc orabat sanctus David. Reuelacione
Psal. 118. los meos & considerabo mirabilia delege tua. Reuelatio, D
& illuminatio cœlestis, necessaria quippe erat ad intro-
spiciendum arcanum secretissimumque mysterium, quod
Illumina - intra carnalia sacrificia, & in sanguinis animalium effu-
sione Dei quā sione latebat. *Quis enim* sine lumine cœlestis spiritus in
necessaria duobus hircis altero mactato, altero vero in desertum mis-
so, tantum sacramentum intelligeret? In hunc modum
fere omnia, & certe omnia veteris legis sacrificia spiritua
liter possunt interpretari, siquidē omnia Christum Iesum
dominum nostrum sanguinolentum & effudentem san-
Rom. 7. guinem respiciebāt. Propter hoc erat sancta, quia lex qui-
dem sancta & bona & sanctificans, & pro illo tempore Deo
grata, & priscis illis hominibus in exercitu nobis vero in
Nota val- imagines distributa. Quod si hanc consideratione velis de-
ducere usque ad suam perfectionem, facile inuenies qui-
bus coloribus facies eius venustissime delinietur. Colligi-
te in unum quæ sparsim sunt à prophetis descriptæ de na-
tiuitate

Attitudo, vita, miraculis, doctrina, morte & cruce, & sanguine & sepultura, de descensu ad inferos, resurrectione, ascensione ducis in lege promissi, & cōferte cum illis, quæ circa Iesum dñm nostrum apparuerunt, & cognoscibiliter intellegitis hunc esse verum ducem & saluatorem, & Christum Israelis, & totius mundi redemptorem. Hoc est magnum *Ostension* illud argumentum quod in superioribus secundū *Origenē Spiritus san* vocabamus *ostensionem in spiritu & virtute*. De quo nec *cō* tempus sufficeret ad loquendum, nec calamus ad scribendum. Quod quidem argumentum per continuos decem libros Eusebius Cæsariensis persequitur, mira eruditione, & vtilitate, quide de monstratione Euangelica intitulanter. Iam ad secundum quod promisimus accedamus.

Historiæ veritas primo describenda est, ut inde spiritus libertatē affluenter bibamus. Murmurauit populus Israel cō *Num. c. 21.* tra dominum & Moysen, quod eduxerit eos de AEgypto ut moreretur in deserto, dixeruntque: Deest panis, nō sunt aquæ, anima nostra iā nauusat super cibo istoleuissimo. Vbi *Petrain de* notate, quod licet sint nobiles auctores, qui dicant, petram, *serto.* de qua eduxit aquam Moyses ad populum suum, prosequi *Ibi. c. 20.* eos, & comitari per deserta & inaquosa loca, inter quos memini me legisse Tertulianum, qui eam petram progressibilem vocat, exponentesq; alij locum Apostoli, Bibebat *1. Cor. 10.* autem de spirituali, consequente eos petra, petra autem erat Christus, in eandem sententiam subscriptibant, maius & excellētius volentes ostendere miraculum aquæ de petra, quod scilicet sequeretur eos per desertum vastissime soliditudinis, certè ultra monte Hor non sequebatur petra illa Israeliticum populum. De quo testimonium perhibet scriptura, quia inter alia, propter quæ populus ille rebellis, & incredulus murmurauit, hoc vnum commemorat dicens: Non sunt aquæ. Hoc dixerunt & verè dixerunt pauci post aquam de petra sicut patet ex capit. 20. 21. Numerorum, vbi aquam pecunia emere pollicentur Regi *monum*

Super Psal. 50. Homilia vigesimatercia.

Edom, &c. Propter hanc murmurationē misit dñs Deus in C
populum ignitos serpentes, ad quorum plagas, & plurimo
rum mortes venerunt ad Moysēm atque dixerunt. Pecca-
uimus quia loquuti sumus contra dñm & te. Ora ut tollat
a nobis serpentes. Oravit Moyses ad dñm, & loquutus est
dñs ad eum. Fac serpentem æneum & pone eum pro signo

Serpens. qui percussus asperxit eum, viuet. Fecit ergo Moyses ser-

pentem æneum & posuit eum pro signo, quem cum per-

Iustinus in cussi aspicerent, sanabantur. Breuissimis & elegantissimis

dialogo, cū verbis demonstrat beatus Iustinus martyr & philosophus,

Trip. ad - non posse serpentis intuitum vulneratos à serpentibus ig-

uersi. In nitis curare. Neque enim populo (inquit Iustinus) suavit

deos. Moyses, ut in bestia, à qua violatio legis, & inobedientia

Nota Val. principium habuit, relicto Deo, spem collocaret. Evidens

de. nimirum ratio inexpugnabilisq;. Quis enim tam cæcus, &

amens, ut à serpente salutis remedium auderet sperare, &

præcipue ex solo ipsius intuitu, qui nimirum æneus erat?

Quod si naturalis serpens esset forsan in medicamentum D

versus (sicut mos est medicis) posset aliquem morbum ab

humano corpore depellere. Verum ab æneo serpente ex so-

lo ipsius intuitu, statim integerimam sanitatem à grauissi-

mis plagis recipere, quis sani capitis auderet sperare: & præ-

cipue cum à serpente calidissima bestia legis inobedien-

tia; & violatio initium habuerit. Prudentissime ergo & at-

tente loquutus est dominus ad Moysēm: Fac serpentem

Signum. æneum & pone eum pro signo. Quippe cum signum præ-

ter speciem, quam sensibus ingerit, aliquid aliud repræsen-

tat. Signum quidem alicuius alterius rei est signum, sicut

rathus ante tabernac, vinum vendibile: & fumus ignem,

classicatuba ingressum, aut recessum à bello, vestigium pe-

dis &c. In signum ergo cum crucifixus & suspensus sit ser-

pens, rem alias significabat, & repræsentabat præter seip-

suum. Cum etiam serpens æneus non sanaret, sicut suffi-

cienter probatum est, sanabat certè res illa, quæ per ser-

pentem,

A idola expoliare, cum mytro non obediant dæmones. Iam si manifesto ipsius nomenclatura infugam aguntur: certo *Attende.* certius constat, eum vita destitutum non esse, maxime vel ob id, quod quæ aliorum oculos subterfugiunt, ea à dæmonibus conspici queant, ac proinde facilius ab ipsis intelligatur num Christus sit cadaver mortuum, neque omnino ei fuissent obedituri amplius. Num contra quod non est persuasum hominibus impijs, id dæmones oculis suis contuerunt Deumque illum esse & sentiunt & credunt, ideoque fugitiui & adorabundi in has voces erumpunt, quæ tunc loquebantur, cum ille in carne adhuc versaretur. Nouimus *Matth. 22.* quis sis, tu es ille sanctus Dei. *Quid tibi & nobis fili Dei?* *Luc. 4.* Obsecramus te ne nos torqueas: Mirabilis nimis ratio, tantoque doctore dignissima. Ad hanc lucem & latitudinem fidei proueniunt, qui circa patrum sacrorum lectio- nem peruigilant.

B Hæc magna nostræ fidei mysteria, sub illis sacrificijs & figuris latebâr abscondebanturque donec veniret ille, qui habet clauem David, & aperuit nobis sensum, ut intelli-gamus carnales scripturas spiritualiter. Spiritus enim au-tor eorum est. Relinquensque verus Israel literam legis, transit ad veritatem & lucem & ad legem gratiæ, factusq; est eius compos & particeps, deserens antiqua sacrificia, quæ pro tempore data sunt, & non in perpetuum duratura donec veniret ille, cui reposita erat. Nolebat ergo dominus Deus sacrificia illa propter seipso, elementa enim erant infirma & egena, sed fidem suscipiebat offerentium, aut ex plicitam, sicut in patribus & populi maioribus, aut impli-citam, sicut in reliquo populo. Omnes enim protestaban-*Hebræ .9.* tur venturum Christum ducem & redemptorem, qui se metipsum offerret immaculatum Deo ad multorum ex ha-rienda peccata, qui est propitiatio, non solum nostra sed & totius mundi. Post omnes prophetarum voces de hac re, *Ad He-* apertissimè restatur beatus Paulus sacrificia non posse pla-bræ. c. 10.

Super Psal. 50. Homilia vigesimatercia.

cere Deo , nec mederi peccatis. Impossibile est enim san-
guine taurorum & hircorum auferri peccata, ideò ingrediës
Psal. 39. mundū dicit scilicet Christus: Hostiam & oblationē nolui-
sti, corpus autem aptasti mihi: Holocaustomata & pro pec-
cato non tibi placuerunt. Tunc dixi ecce venio. Sic Hiere-

Cap. 11. mias propheta imò dominus per eum. Nunquid carnes san-
cta auferent à te malitias tuas , in quibus gloriata es ? Cor-
pus aptasti mihi inquit, aptasti ad gratissimum sacrificium,
mortale enim erat, sed diuinitate & innocentia plenū. Se-
gregatum nō ab hominum natura, sed ab eorū culpa, prop-
ter quod aptum nimis erat ad sacrificiū suauissimi odoris,

Psal. 39. & vt reconciliare possemper eum mundum vniuersum ti-
bi, qui inuisus & insultus habebatur apud te. Corpus aptasti
mihi, quod in ara crucis offerre possem ad pacificandū, que
in cœlis & in terris sunt. Hoc sacrificium cum respiceret re-
uelatis oculis sanctus Dauid erigens animū suum in spem
futuræ redēptionis inquit: Quoniam si voluisses sacrifi- D
cium dedissem utique: holocaustis non delectaberis. Illud
holocaustum pinguissimum suauissimi odoris, gratissimum
Deo, multis nostris sacrificijs & ceremonijs obumbratum,
præsignatum & prælibatum, spero & desidero, quod tu do-
mine Iesu, senescente mundo, volūtarie offeres, illic spem
meam expono, imò hæc mea spes in sinu meo reposita est.
Hæc spes mea anchora firmissima inter procellas & tem-
pestates multorum scelerum meorum, saluat, & ad portum
salutis ducit cor meum.

Videte fratres quales diuitias hæreditibus Euangelijs sui
Christus Iesus dominus noster æternus Dei filius, liberaliter
distribuit. Non carnes taurorum aut vitulorum, aut agno-
rum, vt olim in lege, non sanguinem eorum, sed proprium

Satisfac- corpus diuinitate plenum, salutiferumque sanguinem in
ctio in sa- cibum & potum & sacrificium Ecclesiae filijs dereliquit. In
crificio no quo præter magnam gratiam, etiam in signem rationem
stro. satisfactionis pro pœnis exoluendis constituit. Optimum
ergo

A ergo, ac salutare consilium pro peccatis proprijs & totius populi hoc sacrificium offerre tum etiam pro mortuis, ut à peccatis, id est, pœnis peccatis debitibus, soluantur. Sic & mos obseruatissimus est in ecclesia sancta Dei, ut seculares homines, quibus tantam potestatem non commisit Deus, per manus ministrorum suorum sacerdotum, tum in vita, tum maximè in morte, hoc sacrificium offerre, super quod fundat preces, sicut in lege iubebatur: caprum autem emissarium statuet eum viuum coram domino, ut fundat preces super eum. Congruentissimus locus & tempus ad fundendas preces pro se & domo sua, & populo & pro totius mundi salute, cù diuinitas & humanitas Christi in sacramento realiter existunt. De hoc tempore non improprie interpretabitur locus prophetæ & Apostoli. Tempore accepto exaudiui te & indie salutis adiuui te. Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc hora salutis, cum tam magnificum, tam honorificum sacrificium Deo pa-

B tri offetur. Videte fratres, qui diuinis mysterijs astatis, qualis gratia vobis offertur. Tempus acceptabile, & hora salutis, cum multa ergo solicitudine & timore vestram salutem exquirite, sed & vos sacerdotes ministri domini & altaris corporis & sanguinis eius, orationes suæ per magnificum sacrificium vestrum fundite, ut ducat eas ad solitudinem, de qua iam diximus, quod gentilitatem significet. Fundite ergo super hoc sacrificium preces, ut & virtus eius, usque ad gentes perueniat, id est, ut conuerterantur & adducantur, & illuminentur, & ad sinum sanctæ matris Ecclesiæ trahantur. Pro his offerri, & deprecari in hoc sacrificio docuit ipsa oratio oblationis calicis. Offerimus tibi domine calicem salutaris, tuam deprecantes clémentiam, ut in conspectu maiestatis tuæ, pro nostra & pro totius mundi salute cum odore suavitatis ascendat. Pro nostra (inquit) signans filios Ecclesiæ, quibus meritum fructus, purgatio, satisfactio, denique sacramentalis gratia conce-

*Isai. 49.
2. Cor. c. 6.*

*Sacerdo-
tes.
Nota Val-
de.*

conce-

Super Psal. 50. Homilia vigesimatercia.

conceditur, pro totius mundi salute, id est, ut totus mundus adducatur & illuminetur & conuerstatur ad veram fidem Dei & domini nostri Iesu Christi. In hunc modum fundebat preces suashic redemptor noster tempore sacrificij sui.

Ioan. 17. Pro eis ego sanctifico me ipsum, ut sint & ipsi sanctificati in veritate. Hi sunt Apostoli domini, qui crediderat & sanctificati fuerant. Iam pro illis, qui erant in solitudine orat. Non pro eis autem rogo tantum, sed pro eis, qui credituri sunt per verbum eorum in me: ut omnes unum sint, sicut tu pater in me & ego in te. Habemus ergo a domino Iesu magnum hoc documentum, qui super sacrificium suum preces in solitudine fundebat. Sed sit satis ne in immensum currat oratio. Cogedat autem nobis tantum bonum, qui per verbum Apostolorum credimus, ut simus unum per charita-

Apostolorum credimus, ut simus unum per charitatem sicut pater & filius & spiritus sanctus unum sunt essentialiter in Trinitate perfecta in secula seculorum.
Amen.

D

A pentem, in ligno suspensum, significabatur. Hic est dominus Iesus Christus æternus Dei filius, qui crucifixus est sub meridiana luce coram magna populoꝝ multitudine quæ grandi huic stabant spectaculo, ut mors eius omnibus fieret manifesta quod valde nostræ fidei erat necessariꝫ, sicut statim ostendemus. Hunc Iesum salvatorem, per fidem aspicientes, credentesque eius diuinitatem doloris & passionis expertem, inter mortis acerbissimos cruciatus, à moratu igniti serpentis sanamur. Hic est diabolus & Satanás.

De hac re (si Tertuliano & alijs doctoribus credimus) manu Tertulianifestum tradit Moyses testimonium in Deut. capit. 28. nus lib. ad Dabit tibi dominus ibi corpauidum & deficienteſ oculos uers. 1ud. & animam consumptam mœrore & erit vita tua, quasi penitentia vasta dens ante te. Legit Tertulianus, Pendens in ligno ante te, tione Isra & non credens vitæ tuæ. In eundem modum legit locum *el post passionis* psalmi: Dicite in nationibus: quia dominus regnauit à ligationem. no. Sed & Iustinus martyr & philosophus, agens aduersus *Psalm. 95.*

B Iudeos de truncatione scripturarum, quam consulto fecerunt, ne haberent aduersus semetipsos tam euidentia testimonio, inter alia commemorat hunc locum. Dicite in nationibus: quia dominus regnauit. Abstulerunt (inquit) à fol. 57. ligno, siue super lignum. Quod rei exitus & sanctæ Ecclesiæ vniuersalis consuetudo in feriali officio post sanctam resurrectionem millies repetit, & in hymno passionis. Impletas sunt, quæ concinit David fidelis carmine. Dicens in modo Ecclesiæ, regnauit à ligno Deus. De obtuncatione scripsi huc ptuarum lege beatum Hieronymum. Nec nouum est ligatum mysterium. Ligno enim aquæ Mara, quæ amarissimæ cribit David, versæ sunt in dulcedinem. Missoque ab Eliseo in aquas natauit ferrum ab abyssis usque ad lignum. Magnum Hieronymus & admirabile sacramentum enei serpentis super lignum suspensi in corporalem illarum gentium salutem, c. ad Galatas. quæ graviter ex mortibus serpentis angebatur. Propter Num. c. mysterium ibidem absconditum reuelatio ramis upsi David. 4. Reg. c. iiii

Super Psal. 50. Homilia vigesimatercia.

di inquit : Vtique holocaustis non delectaberis, sed amplius ampliusque considerare oportet mysterium ænei serpentis.

Aeneus serpens publicè suspendebatur super lignum.

Publicè In signum enim dabatur, quod manifestum & publicum mortuus oportet esse, significante spiritu sancto genus passionis & mortis redemptoris nostri & domini Iesu Christi. Qui crucifixus, mortuus est publicè sub totius Hierusalem conspectu, quia maximè nostræ fidei expediebat saluatorem publicè mortem subire.

Athana- Hæc duo argumenta elegantissime proponit & absolvit beatissimus Athanasius. In nostri incarnationis & salutem veniebat mori rex cœlestis, propter quod id genus moriendi elegit quod maxime præsenti negoti bi eiusque congrueret. Nam si ideo venerat ut nostra piacula execratorum corporali creationesque portaret, quomodo alia ratione execratio, aa nos ad aut piaculum fuisset, nisi execrabilem mortem in se recipuerent.

Dent. 21. peret? Est autem hoc ipsum crux quemadmodum scriptum

est: Execrabilis quicunque in ligno pendet. Porro si morte domini nostri Iesu Christi redemptio est omnium, ac morte eius intermedium ille paries soluitur, conficiturque vocatio gentium quomodo nos aduocasset, nisi crucifixus esset? In sola enim cruce mors extensis porrectisque manibus toleratur, ideoque par erat, ut dominus hoc modo mortem sustineret, manusque eius extenderent, ut hac quidem veterem populum, illa vero gentes attraheret, & ambos in se coniungeret. Ipse enim dixit indicans qua morte omnes redempturus esset: Cum exaltatus fuerit, omnes ad me traham. Hoc argumentum pertractat beatissimus Paulus ad Galatas in hæc verba. Quicunque enim ex operibus legis sunt, sub maledicto sunt, scriptum est

Dent. 27. enim: Maledictus omnis qui non permanserit in omnibus quæ scripta sunt in libro legis, ut faciat ea. Quoniam

Abac. 2. c. autem in lege nemo iustificatur apud Deum, manifestum est, quia iustus ex fide viuit. Lex autem non est ex fide, sed qui

A qui fecerit ea, viuet in illis. Christus nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictum, quia scriptum est: Maledictus omnis qui pendet in ligno: ut in gentibus *Deut. 21.* benedictio Abrahæ fieret in Christo Iesu, ut pollicitationem spiritus accipiamus per fidem. Multa valdeq; difficia intra hanc sententiam latent, de quibus differit beatus Hieronymus, à quibus nos supersedētes, ad ea, quæ præsen*Hiero.* su- tem considerationem confirmāt, accedimus. Manifestum *per. 3.c. ad* est vniuersum argumentum huius epistolæ ad Galatas eo *Galatas.* tendere, ut confutet redarguatq; sacratissimus Paulus pseu- doapostolos, quilegis obseruantiam, & maximè circunci- sionem docebat necessariam cum euāgelij gratia. Ad quod persuadēdum non solum docet (ut moris est omnibus prophetis) dicere peccata nostra pertulisse dñm Iesum in cor- *1.Pet. 2.* pore suo super lignum, vnde & delicta sua vocantur, cum *Psalm. 21.* peccatum non fecerit, nec inuentus fuerit dolus in ore eius *1.Pet. 2.*

B & quod posuerit in eo Deus peccata omnium nostrum, ve- rum & quod factus sit pro nobis maledictum pendens in cruce, quia scriptum est: Maledictus omnis qui pendet in ligno. Lege si placet beatum Anselmum super hunc lo- *Deut. 23.* cum. Ad nostrum negotium redeamus. Cæterum nec sic quidem se in cruce obscurum ignotumque reliquit, sed hoc procurauit, ut rerum natura eximium de opificis sui præsentia testimonium perhiberet. Solenim obscuratus *Luc. 23.* est, & tenebræ factæ sunt super vniuersam terram & petræ *Matt. 27.* scissæ sunt, & monumēta mortuorum aperta sunt & velum templi scissum est per medium à summo usque deorsum, ut scripturæ implerentur. Oportebat ut hæc eius mors ei- *Mors Chri-* set publica & manifesta multis, sicut & publice sub omnis *sti publica* populi oculis suspensus fuit æneus serpens. Multum nan- que ad nostram sacratissimam fidem hoc spectabat. Non enim decebat ut corpus illud sacratissimum Dei templum, cuius vel solo tactu, quique infirmi sanabantur, resurge- bant mortui iussu vocis eius, ægritudine laborasset, & sic

842 Super Psal. 50. Homilia vigesima quarta

Gloria. Duobus præcipue locis hoc verbū Gloria, reperies in no-
Luc. 2. c. 4. uo testamento. Sub ortu domini nostri Iesu Christi decan-

tabat angeli. Gloria in altissimis Deo, & in terra pax homi-
nibus bonæ voluntatis. Sed & Paulus Sacratissimus com-

1. Tit. c. 6. memorans sūx conversionis magnum beneficium in gra-
tiarum actione proclamans inquit: Regi seculorū immor-
tali & inuisibili soli Deo honor & gloria in secula seculo-
rum. Amen. Gloria certè est, clara cum laude notitia. Atten-
dite obsecro. Quantum gloriæ, quā præclaram notitiam,

cum magna laude Dei nostri disseminauit sanctus David
super faciem vniuersitatis terre, cum propter duo hæc crimi-
na tantum doloris & lacrymarum impendit? Quantum

Psal. 37. obsecro, si ostis, glorificauit Deinomen, cum tantus rex
Psal. 101. cunctis videntibus fugiebat præ tristitia à gemitu cordis,
cum miscebat calicem lacrymis cordis, & oculorum? Cer-
tè præconium altissimum hoc est maiestatis diuinæ, cla-
raque eius notitia cum laude, cum sic humiliat & castigat

homo cor suum, & corpus suum propter Dei iniuriam. Val D
de glorificatur dominus Deus in consilio sanctorum, qui
per diem & noctem nomen eius gloriosum prædicant. Sed

hoc quidem gaudentes & latentes. Qui vero tantam, tam-
que assiduam pœnitentiam pro peccatis assumit, hic magni-
ficètius dat gloriæ Deo. Quo verbo usus est sanctus Iosue,

Iosue. c. 7. cum ad Acham loqueretur, qui sub anathemate erat in po-
pulo suo, cum contradomini præceptū atripuit ab Hieri-
co auream regulam, &c. Da inquit ad illū, fili mi gloriam
Deo scilicet in confessione tui criminis, de quo iam su-
præ diximus.

Cum hunc stri laboris principalis dirigatur intentio,
vt scilicet pœnitentiam in Deum doceamus in remissio-
nem peccatorum omnibus, curandam iudico, vt nostri sa-
crificij in spiritu humiliatio & contrito ostendamus virtus-
tem. Fortissima enim quæque argumenta, ut omnis rheto-
rica docet, in primo & nouissimo loco sunt collocanda.

Duo-

Repe-

A Repetenda sunt aliqua ex his quæ superiori homilia diximus. Omne sacrificium pertinet ad cultum Dei, quo nego *Sacrificiū ciatur ordinatio mētis in ipsum, de ordinatione enim pec ad Dei gloriamus.* Ad rectam autem ordinationem mentis in Deum *riam spē-pertinet, ut omnia, quæ homo habet recognoscat à Deo etat.* tanquam à primo principio, & ordinet in Deum tanquam in ultimum finem. Hoc repræsentabatur in sacrificijs legis naturalis, vel Mosaycæ, secundum quod homo ex rebus suis quasi in recognitionem quod haberet ea à Deo, in honorem eius offerebat. De quo dixit Dauid. Tua sunt omnia, & quæ de manu tua accepimus, reddimus tibi, & ideo 29. in sacrificiorū oblatione protestabatur homo, quod Deus esset primum principium creationis rerum, & ultimus finis, ad quem essent omnia referenda. Pertinet etiam ad rectam ordinationem mentis in Deum, ut mens humana nō recognoscat alium primum auctorem & parentem rerum, nisi solum verum Deum, neq; in aliquo finem suum cōstituat. Videte iam quam verè dictum sit. Sacrificium Deo spiritus contribulatus. Hoc enim sacrificio mens nostra vere ordinatur in Deum, solum ipsum profitens ultimum finem, & quæ magna deordinatione, se polluerat, relinquens Dominum factorem suum, constituensq; creaturam suum ultimum finem, ecce iam dolens & gemens ad dominum conuertitur, quæ prius turpiter amauerat, condemnans, & odio prosequens inimicos auertensq; faciem suam ab illis rebus, quæ hesterna die summo habebat desiderio & pretio. Hæc integra ordinatio mentis in Deum est, quia illa perfecta deordinatio fuerat. Et cum in hoc sacrificio, non ouis aut vitulus, aut capra offerantur, quia omnia exteriora sunt, & sine genitu nostro interfici possunt, sed cor hominis gementis & dolentis, ideo de illo dicitur per prophetā: Dat gloriam & iustitiam domino. Propter hoc dictum est *Victoria de nostro Dauide, quod fuerit glorioſior in victoria, magnificientiorq; in triumpho, cum inimico Sauli pepercit,*

B *animam*

Super Psal. 50. Homilia vigesimaquarta.

animam illius quærenti, quam cum interfecit gigantem C
1. Reg. 17. illum spuriū Goliath. Hic enim Goliath iugulauit, illic
14. autem propriam voluntatem subiiciens illam sub domini
imperio. Quantus autem dolor in abiecta dilecta mu-
liercula, quantus gemitus in honoris restitutione inueni-
tur? Vides quam proprie scriptum est, quod sit Deo sacri-
cium gratissimum spiritus contribulatus & quod dat ipsi
gloriam. Valde enim glorificatur dominus Deus in pœni-

Quæta Dei tertia peccatorum, multum enim offendimus illum nostris
offensa.

flagitijs. Vsq; adeò hoc verum est quod beatissimus Pau-
lus, ad has vſq; voces descenderit:

Ad Hebr. 10. Quanto magis existima-
tis deteriora mereri supplicia, qui filium Dei conculcaue-
rit, & sanguinem testamenti pollutum duxerit, in quo san-
ctificatus est, & spiritui gratiæ contumeliam fecerit? Quæ
dicta sunt ad Heli summum sacerdotem de duobus filiis

I. Re. ca. 2. eius videte: Quare calce abiecisti vestimam meam & mu-
nera quæ præcepi, ut offerrentur in templo? Audis calce
abiectam domini legem ab impurissimis sacerdotibus, au- D
dis conculcatum filium Dei ab eo, scilicet, qui inuerecūdè
peccat, & sacramento sui corporis, & sanguinis abutitur?
Qualis & quantus est hic contemptus? Quanta est hæc cō-
tumelia? Quanta & debet esse spiritus nostri tribulatio &
pœnitentia? ut demus Deo iustitiam & gloriam? Firmum
(prout iudico) redditum est hoc argumentum in principio
huius considerationis. Ostendimus enim & magnitudinē
scelerum nostrorum, & virtutem & excellentiam sacrifi-
cij spiritus cōtriti & humiliati, ut ex altero animetur mēs
nostra ad oblationem sui cordis, quia audit ab ore prophē-
tarum quod tale sacrificium sit Deo gratum & nimis hono-
rificum, ex altero vero humilietur cum multum vile reddi-
tum sit cor nostrum. Eundem modum in docendo, ac præ-
dicando seruauit beatus Esaias, quippe qui postquam ve-
xeris legis abiecit sacrificia, indicansque oblationem salu-
tarem hanc inquit: Lauamini thundi estote, auferte ma-

Cap. 1.

lum
ECCLESIA. 11

Aplum cogitationum vestiarum ab oculis meis , quiescite agere peruerse & discite bene agere , &c. Si fuerint peccata vestra ut coccinum quasi nix dealbabuntur & si fuerint rubra ut vermiculus , velut lana alba erunt. Lauatur autem facies mentis nostræ lacrymarum fonte , adeò ut de illa dicatur. Quæ est ista quæ ascendit de lauacro , vel *Cant. cap. dealbata?* & Dominus Iesus : Beati mundo corde : quo *Matt. c. 5.* niā ipsi Deum videbunt , sitque non solum sicut nix alba , sicut hic promittit Esaias , verum & super niuem sicut supra docebat noster David. Iam ergo ad considerationem accedamus , quæ forsan optimum & congruum locum in fine quadragesimæ sortita est , quam per manus radicitus intra nostri cordis secretum spero valdeq; desidero.

BSacrificium Deo (inquit David) spiritus contribulatus , ut qui creaturæ hilarem & iucundum tribuimus , Deo tristem & gementem offeramus . Agendum igitur nobis est de cordis contritione , quod in sacrificium offrendum est Deo nostro , & de humilitate pœnitentium , vnde in oculis Domini gratos reddantur . Plura enim in superioribus , de satisfactione & de nostra confessione aliqua diximus . Attendite obsecro . Venam aquarum viuentium demonstramus vobis forsan fitientibus , & heu si hanc fitim bon experitur cor vestrum . In cellam omnium diuitiarum æterni regis manu eius ducimini , intuemini ad videndum . Plura namque in superioribus diximus de dolore pœnitentium , deque eius magnitudine & non memini de contritione sub hoc nomine me egisse . Possem vobis primo omnium Dominum Iesum proponere in exemplum vestræ contritionis , & quidem cum ingenti fructu , quod & libentissimo animo faciam , impellit enim cor meū domini spiritus . Ab illo enim omnis boni magisteriū ab eiusq; cathedra omnis disciplina viæ & salutis . Ipseq; caput nostrū ipse vitis , & vos palmites .

Super Psal. 50. Homilia vigesimaquarta.

Palmites verò à vite sua succum salutarem ehibunt ad fru- C
etificandum, & à capite in reliquum corporis regimen &

Contritio vita deriuatur. Eia ergo depingite ante oculos mentis ve- dñi Iesu.

Cap. 53. stræ cor compunctum domini Iesu non quidem pro pec- catis suis, quia peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius, sed pro omnium nostrum flagitijs. Esaias cum

tale, ac tantum testimonium perhiberet de innocētia eius, statim subdidit: & dominus voluit conterere eum in infir-

mitatem. Voluit dominus Deus pater Christum eius con- teri pro aliorum peccatis, vnde statim subditur. Si posuerit

pro peccato animam suam, videbit semen longæuum, & voluntas domini in manu eius dirigetur. Age ergo & ex-

pone quantum contritionis habuit dominus noster Iesus Christus. Ex multis hęc magnitudo exponenda est. Primo si placet, ex amore, quo afficiebatur ad Deum patrem be-

tissima illa anima, ex quo dolor sequitur iniurię rei ama-

tæ. Hic autem fuit maximus & summus. Secundo ex Zelo diuini honoris, hic fuit ardentissimus. Tertio ex cognitio D

ne diuinæ offendæ. Hęc autem fuit supra omnem Angelorum cognitionem. Quod si & amorem nostrum conside-

raueris, forsan quartum caput fontis nostri paradisi repe- ries, quibus irrigantur quicunq; salvandi sunt. Ex his omni

bus magnitudinem contritionis cordis diuini considera, quantumq; pertotam vitam sustinuit doloris & gemitus.

Cor contri Bibeq; à vite tua succum istum contritionis & compunctio-
tū Domini nis. Proposuit tibi olim ad doloris magnitudinem exéplū Iesu.

sancti Dauidis iam intuere & respice Christi domini sacra-

tissimum cor de nostris peccatis nimis gemens Non fugit

quidem beatum Dauidem hęc contritio domini cordis: descripsit enim illam in psalmo, cum aduersus traditorem

Psal. 105. Iudam inueheret, vt potè quia persequutus est hominem innocentem & mendicum, & compunctum corde mortifi- cavit. Super quod si placet lege Hieronymum. Compun-

ctus corde vocatur dominus Iesus à Dauide, grauiorique

vitus

A surgum ac blandū medicū illius scissionis de qua Iocel, ostē *Psal. 146.*
dens, inquit: *Qui sanat cōtritos corde & alligat contritio-*
neseorū. Venisse dominū ad sanandū contritos corde te-
*statut̄ Esaias. Ad annuntiandū māsuetis misit me Dñs & vt *Cap. 61.**
mederer contritis corde. Memini me multa super illū lo-
cum, ecce veritatem dilexisti, de pœnitentia dixisse.

Si ergo hoc gratiæ tēpore & sacramentorū, diffiniatur
contritio alia & alia addenda sunt, quia plura necessaria
sunt ad nostrā salutē, longeq; prestantiora, quam olim vel
sub lege naturæ, vel sub Moyse. Cordis enim cōtritio, de-
testatio & odium peccatorū, quæ antea placebant propter
Deū super omnia dilectum erat necessariū ad remissionē.
Iam vero tempore gratiæ, quo saluberrimū cōfessionis sa-
cramentū à Christo Dño fuit institutū, non sola illa suffi-
cit, sed confessio in re aut in voto pro tēpore & loco est ne-
cessaria. Vnde sic diffinitur à patribus: Contritio est dete-
statio peccati quatenus est Dei offensa, cū proposito emen-

B dandi vitā, confitendiq; & satisfaciendi, spe veniæ diuinī-
tus obtainendæ. Ex hoc odio ac detestatione voluntatis ori-
tur dolor. Vnde in libro de vera & falsa pœnitentia dixit
beatus Augustinus: Dolor est comes pœnitentia, nō dixit *Augusti-*
est pœnitentia, sed comes. Atq; in hoc sensu intelligitur dif-
nitus. *Contra Lu-*
finitio pœnitentia in eodem libro: Pœnitentia est quedā
dolentis vindicta. Contritio ergo est vera virtus. Ad ple-
niorem & intensiore hanc detestationē & odiū peccatorū *the. ar. 6. à*
multum cōducunt omnes illæ considerationes, de quib⁹ *Leone. 10.*
supradiximus. Cognoscere, scilicet, quantū malū sit pecca-
tum, cōtra quantā maiestatem, & bonitatē commissum est,
Hic namq; cōtra semetipsum armatur mēs nostra in odiū,
& plenissimam detestationē, & irā salutarē condemnās
semetipsum homo, vnde & manus erigitur ad cordis per-
cussionem, & flagella, obedienterq; se humiliat totum cor
pus sub cilicio, sub ieiunijs, & vigilijs, & orationibus. Vnde
omnia hēc: A plena illa cordis nostri detestatione, & odio
manob 8

Super Psal. 50. Homilia vigesimaquarta.

antiquæ iniuriaris. Tam molitur sub maleo timoris domini
ni, & sanatur amore eius. Erigiturq; mens nostra in spē, dū
profundus iacet corpus in terra, nō audens levare oculos
ad cœlum. Hæc gratissima hostia domino est, hoc suauissi-
mi odoris sacrificium, dum super ignem diuini amoris pul-
uis contriti cordis intenditur. De hoc sacrificio scriptum
est. Sacrificium Deo spiritus contribulatus; cor contritum,
& humiliatum non despicies. Vsq; ad supernæ maiestatis
sollum ascendit, quia illuc nostra nos dicit spes. Scripum
est enim: sperent in te qui nouerunt nomen tuū, quod mul-
tum, id est, propensissimum est ad propitiādum. Non rae-
bo hoc loco salutare illud consilium Tertuliani, quod scri-
pusit, cum de spe nostræ veniæ perstrat. Absit ut quis ita
pœnitētia. interpretetur quasi sibi etiam nūc pateat ad delinquēdum,
Nota. quia patet ad pœnitendum, & redundantia clementia cœ-
lestis, libidine faciat humanæ temeritatis. Nemo igitur
deterior sit, quia Deus melior est, toties delinquēdo, quo-
ties cognoscitur. Ad pœnitendum ergo diuinæ clemētia cō-

I. Cōclusio Sideratio est necessaria, nō ad peccatum. Audite ergo ali-
de contrito quas conclusiones pro hac materia necessarias. Contrito,
secundum suam naturam requiritur singulorū peccatorū
mortalium singularis, non solum in ordine ad cōfessionē,
quia singulorum est facienda, propter quod requiritus dili-
gens inquisitio eorum, sed etiā per se ipsam in iure naturæ.
Ex eo tamen quod iam multa sunt perpetrata peccata, eo-
rūq; maculæ & reatus simul sunt in animalice ex diuersi
generis culpis, vna & eadē voluntate odiente illa, simul &
detestante & eadem gratia corāte, delentur. Sufficitq; vna
contrito ad multorum peccatorū curatiōē. Multiplex enim
in eadē manu valitus, eodem medicamine curatur. Majus
enī p̄ est Dei donū, quā delictum nostrū. Sic loquebatur sa-
cratissimus Paulus de diuina gratia per Dñm nostrū Iesum
Christum collata. Nō sicut delictū, ita & donum. Si enim
vnius delicto mortui sunt, multo magis gratia Dei
& donum

A & donū in gratia ynius hominis Iesu Christi, in plures abū dicitur. Et non sicut per vnu peccatū, ita & donum, nam iudicium quidē ex uno in condemnationem, gratia autem ex multis delictis in iustificationem. Gratia vero secundū omniū patrū sententiam, sub ipso instanti cōtritionis infunditur, sicut scriptum est. In qua cunctis hora ingemuerit peccator. *Exe. 18.* &c. Cur ergo omnia yulocera nostra. Gratia enim ex multis delictis in iustificationem. Propter quod dicimus non esse necessariam singulorū delictorū contritionem. Optimam tamē maximāq; utilitatis afferentēq; ingentem fructum abundantissimumq; gratiam. Et quis erit, qui si cōmiserit decē grauia criminis, aut vnu decies iteratum, nō toties grauiter doleat percutiath; peccatis suū ardenti ira cōcta semetipsum? & cū singulorū oporteat recordari, quis cū primo adulteriū memorie occurrerit, non doleat, & iterum atq; iterum cum perjuriū & sabbati violatio. Quia licet hec sit conditio diuinæ gratiæ erga nos, ut quantumvis minima cōtritione curet languores nostros, nos tamē sint gala singulis lacrymis lauare deserit.

B Dolor qui est essentialis cōtritio, nempe peccatorū de testatio, maximus debet esse appreciatuē dolorū omniū. *s. 10.*

Quod est dicere: Debet peccator sic detestare peccata, vt pro nulla mundi re, amplius velit illa cōmittere. Quæ conclusio inde cōprobatur, quia cū cōtritio actus sit charitatis, qui videlicet ex timore filiali nascitur, & omnis dolor rei perditæ in illius amore fundat, vt inquit Augustinus ipsaq; docet experientia. Propter hoc dolor peccati, per quod Deus amissimus, debet esse de offensa Dei propter ipsum, atque adeo cū eius auxilio sufficiēs ad recōciliādū eius amissiū. Deus autem super omnia est amādus, ergo dolor de eis offensa debet esse appreciatuē maximus omniū dolorum, quia cū ipse supremus sit, omniū honorū finis, debet appre ciatiuē omniū dolorum esse maximus. Hoc cōtestatur manifeste consolatia utriusq; præcepti dilectionis, scilicet &

contri-

Super Psal. 50. Homilia vigeſima quarta.

- Deut. c. 6.* contritionis. Qui præcepit nos eum super omnia diligere ex toto corde; ipſe mādauit, ex toto corde cōuertere nos
- Matt. 22.* ipsos, ad illum in nostra contritione. Conuertimini ad me
- Ioel. ca. 2.* in toto corde vestro. Scindite corda vestra. Confirmat hāc sententiam magnum illud documentum Euangelicum.
- 21. 323.* Quid diligit patrem aut matrem plusquam me, non est me dignus. Et qui animam suam perdet eam. Cuius literalis sensus hic est. Obi nullam rem mundi neque propter vitam fas est peccare. Hoc est appreciatuē esse maximam contritionis tristitiam. Videant iam adulteri, qui delicias suas ſupra Deum & lege eius, heſterna die diligebant, & de ſupra honorem, & famam & ſupra ſalutem corporalē, nunquid appreciatuē ſuper omnia desiderent placere & obediēre Deo iubenti: Diliges dominum Deum tuū ex toto corde tuo. Heu quam sapiēter scriptum est: Quiescite age peruerſe & diſcite bene agere. Quiescat carnalis homo, qui diu placebat ſibi & animaſ ſua, & meretrici ſupra Deū ſupraregē, quiescat appreſians ſuper omnia Deum, & diſcat bene agere in multo dolore & amaritudine animaſ ſue. Quiescat & auarus parui pendens ne phandas pecunię uſoras, quiescatq; qui inimicitias ab hinc multis annis ſectabatur, & diſcat bene agere amādo & diligēdo. Certē valde neceſſarium eſt hoc cōſilium pro noſtris pœnitētibus.
- 3. Concluſio.* Non eſt neceſſarium, ut hāc cordis contrito, nolitioque peccati, qua illud detestamur ſit maxima intensiuitate, quia intensio actus voluntatis, ſit ex vehementia obiecti mouentis, obiectum autem ſensibile ſuapte natura, mouet vehementius voluntatem, quam ſpirituale, quoniam voluntas ſequitur cognitionē, intellectus (ipſa enim cōcepta potentia eſt) intellectus autē pro hoc ſtatū ſumit cognitionē à ſenſibilibus, & quo obiecta ſunt propinquiora, eo veheſtius mouet, propter quod ſequitur quod amor ſenſualis potest eſſe veheſtior, quam ſpiritualis, atq; adeò diſplicētia amissionis eorū, quam diſplicētia amissionis ſpiritualiū. Et

A usus verbo Esaias contritum eum appellat. *Quod si placet Nota.*
 verbum conterere apud Esiam scriptum ad sacratissimū Et corpus
 eius corpus referre quia de illo scripsit: & dominus voluit cōtritum.
 eum conterere in infirmitate, scilicet, passionis & mortis
 (h̄c est enim eius infirmitas, quæ est fortior hominibus)
 non tibi contradicam. Sub flagellis enim & alapis, sub gra-
 uibus arūdinis percussionibus, sub malleis, & clavis, quasi
 in mortario demolitus est, adeo ut dicatur quod fuit cōtri-
 tus. *Quod nanq; conteritur in minutissimas partes diuidi-*
tur & demolitur. Ab hac ergo vite tua, o Christiane bibe
succum hunc saluberrimum contritionis, quia supra cun-
ctos mortales de nostris flagitijs doluit dominus Iesus.

Placet, tibi ostendere, hanc sacratissimi cordis cōtritio-
 nem alia ratione. Multa de nostro Davide legimus dolue-
 rit ex iniurijs diuini nominis. Vidi præuaricantes (*inquit*) *Psal. 118*
 & tabesceram, quia eloquia tua non custodierunt, & alio *Ibi.*
 loco: *Defectio tenuit me pro peccatoribus dereliquenti*
B us legem tuam. O qualis & quantus erat huius sacratissi-
 mi pectoris erga Deum & legē eius zelus, ardensq; amor,
 siquidem in præuaricantium peccatis deficit cor eius, &
 corporis virtus, adeo quod defectio in eum cadebat, cuius
 rei euidens in facie signum apparebat, scribit nanq;: *Vidi Ibidem.*
 præuaricantes & tabesceram, quia eloquia tua non custo-
 dierunt. Et quid dicam de gloriose illo viro Mathatia? de *1. Mach.*
 quo scriptum est: *Accessit quidam Iudeus in omnium ocu-* *lis sacrificare idolis super aram in ciuitate Modin, secundū*
iussum regis, & vidit Mathatias & doluit, & contremue-
runt renes eius, & auctor est furor eius secundum iudicium
legis, & insilens trucidavit eum super aram. *Quid dicam*
de beatissimo Paulo, qui sub frairum scandalis igne arden- *Ad Corin.*
tissimo vrebatur? Quis scandalizatur, & ego non vro in- *Epistola. 2*
quit? Ecce David viribus destitutus, deficit & tabescit fa- *cap. 11.*
cies eius, in aliorum peccatis. Ecce Mathatias dolens & tra-
cidans legis transgressorē. Ecce Paulus vniuer- , aliorum

Super Psal. 50. Homilia vigesima quarta.

scandalis. Qui sunt omnes hi ad Christum? qualis eorum Q.
amoris erga diuinum honorem, si cum Christo cōferas eos?
Quantusque zelus, qualisvè peccatorum cognitio? Hinc
perpende, qualis fuerit eius dolor & quidem non sub pa-
ssionis tempore solū, verum & per totius vitæ spatia. Quid
obsecro, cum solus in montibus pernoctabat, quid obsecro
faciebat? O quis vel semel astaret ei, & contemplaretur
mœstissimum eius cor. O quis audiret clamorem gemi-
tuum, & lacrymarum eius, quas abundāter fundebat in ora-
tione, pro peccatis nostris. Semel de illo scripsit beatissi-
mus Paulus, quod oravit cum lacrymis & clamore valido,
sed ego in montibus, in solitudinibus multoies credo sic
ad patrem orasse. Optimum ergo succum bibe à vite tua,
ò pœnitens, ô peccator, quia non solum in exemplum pro-
pono tibi dominum Iesum, quod debeas imitari.

Placet cum antiquo Tertuliano, propter Dei reueren-
tiā, cui creatura rationalis libētissimo animo, debet auscul-
tare de pœnitentia, de qua sub contritionis nomine desti-
namus agere, hoc primo statuere, quod licet pœnitentia
cōtritio quoddam bonum sit (de præteritis enim malis do-
lere & pœnitere lumen rationis docet, quia electione pas-
siones laudabiles sunt, & maxime sapienti conueniunt, li-
cet Stoici aliud docuerint) eo tamē amplius amplectenda

Nota. est, quia dominus Deus noster illam præcipit. Sic inquit
Tertulian. Tertulianus. Nos pro nostris angustijs vnum inculcamos,
li. de pœni bonum atque optimum esse, quod Deus præcipit. Audat-
tentia. ciam existimo de bono diuinipræcepti disputare. Néque
enim quia bonum est idcirco auscultare debemus, sed quia
Deus præcipit. Ad exhibitionem obsequij, prior est mai-
estas diuinæ potestatis: prior est auctoritas imperatijs, quam
utilitas seruientis. Bonum est pœnitere an non? Quid re-
uoluis? Deus præcepit. At ille non præcepit tantum, sed
etiam hortatur, iuritat, iurat etiam viuo dicens, cupit cre-
di sibi. O beatos nos quorum causam Deus iurat. Omisseri
mos,

A mos, si nec iuranti domino credimus. Quod igitur Deus tantopere commendat, quod etiam humano more sub deratione testatur, summa vtiique grauitate & aggredi & custodire debemus. Bonum ergo pœnitentia, bonum contritio pro peccatis, quia illam Deus præcepit, ipsaque bene in instituta natura maxime docet. Quid tam congruum nostræ naturæ quam de male actis resipiscere, & dolere, & emendationem ardentí animo proponere? Duo ergo includit pœnitentia, & resipientiam & dolorem de ante actis. Cicero non semel ait: Me pœnitet, quod te offendit. *Cicero Epist. 1.* Et in Tusculanis: Sapientis inquit est proprium, nihil stola ad quod pœnitere possit, facere. *Lege Lactantium Firmianum* Sed & Seneca, quem pœniter peccasse (inquit) propter innocentia est. Et Aristoteles inter incontinentem, & temperatum, ait quod intemperatum, quia passionibus succumbit, non pœnitit: incontinentem vero, quia cum illis colludatur, post factum pœnitit, & ideo hic curabilis est, ille *Seneca. 8.*

B verò minime. Est enim conscientia carnifex, male acta *Trag. vlciscens.* Hinc beatus Ambrosius & Gregorius talem assi gnarunt diffinitionem. Pœnitentia est præterita mala plan gere, & plangendo iterum non committere. Et beatus *Aug. li.* de pater Augustinus: Pœnitentia est, quædam dolentis vindicta. *pœnitentia.* Ita puniens in se, quod dolet commississe. *Quod enim leg. d. 9. cano.* gimus apud Ecclesiasticum. Tristitiam longè expelle a te; *pœn. 1.* multos enim occidit, id quod & Aristoteles docet, intelli- *Cap. 3.* gi & interpretari deberet immoderata tristitia, & primū *Aristot. 7.* ex parte obiecti, quando de incommodis & iacturis tem- *10. Eth.* poralibus & secularibus, propter nimium eorum affectum sumitur, quod & beatissimus Apostolos docuit. *Quæ 2. Ad Cor.* enim secundum Deum tristitia est, virtutem operatur *cap. 7.* in salutem stabilem mundi vero tristitia mortem gerit. *Ibi.* nerat. Et alio loco inquit: Gaudeo quia contristati estis, non quia contristati estis, sed quia contristati estis ad pœnitentiam. Vides ergo quam necessarius quam salu-

Super Psal. 50. Homilia vigesimaquarta.

taris, quamque rationabilis sit pro peccatis dolor voluntarius & peccatorum detestatio? Cum ergo de contritione agere promiserimus illud etiam est sciendum, quae

Attritio le discrimen inter attritionem & contritionem secundum ipsam rei naturam, reperiatur, ut inde ad spiritalem & contri-
tio. concidentes intelligentiam, de quibus agimus, intelliga

Aristo. 4. mus. Secundum Aristotelem, dum res in partes grossiores Eth. franguntur dicuntur atteri, dum vero commoliuntur dicuntur conteri. Metaphora transfertur ad cor, videlicet dum

homo imperfecte detestatur peccatum non tanquam Dei offendam, sed propter poenas inferni, illa detestatio, quia non sufficit eradicare peccatum, dicatur attritio. Quando vero dolet propter Deum super omnia dilectum, ille actus, per quem nulla affectio cordis manet ad peccatum, sed omnino conuelliatur dicatur contritio. Cor autem peccato-

Ezecl. c. 11 te, passim docet illud scriptura. Cor enim lapideum voca-

lege *Orig.* tur, sicut per prophetam dicitur: Dabo eis cor unum & spiritu *D* Periar. lib. ritum novum tribuam inscribus eorum, & auferam cor

3. cap. 1. lapideum de carne eorum & dabo eis cor carneum. Et per *Cap. 46.* Esaiam ad peccatores loquitur dominus Deus. Audite me *Psal. 4.* duro corde: & hic noster David nostram duritiam incre-

Nota. pans inquit. Filii hominum usque quo graui corde; Gravitas propria est lapidum.

Coniungit & sacra scriptura cum cordis contritione scissionem eiusdem. Oportet enim scindere & coterere cor nostrum neque possibile est sine mentis dolore haec contingere.

Cap. 2. Sic beatus Iacob dixit: Conuertimini ad me in toto corde vestro, in ieiunio, fletu & planctu, & scindite corda vestra & non vestimenta vestra. Abscindendum est cor nostrum ab amore creature ut ordinatum, in bonum incomutabile reuertatur.

Nomē contritio. Nomē erit contritionis, expressum habetur non uno loco tri tio. quidem sacrae scripturæ, sed multis. Cor contritum & humilia-

tu (inquit David hoc loco) Deus non despicias. Et alio Chirurgum

A Et cum dolor peccatorū sit de rebus spiritualibus, scilicet, quia per ipsa amittimus Deum & gloriā ipsius, sit ut ipsius dolor posse esse maior, neq; hoc sit culpabile quia sequitur naturam rerum. Quare non est culpa si dum homines, filios, aut honores, aut alias res charas amittat, intēsius illud eis displiceat, quam peccatum. Ex hac conclusione sibi cō- Nota Val- sulant sapientes, qui maiori donati sunt cognitione, quorū de- mentes in Deum ascenderunt eiusq; considerationē. Con- sulant (in quo) saluti suæ, quia certè supra reliquum popu- lum, de proprijs peccatis dolere teneantur. Si enim naturā cognitionis sequitur grauitas doloris rei amissæ, & isti ma- iori perfunduntur notitia Dei, tenentur certè vehemētius (ceteris paribus) de proprijs peccatis dolere. Et heu quam rūdis populus in cognoscendo dominum suum, & Deum, naturamq; eius & bonitatem, & excelsam maiestatē. Sed & sufficeret eis redemptionis & passionis cognitio, à qua & longè absunt. Qualis erit eorum dolor? qualis gemitus?

B qualis & quanta displicentia? Facies eorum tempore confessionis & pœnitentiaz respicite ut & mentis mœtorem comprehendatis. Heu heu, nec vestigium doloris in cordibus eorum innenitur, longèq; sunt ab omni tristitia hebetati sensus eorum. Non cognoscunt quicquam de Deo, quam quod est, & quod remunerator est, neq; hoc vñquā considerant, qualis erit eorū dolor? Quod si altior est hæc cognitio, sicut verè est, quam vt capere possint, adiungunt eis, & ante oculos suos Christi mysteria, passiones, crux, & mors, quam pro nostra redemptione animo libentissimo suscepit, quorū consideratio vehemens & acutus esset gladius, ad vulnerandas animas eorum contritione & dolore. De quo multa in prima homilia. Sed neq; ad hoc tempus aut mentis attentio. Audite obsecro. Vtrunq; Ecclesix principem Petrum & Paulum non uno loco desiderantes video, vt omnes impleamur scientia & cognitione Dei, & dominio nostri Iesu Christi. Gratia vobis & pax adimpleatur.

Super Psal. 50. Homilia vigesima quarta.

2. Epistola tunc inquit Petrus) incognitione Dei & Christi Iesu Domini Nostri. Et alio loco. Vos fratres praescientes custodite, ne in insipientiū errore traducti excidatis à propria firmitate: Crescite vero in gratia & cognitione domini nostri, & saluatoris Iesu Christi. Audite orantē beatissimum Paulum & quidē flexis Capit. 3. 10. Vigenibus pro suis Ephesijs & pro nobis. Flecto genua & ieiunia ad patrem Domini nostri Iesu Christi ex quo omnis paternitas in cœlo & in terra nominatur, ut de te vobis secundū diuitias gloriae suæ virtutē corroborari per spiritū eius in interiori homine, Christū per fidem habitare in cordibus vestris, ut charitate radicati & fundati, ut possitis comprehendere cū omnibus sanctis, quæ sit latitudo & longitudo, sublimitas & profundus: Scire etiā supéreminētē sciētiæ charitatē Dei & mysteriorū Christi, ut impleamini in omnē plenitudinē Dei. Vidistis steriorū co- orationes & desideria patrum nostrorum, qui per Euāgeliū gnitio. Chro nos genuerūt: Vidistis instatē eorum orationē pro nobis? Certè valde utilis & necessaria, nobis est Dei cognitio & mysteriorū Christi, charitatisq; eius, ad eius amorē, & ad dolorē de præteritis, cum contigerit legē eius violare. In amore dolor fundat, atq; eius est mensura, amor vero in cognitione. Qualis secundū has regulas erit eorum dolor & contritio, q; quasi mortui in Dei cognitione reperiuntur, nihil unquam de Deo aut de lege eius cogitantes? Attende ergo vobis, o sapientes, cōsulite & saluti viræ, o insipientes in populo. Accedite ad eum & illuminamini & facies viræ nō cōfundentur.
4. Conclusio. Dolor, qui est in parte sensitiva & heméterius esse potest
Dolor sensitivus. quāqui ex detestatione nascitur peccatorū, neq; hoc etiam est culpabile. Dolor enim in sensu duplíciter gignitur, aut per lassitudinem ipsius sensus, cū quis ferro percūritur aut igne crematur, & hoc modo nō est dubium quin dolor sensus & heméterius excruciet, quā peccatorū. Nā vires inferiores & sensus à suis proprijs objectis sensibilius, morētur, quā obediunt rationi per quam nimis nimis obedientia excitātur ad dolendum de peccato, uno veronon semper constitutio sufficit

A sufficit excitare sensualē dolorē, quare ille dolor, nō est ad pœnitentiā necessarius. Secundo modo ille dolor sensuali tatis nascitur per obediētiā, quia appetitus sensitius exci tatur à voluntate, cui quandoq; obedit. Et etiam isto modo potest esse vehementior dolor rersi sensualiū, quam pecca torū, quia eadem ratione vires sensitivæ prōptius circa sua obiecta obedient rationi, quam circa obiecta spiritualia. Sed multum ad sensuū excitationem vehementer attētio diuinæ iniuriae conduceit, & pœnaruim quibus involvetur ho mo sub caligine & igne in æternum. Vnde obsecro in no stro Davide illi lacrymarū exitus, quibus per singulas no- Psalms.
Et es stratiū suum rigabat. Vnde in muliere peccatrice aquæ fluēta ad lauādos dominicos pedes? Vnde Davidi gemitus Luc. ca. 7.
& rugitus cordis sui in sceleruī suorū recordatione? Præter alia multa & hoc vnu valde illis profuit, attēta scilicet, me ditatio, & cōsideratio actualis peccatorū, Dei bonitatis & beneficiorū eius. Hęc enim cōmemorauit Nathā aduersus 1. Reg. c. 11.

B eū. Hęc reuelue, o homo in mētis tuę recordatione cū pœ nitere & cōfiteri decernis. De quibus iā multa in superiorib; diximus. Docete & vos, o sacerdotes vestræ curæ cō missos populos, docete & cōmonete de his omnibus cū pri mo ad vos accedūt de que alijs plurimi eorū saluti necessarijs & altera aut tertia die ad sacramentalē cōfessionē accedāt. Sicut equus & mulus quibus nō est intellectus ad sacrā exomolegesim, vbi delista nostra domino & ministro eius confitemur, accedunt. Qualis eorum cōtritio qui nec memoria retinent etiam grauiſſima quæ commiserūt flagitia. O tempora, o mores, o beata antiqua secula. O felices ministri Ecclesiæ, qui cum visura & ingenti fructu anima rum, ad dominum suū reuertebantur portantes manipulos suos. Nūc autem (dicere timeo sed verū dicam) odio estis dño Deo vestro, de honestatisq; sanctam matrē Ecclesiā, spōsam eius, curantes cū ignominia vulnera populi vestri, de quo multa in superiorib; diximus. Respice redite ad cor,

Super Psal. 50. Homilia vigesimaquarta.

ad cor, o stulti in populo, recogitate in amaritudine anime vestrae omnes annos vestros, recogitate quantam maiestatem & bonitatem conculcastis & legem eius calce abieciatis. Sit carnifex cordis vestri conscientia vestra, feriat flagellum timoris domini, exungulet & fluat sanguis & aqua ab oculis vestris, planctum voigeniti facite super mortuam animam vestram, non taceat pupilla oculorum vestrorum a lacrymis, rugientes a gemitu cordis, sicut noster David, ut indulgentiam consequimere amini.

Electoru Hoc discrimen confitetur beatus Gregorius inter praetores & reprodestinatos & reprobos, quod familiare est reprobis. Si aliborum di quando peccata sua confiteantur ea tamē districte animadscrimen. uersionis fleribus non prosequuntur. Electi vero, etiam si minima sint, quæ in se punienda inueniunt, zelo rectitudinis contra se erecti, ad pœnitentiae lamenta studio se succéidunt. Qui dum sanctæ contemplationis pennis ad cœlestia se intuenda erigunt, eo subtilius, si quid vitiosum in ipsis latebat, inueniunt, quo ad diuinæ lucis claritatem, vicinius D'accedunt. Tantoq; eis displicet, quod infirmum ex carne tolerant, quanto eos delectat, quod ex incorruptibili vita suavitate degustant. Vnde sit quod graue in seipso vel pro ociosis verbis, vel pro vanis cogitationibus inuestigatione deserviant, & quæ leuia anteā crediderant, mox ut gravia atq; mortifera perhorrescant. Beneficia sibi diuinitus collata conspiquant, culpas nihilominus anteactas ad memoriam reducunt.

Non tacebo qualis erat apud veteres pœnitentia, qualis Tertulia - & describitur à Tertuliano. Exomolegesis, id est, confessio nus lib. de delicti prosterendi & humiliandi hominis disciplina pœnitentia. est, conuersationem inungens misericordiæ illicem. De ipso quoq; habitu atq; victu mandat, sacco atq; cineri incubare, corpus folidibus obscurari, animum mœroribus deijcere: illa quæ peccauit tristi tractatione mutare. Cæterum pastum & potum pura non esse, ut uetri scilicet, sed animæ causa,

A causa plerūq; ieunijs preces alere, ingemiscere, lacrymari & mugire dies noctesq; ad Dominum Deū tuum, presbyteris aduoluī, & aris Dei ad geniculari omnibus fratribus, legationes deprecationis suæ iniungere. Hæc omnia exomolegesis, vt pœnitentiam commendet, & de periculi timore dominum honoret, vt in peccatore ipsa pronuntians pro Dei indignatione fungatur & temporali afflictione eterna supplicia, non dicam frustretur, sed expungat. Cum igitur prouoluit hominem, magis relevat eum squalidū facit, magis emundat: Cum accusat, excusat, cum condemnat absolvit. In quantum non pepercisti tibi, in tantū tibi Deus, crede, parcit. Plerosq; tamen hoc opus, vt publicationē sui aut fugere, aut de die in diem differre presumo pudoris magis memores quam salutis. Illud certe est habere cor contritum & humiliatum, quod Deus non despicit, sicut testatur propheta imo tanquam sibi gratissimum sacrificiū amicabilibus oculis respicit. Humiliatur certè cor nostrū confessione & manifestatione criminis occulti, vnde absolutione exaltari meretur, sic orabant sacri illi pueri in medio flammarum ardentium. Non est in tempore hoc princeps *Dan.ca. 3.* & dux, & propheta, neq; holocaustū, neq; sacrificiū, neque oblatio, neq; incensum, neq; locus primitiarum coram te, vt possimus inuenire misericordiam tuā. Quibus hæc omnia deficiebant, quale erat eorum sacrificium? Audite vñ ex illis Azariam nomine: sed in animo contrito & spiritu humiliato suscipiamur. Sicut in holocaustum arietū & taurorum & sicut in millibus agnorum pinguium: sic fiat sacrificium nostrum in cōspectu tuo hodie, vt placeat tibi quoniam non est confusio confidētibus in te. Non despicit, sed amicabiliter acceptat sacrificium cordis contriti & humiliati dominus Deus noster.

Aliter interpretantur hunc locum beatus Hieronymus *Hieronymus* & Gregorius, quorum expositiones, & venerati, & proles qui intendo, sicut mos est usq; ad præsentem locum. Multi *Gregorius*

Super Psal. 50. Homilia vigesimaquarta.

habeat cor contritum, sed non humiliatum inquit Hieronymus, cuius testimonio virtutis Gregorius, quia plangunt quod fecerunt, & postea ad ipsum reuerti desiderat, quod antea fecerunt, & de praeterito nolunt pœnitere. Dilucida uit hanc sententiam beatus Gregorius. Dum enim errorum suorum consideratione reuocati ad ea, quæ dimiserat, redant, se contra contradictem suum per opera prauitatis extollunt. Ex superbia namque vitio est, timore in Dei contemnere, conditoris præcepta prauæ actionis transgressione calcare, cœlestis vitae gaudia mensura negligere, damnationis perpetua infinita supplicia non timere. Illud ergo sacrificium Deus non accipit, qui lacrymis compunctionis quidem se abluit, sed eisdem, à quibus antea mundati esse videntur peccatorum maculis, in id ipsum reuertentes,

Eccl. 24. sordescunt. De quibus scriptum est: Qui baptizatur à mortuo, & iterum tangit mortuum, quid prodest ei lauatio eius?

Humilitas Ex duobus in præsentiarum huiusmodi humiliatio cōpœnitētiū. stat, ex verecunda confessione delictorum, qua fit ut nostri cordis turpitudinem, alteri homini aperiamus obediētes voci domini, qui confessionem instituit, & præcepit in remissionem peccatorum & sic permanere in timore Domini sub obedientia & obseruantia mandatorum eius, indignissimos nos metipos iudicātes, nō solū donorū & gratiæ, verū & vita & salutis. Ex superbia namq; iteratio venit peccatorum, ex humilitate vero timor Dñi, maiestatis & potentiæ eius, cōmonens peccatore pœnitentē in disciplina dñi perseverare. Huiusmodi ergo cor contritū & humiliatum non solū non despicit Deus verū respicit ē vicino, iuxtaq; ex his qui recte sunt corde & humiles spiritu saluat.

Causa humilitatis O quanta sunt quæ ad humilitatem inuitant omne peccatore. O quam magna. Quantum obsecro humiliari debet, qui hesterna die erat vilissimum diaboli mancipium nostræ. Et hæc profecto fuimus, seruientes desiderijs nostris, cōtra domini voluntatē & sanctū eius mandatū. A quo enim quis supe-

A superatus est eius factus est seruus, & Paulus sacratissimus ^{2. Pet. c. 1.}
 dixit ad Rotmanos: An nescitis quoniā cui exhibuisti vos ^{Cap. 6.}
 seruos ad obediendū servi estis eius cui obedistis: siue peccati ad mortē, siue obditionis ad iustitiam? Cōsidera, quæ
 in hac lectione sequuntur, vt sub humilitate permaneas
 etiam iustificatus & virtutibus fulgens. Gratias autē Deo,
 quod fuisti servi peccati, iam tamen nō estis. Deo gratias
 refiero, non vobis, non libero arbitrio vestro, sed Deo per
 quem factum est vt peccati seruitutem evaseritis. Gratias
 ago quia servi fuisti, sed gratia Dei liberati estis. Notate *Nota Val-*
quibus verbis vñ sunt sancti Dei Apostoli de nostro pecca de.

to differentes. Alter dixit: A quo quis superatus est, vt ostē
 deret fuisse in temptationibus bellum, adeptumq; victoriā
 inimicum nostrum diabolum. Alter vero dicit: Cui vos ex
 hibueris, docens neminem nisi sponte & consentientem
 traditū sub diaboli potestate, & seruitute. Voluntate enim
 peccamus non necessitate aut violentia. Iam vero cōside-
 ra, o homo, quam vilis sis in oculis domini, quantūq; humiliari
 debeas sub potēti manu eius, qui diaboli seruus & mā-
 cipiū fuisti, nō quidem in duello, vi, aut fortitudine supera-
 tus, quod nō ita turpe, aut indecorū esset, sed propria volun-
 tate sub eius imperio traditus es. Cui obsecro post tui libe-
 rationē sint reddēdæ gratiarū actiones Deo, an tibi, tuę in-
 dustriæ, aut eius pater næ sollicitudini? Dexteræ tuæ, an bra-
 chio potētię eius? Merito tuę iustitiae, an liberali eius mise *Coloff. 2.*
 ricordiæ? O miser & miserabilis da gloriā Deo, qui miseri-
 cordia sua eripuit te de potestate tenebrarū, & trāstulit in
 regnū filij dilectionis sua. Humilia ergo animā tuā, quia
 seruus fuisti i peccati, nō in proavis & atavis tuis, sed ipse met
 ab utero trāsgressores, & deinde millies propria volūtate.
 Humiliatur homo si ex seruis parētibus nascit, qui in bello *Similitudo*
 forsitan magnanimitier agentes, tandem dolo, aut vi, propter
 multitudinē capti sunt. Quāto magis debes humiliari corā
 Deo & hominibus, q; seruus fuisti i peccati propria volūtate?

Nunc autem liberati à peccato (sequitur in lectione Apostoli) servi autem facti Deo, ad honorem & gloriam Dei, habetis fructum vestrum in sanctificatione, finem vero vitam æternam. Stipendia enim peccati mors, gratia autem vita æterna in Christo Iesu Domino nostro.

Rom.

Humiliatas.

Sed attendite obsecro quo verbo vñs est sanctus propheta, cum de corde contrito & humiliato sermonem ageret. Non despicies inquit. Prout mihi videtur, ad humilitatem & doctrinam peccatoris, tali forma loquendi vtitur.

Cum enim gratissimum & honorificum sit Deo nostro sacrificium cordis contriti & humiliati, solum dixit præsentis loco: Deus non despicies, & non dixit respicies, sicut de muneribus Abel loquitur Moyses cum inquit: Respxit Deus ad Abel & ad munera eius, & ostendit visibili signo ignis, grata sibi esse & accepta munera eius. Non hoc dicit de sacrificio cordis contriti & humiliati, sed solummodo,

non despicies. Quia licet respiciat Deus ad cor contritū & humiliatum, imo & inflammet ut contritum sit (sine ligno D enim diuini amoris nō offertur hoc sacrificium sicut supra probauimus) solū indicat peccatori, se nō despicere, vt semper syb humilitate permaneat & sub timore domini. Scriptum est eāim: De propitiatiū peccatorū noli esse sine me tu, neq; adiicias peccatum super peccatum. Sufficit scire peccatori pœnitenti, quod Deus non despiciet sacrificiū cor dis eius contriti & humiliati, vt inde & humilietur & animetur ad sacrificandum domino gratiosum hoc sacrificiū.

Excellētia Consideranti mihi profundius quam gratum & acceptum sacrificij est in oculis domini sacrificium cordis contriti & humiliati, illi martyres, qui animas suas pro lege domini Dei sui & gloria nomini eius tradiderunt, in medijs ignibus, quod iudicator magnificum sacrificium & vere sic est, quasi huius obliiti, orant, vt in anima contrita & humiliata à domino su

Dani. c. 3. scipientur. Sed vt vires præsens consideratio eundo assumat,

A mar, considerate, quod insuper benedicto, magnificentissimoq; sacrificio missæ eisdem omnino verbis orat sacerdos post oblationem panis & vini. Inclinans caput suum, in conspectu diuinæ maiestatis ante altare, sic orat. In spiritu humilitatis & in animo contrito suscipiamur domine à te, & sic fiat sacrificium nostrum in conspectu tuo hodie ut placeat tibi domine Deus. Vide iam ex his & considera, quantum sit sacrificium cordis contriti & humiliati, quod etiam cum sacrificio, quod in martyrio offertur, ubi proprium corpus tradit confessor Christi, & etiam in sacrificio, ubi immolatur ipse verus Christus Deus & homo, inuenitor. Quia nimis nec martyrium, neq; ipsa Christi passio sacrificiumque mortis eius, sine corde contrito & humiliato quicquam offerentibus proderunt. Si tradidero corpus meum, ita ut ardeat, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest, testatur beatissimus Paulus. *Quod considera in sequenti oratione missæ.* Postquam enim sacerdos consecrat dominicum corpus & sanguinem, orat dicens: & accepta habere, sicut accepta habere dignatus est munera pueri tui iusti Abel, & sacrificium patriarchæ nostri Abrahæ, & quod tibi obtulit summus sacerdos Melchisedec. Prius orat suscipi à domino, in spiritu humilitatis, & in animo contrito, quia oportet prius respiciat Deus ad sacerdotem, quod ei contingit ex animo contrito, & humiliato (si detur suisque quoddam in mortali peccato) deinde ad munera corporis domini, ut grata sint Deo ex opere operantis. Sic & martyrium, tunc erit gratum & honorificum Deo, cum ex animo contrito & humiliato ortum fuerit.

Cum tanta tamque præclara de contritione dixerimus, deque eius necessitate (non est locus nec tempus disputandi de attritione quæ in sacramento fit contritio) illud semper est intelligendum quod semper fuit ab Ecclesia *Martyriū.* creditum, martyrium voluntarie pro Christo, pro fide eius, siue pro quaunque alia virtute sufficere sine actuali

Super Psal. 50. Homilia vigesimaquarta.

pœnitentia ad salutem & regnum & sine formalis odio peccatorum. Contingere enim potest, ut quis in peccato existens, rapiatur subito ad martyrium, rapiaturque in Deum dilectionis vi magna, vnde non occurrat sibi delictorum memoria, hic profecto iustificabitur, & saluabitur sine formalis contritione, aut actuali detestatione peccatorum & odio. Qui enim tribuit virtutem pœnitentiæ potentiam reconciliandi nos sibi Deus, ipse non minus clare, neq; minus generaliter martyrio eandem prærogatiuam cōcessit. Omnem enim qui cōfitetur me coram hominibus (inquit

Matt. c. 10. Christus) confitebor & ego eum coram patre meo. Omnes dixit, vt iustos & peccatores tantæ gloriæ participes esse in

De pœni- telligas. Omnis (ait Augustinus teste Gratiano) hoc est quæ tertia. d. 3.

ca. adhuc. tuscumque, & quotiescumque peccator, & cuiuscumque orationis, ipse se omnium, qui eum confessi fuerint, non tam remuneratorem, sed encomistam fore pollicetur, & buccinatorem eorum virtutis. Idque apud patrem suum cœle-

Luc. c. 12. stem, & vt beatus Lucas & Marcus expresserunt & coram D

Cyprianus inde singu- Angelis Dei. Nec mirum tam præclarum testimonium redere beatum Augustinum martyrio, quod à beatissimo Cy- laritate & coronat, & cum baptismus nemini unquam ex mortuis clericorū. priano tam baptisma, quam corona vocatur, quia baptizat, pro Christo impedimento fuit, quominus coronam martyrum obtineret, vt ex sancta Emerentiana constare potest, quæ cathecumena cum esset, suo sanguine baptizata

Cyprianus libr. de lau- dib. martyri. ptismus necessarius est ad salutem, sicut pœnitentia, neq; est cur non possit habere martyrium vicem pœnitentiæ, sicut haber baptismi. Et martyrio, secundum eundem Cyprianum, totum necesse est cedat, martyrij inestimabilis gloria,

Hugo. 2. de sacra parte. 6. cap. 7. infinita mensura, immaculata victoria, inestimabilis titulus, triphus immensus, delictorum finis, periculi terminus, dux salutis, ac domus vita. Non tacebo argumentum Hugonis. Si saluus est, qui per Deum aqua suscepit, quare non magis qui propter

A propter eum sanguinem fudit? Et enim martyrium tesse Augustino, indulgentia criminū, virtutum caput occasio iu Augu. ser stitiae, passionis dominice imitatio, & ad regnum cœlo- monie. 49. rum statim cum exultatione transfert, neque mors est, sed de sanctis. hæreditas vitæ. Sed de hoc satis, ad rem veniamus.

Ad vos ergo, o pœnitentes! sermo noster & oratio dirigitur. Vos quidem genus electum, regale sacerdotium, qui corda vestra super altare fidei contrita & humiliata, Domino in sacrificium suauissimi odoris, offertis. Mactate vestram gladio contritionis, accendaturque ignis diuini amoris super quem ponatur sacrificium vespertinum, & orate cum propheta. Dirigatur domine oratio mea, sicut *psal. 140.* incensum in conspectu tuo, eleuatio manuum mearum sacrificium vespertinum. Obtulit magnus ille Elias zelator *3. Reg. 18.* ardenter diuini honoris & gloriæ, holocaustum, & ipso orante, ignis descendit de cœlo & voravit holocaustum & ligna, & lapides, puluerem quoque & aquam, quæ

B erat in aqueducto lambens. Orate & vos super sacrificiū, quod Domino offertis, vsque dum ignis diuinus descendat de cœlo & omnia absumat, ligna, lapides, stipulam & quicquid aliud ædificasti. Oratione offerendum est sacrificium per illud enim dirigitur & ordinatur mens nostra in Deum. *Quis* vnquam obtulit sacrificium Deo suo sine oratione? Oratione & lacrymis pingue fit sacrificium nostrū. Siccum quidem est holocaustum sine lacrymis, pingue & sacrificium gratissimum cum illis & oratione. Non solum obtulit holocaustum Elias, verum & apprehendit sacerdotes & prophetas Baal, vsque ad quadringentos & quinquaginta & interfecit eos, & abiit & oravit. Hoc maxime necessarium vobis, o regale sacerdotium, vt interficiatis prophetas Baal, amputantes capita eorum. Ut quotquot ante vestram conuersionem & pœnitentiam, fuerunt vobis virtus & prauxe consuetudines, gladio timoris domini abscondatur. Fluat licet sanguis, adsit licet magnus dolor in abi-

Super Psal. 50. Homilia vigesimaquarta.

cienda muliercula meretrice, & restitutione famæ, & honoriſ, vel pecuniarum, nulli tamen horum parcendum.

Nota valde. Apprehendite omnes prophetas Baal, dixit Elias, neque deinde vnuſ effugiat.

Quod si vnuſ remanserit, ipſe ſolus auertet populum Domini, ab eius cultu & adoratione. Omnes apprehendit, omnes interfecit. Manus valida, conſtaſque animus, ardens feruor & deſiderium ſalutis requiritur ad tantorum apprehenſionem. Elias aliorum viſus eſt adiutorio, ſed ipſe interfecit eos. Quia licet ſacerdotum & magiſtrorum utrariſ conſilio, tu tamen iugulare debes omnes prophetas Baal. Omnes quidem. Vnum ſolum vitium ſi in ſinu tuo latuerit, plures generationes viperatum & aspidum non poſt lögum reperies. Interfectis prophetis Baal, orat multoties Elias ad Dominum Deum ſuum, ut pluia ſuper terram, quæ diu ſterilis permanferat. Propter peccata enim illorum clauerat Deus cœlum, uſque ad annos tres, & menses ſex. Steriliſque permanferat terra, non iumentis, neque hominibus producens frumentum & cibum, & illo orante, Ecce cœli contenebrati ſunt, & nubes & ventus & facta eſt pluia grandis. Hæc omnia contingent vobis, o ſœlices & ter quaterque beati pœnitentes, quorum corda & uiscera, heu quam ſterilia & ſine fructu bonorum operum uſque ad diem hanc permanerunt. Dominus dabit benignitatem & terra dabit fructum ſuum, non vnuſ

Ad Galat. ca. 5. lege tantum, ſed multiplicem, & uberrimum. Fructus enim ſpi-
ritus Hiero- nymus. tias, longanimitas, mansuetudo, fides, modeſtia, continen-

Fructus carnis. tia caſtitas. Qualis erat fructus carniſ uestræ ante hanc ſa-

lutarem & voluntariam pluuiam? Ille certè qui ab eodem Paulo deſcribitur paulo antea. Manifesta autem ſunt opera carniſ, quæ ſunt fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, idolorum feruitus, beneficia, inimicitiae, contentiones, æmulationes, iræ, rixæ, diſfensiones, ſectæ, inuidiae, homici- dia, ebrietates, coſuſationes, & hiſ ſimilia, quæ pređico vobis,

A vobis, sicut prædicti, quoniam qui talia agunt regnum Dei non consequentur. Ecce quam eleganter describit beatissimus Apostolus paradisum voluptatis manu Dei constitutum, intra cordis nostri secretum de quo verè dicitur: Deliciæ meæ esse cum filijs hominum. Primo omnium lignum virtutæ plantat in medio cordis, de quo dixit, & vere dixit Paulus. Fruetus autem spiritus est charitas, iam sequitur gaudium inestimabile, mens enim secura, quasi iuge conuiuum & sic de alijs. Hic tibi mandatur, o homo ut operam impendas, & custodias illum, sicut & primo parenti. Vi- Genes. de iam campum spinarum & tribulorum carnis tuæ, ante pœnitentiam & conuersionem tuam. Manifesta autem sunt opera carnis, &c.

Sed tunc maxime ira & furore in Eliam succensa est Iezabel cum prophetas Baal interfecit & iurauit per Deos suos ponere animam Eliæ, sicut unum ex prophetis Baal.

B Sed & timuit Elias, & fugit à facie Iezabel. Sic contingit viris pœnitentibus, qui cordis contriti & humiliati Dominus obtulerunt sacrificium & recesserunt ob omnibus peccatis. Tunc maxime sœuiet hostis noster diabolus & Sata- Diabolus nas, tunc maxime armabit & incitabit contra nos mūdum, quādo plus & inimicam carnem nostram, minasque adiunget mortis sœuit & & multiplicis doloris. Propter hoc scribebat Tertullianus. acceditur. Peruicacissimus hostis ille nunquam malitiæ sœuæ otium Tertul. li. facit. At qui tunc maximè sœuit, cum hominem plenè sene- de pœnitentia liberatum, tunc plurimum accenditur dum extinguitur. Doleat necesse est, & ingemiscat, venia peccatorum permitta, tot in homine mortis opera diruta, tot titulos damnationis retro sœuæ erasos, dolet quod ipsum & Angelos eius Christi seruus ille peccator iudicaturus est. Itaque obseruat, oppugnat, obsidet, si qua possit, aut oculos concupiscentia carnali ferire, aut animum illecebris secularibus irretire, aut fidem terrenæ potestatis formidine euertere, aut à via certa peruersis traditionibus detorquere, non

scandalis, non temptationibus deficit. De quo multa in superioribus cum beato Cypriano. Hic fuga necessaria est cum Elia in montem, & desertum, ut in amaritudine animæ orantes, refectionem ab Angelo de cœlo allatam recipiamus, cuius fortitudine conuolare possimus, vsque ad montem Dei Horeb. In hoc monte iam videt dominum Elias,

Hier. 48. & cum illo familiariter loquitur. Hæc omnia vobis spiritu Petri. 2. tualiter contingent, post magnum sacrificium cordis contriti & humiliati, fugientibus de medio Babylonis, fugientibusq; quæ in mundo est concupiscentia corruptionem, & peruenietis ad vsque diuinæ naturæ consortium per dominum nostrum Iesum Christum, qui cum patre & Spiritu sancto regnat Deus.

Amen.

SVPER

sequendino de intellectu illius in latitudine conceptu

et voluntatis, in libet ratione etiam in latitudine conceptu

et voluntatis, in libet ratione etiam in latitudine conceptu

et voluntatis, in libet ratione etiam in latitudine conceptu

et voluntatis, in libet ratione etiam in latitudine conceptu

et voluntatis, in libet ratione etiam in latitudine conceptu

et voluntatis, in libet ratione etiam in latitudine conceptu

et voluntatis, in libet ratione etiam in latitudine conceptu

et voluntatis, in libet ratione etiam in latitudine conceptu

et voluntatis, in libet ratione etiam in latitudine conceptu

et voluntatis, in libet ratione etiam in latitudine conceptu

et voluntatis, in libet ratione etiam in latitudine conceptu

et voluntatis, in libet ratione etiam in latitudine conceptu

et voluntatis, in libet ratione etiam in latitudine conceptu

et voluntatis, in libet ratione etiam in latitudine conceptu

et voluntatis, in libet ratione etiam in latitudine conceptu

et voluntatis, in libet ratione etiam in latitudine conceptu

et voluntatis, in libet ratione etiam in latitudine conceptu

K 2

A S V P E R P S A L M V M Q V I N-
quagesimum. Homilia vigesimaquinta.

Benigne fac domine in bona voluntate tua Sion:
vt ædificantur muri Hierusalem.

A R G V M E N T V M .

 V O D secundum sacrorum patrum expositiones de Hierusalem & Sion, quæ adhuc in terris agit debeat interpretari præsens versiculus, & quod inter sanctorum suspiria, sacrasq; orationes principem locum teneat præsens oratio sancti David, ex multis alijs locis comprobatur, & quantus fructus & abundantie donorū rogantibus pro Hierusalem, pro eius pace, pro murorum construētione, proueniat, de qua pace vniuersa scriptura docet, quod ex benignitate, & misericordia Dei fiat, vnde ad humilitatem invitamur. Inter hæc, multæ scripture ad longum interpretatur,

B iam de pace cum Deo disputatur ex scripturis Apostoli Pauli, & de insania nostri pectoris, qui cum omnipotente pacem, etiā rogati, non componimus. Vbi de legatione domini Iesu pro hac pace agitur & de magno eius bono, & fructu, & quod Salomon vtrūq; dec̄tauit, & benignitatē Dei, & murorū & turrium altitudinū, docens etiā verā humilitatē. Deinde de pace cū hominibus & de præconijs eius, & qualiter in omnibus reperiatur, describitur cū beato Augustino. Ultimo tāde loco de necessitate cōtemplationis, ad despiciendas delicias nostrorū sensuū, & ad ædificationē murorum Hierusalē, vbi historia, quæ secūdo libro Esdræ habetur spiritualiter iuxta præsentē materia describitur. Benignè fac domine in bona voluntate tua Sion:

vt ædificantur muri Hierusalem.

V Sq; huc, sacri & spiritualis viri extenditur affectus, san- Desideriū
ctumque desiderium, omniumq; verè pœnitentium viri spiri-
Dominum super omnia diligentium, vt scilicet sanctæ ma- tualis.
tri Ecclesiæ murum firmissimum cupiat magnis desiderijs,
sum-

Super Psal. 50. Homilia vigesima quinta.

summisque votis, & pro exauditione, humilem & deuotam orationem offerat. In hunc modum, interpretatur praesent-

Ambr. A. tem locum beatus Ambrosius. Quid sibi vult quod vir peccator. David catum suum confitens, de Sion, & Hierusalem psallit dicentes. Benigne fac domine in bona voluntate tua Sion, ut edificantur muri Hierusalem, nisi quia accelerare ei placet. Ecclesiæ congregationem, per vocationem gentium, quæ non ancillæ filij, sed liberæ Hierusalem illius, quæ in celo est, fidei suæ prosapiam toto orbe diffunderet, & spiritualium septa murorum doctrinæ Apostolicæ fundaret

Muri Hierusalem. assertione? Muri itaq; Hierusalem, fidei propugnacula, dirusalem. sputationum munimenta, virtutum culmina sunt. Muri Hierusalem Ecclesiarum conuentus sunt, toto orbe fundati. Ec-

Canti. c. 8. clesia enim dicit: Ego murus & vbera mea turris. Et benè muri Hierusalem Ecclesiarum conuenticula sunt, quoniam quisquis bona fide, atq; opere, ingreditur Ecclesiam, fit supernum illius ciuius, & incola ciuitatis, quæ descendit de coelo. Hos muros lapidum edificat structura viuorum. Vidēs D

Nota. igitur Hierusalem veram & Sion dixit: Cum direxeris in bona voluntate tua Hierusalem & Sion: tunc acceptabis sacrificium iustitiae. Hoc est sacrificium corporis Christi. Hec beatus Ambrosius. In qua sententia apertissime videtis sanctum doctorem ad Hierusalem matrem nostram, sanctam Ecclesiam Apostolicam & ad sacrificium corporis Christi, quod quotidie in ea offertur, referre prophetæ sermonem.

Augustinus. Quā sententiā in sequentibus vtraq; amplectemur manu. Videamus quid de hac resentiat beatus pater Augustinus. Hie etiā erūt nr̄æ lectionis & scripturæ inexpugnabiles muri. Benigne fac dñe in bona voluntate tua Siō. Huic Sion bene fac. Quid est Sion? Ciuitas sancta. Quæ est ciuitas sancta? Quæ abscondi nō pot supra monte constituta, Siō in speculazione, quia aliquid spectat, quod sperat. Interpretatur enim Sion speculatio, & Hierusalem visio pacis. Agnoscitis ergo vos in Sion & Hierusalem, si certe spectatis spem futuram,

- A** turām, & pacem habetis cum Deo. In bona voluntate tua Non enim sibi tribuit aliqua merita sua, tu cum illa benignē fac, ut ædificantur muri Hierusalem. Munimenta conſtruuntur immortalitatis nostræ in fide, spe, & charitate. Vides quomodo ad præsentis Ecclesiæ propagationē per vniuersum mundum refert etiam beatus Augustinus sententiam prophetæ: Cætera quæ ibidem scribuntur nō tradam obliuioni. Similiter & beatus Hieronymus breuiſſima ora Hieronymi-
tione uſus est, secundum hanc superiorē interpretationem.
nem. Ut ædificantur muri Hierusalem. Munitiones fidei,
charitatisque illius quas in Ecclesia positi in te collocaui-
mus. Nec ab hac sententia discedit beatus Gregorius. Quod Gregorius
ſi ſub velamine literæ placet hunc ſenſum latere, & quod
primo, licet non principaliter, respexit sanctus Dauid ad
illam Palæstinæ Hierusalem, cui murum & templum ex-
optabat, non tibi contradicam, & facile huic ſententię ſub-
ſcribam. Non enim erant ædificati muri illius, nec templū
B in honorem Dei altissimi erectum, ſicut aperte testatur ter-
tius liber regum. Confirmatum eſt igitur regnum in mea Cap. 5.
nu Salomonis, & affinitate coniunctus eſt Pharaoni Re-
gi AEGypti. Accepit namq[ue] filiam eius, & adduxit in ciuita-
tem Dauid, donec completeret ædificans domum suam &
domum domini, & murum Hierusalem per circuitū. Sub
hoc proposito ac desiderio murandæ ciuitatis materialis
Hierusalem, cœleſti igne ardebat, desiderans ſpiritualis
Hierusalem sanctæ matris Ecclesiæ edificium. Quod inde Nota.
evidenter comprobatur (ut mea ferit ſententia) quod cum
in superioribus de reprobatione legalium, sacrificiorum
prophetaret, propter eorum inutilitatem & inopiam iusti-
tia & sanctificationis, ſicut ſuo loco expoſuimus, nunc qui
de m[od]o sacrificia illa, & holocausta, & oblationes, sacrificia
iustitiae uictari non poſſunt. Nallum enim illorum sacrificiū. Sacrificiū
ciuum iustitiae vocari potuit, immo ne holocaustū quod id iustitiae
ciuum in Dei honorem cedebat, igne conſumptum. Hoc ar-
gumen-

Super Psal. 50. Homilia vigesimaquinta.

gumentum ad longum pertractat beatissimus Paulus Apo C
stolus in Epistola ad Hebreos, cuius solam vnam sententiā
ad confirmationem eorum, quæ diximus, proponam. De
sacerdotio antiquæ legis sermonem agens, de quo eius ces-
satione, sic inquit: Manifestum est si secundum similitudinē
Melchisedec exurgat alius sacerdos, qui non secūdū
legem mandati carnalis factus est, sed secundum virtutem
vitæ insolubilis. Contestatur enim quoniam tu es sacerdos
in eternum secundum ordinem Melchisedec. Reprobatio
quidem fit præcedentis mandati propter infirmitatem eius
& inutilitatem, nihil enim ad perfectum adduxit lex, tan-
tum abest ut sacrificium iustitiae vocetur sacrificiū Aaron,
nisi iustitiam legalem velis intelligere, quod hoc loco mi-
hi non probatur. Sanctæ ergo matris Ecclesiæ ex gentibus
congregandæ per orbem uniuersum, intra murum fidei
firmissimum & confessionis nominis Iesu Christi domini
nostrí, aduersus quam nec poterat infernorū praetulere post
funeris David, ut ædificantur muri principaliter quidē, D
licet ad suam illam Hierusalem, per Salomonem ædifican-
dam sublimandamque primo respiceret. Ad hanc Eccle-
siam in bona voluntate Dei nostri, non ex meritis, aut ex
operibus iustitiae, quæ fecimus nos, vocati sumus, sed non
absque mysterio Sion & Hierusalem, appellatur. Ad pacem
nanque, & contemplationem, vocavit nos Deus, ad pacem
scilicet, cum ipso, ad pacem cum hominibus. De his tribus,
scilicet, de liberali misericordia Dei in vocatione gentiū,
de pace nostri pectoris cū Deo & cū hominibus, in sequen-
tibus agendum est, sed in primis mente prophetæ aperiemus.
Pro paruitate mei ingenij inter omnia sanctorum suspi-
ria, & sacras orationes, non obscuro, aut vili loco iacet, imò
principatum tenere iudico, ardēs eorum desideriū, vigilq;
solicitude, pro stabilitate, pro dilatatione, pro filiorū mul-
titudine sanctæ matris Ecclesiæ, ut ædificantur muri Hie-
rusalem, qui nimirū sunt fidei propugnacula, disputationū
muni-

A mūnimenta, virtutū culmina & fideliū conuentus, toto or
be fundati. Quibus orationibus sacrisq; desiderijs, si etiam
mānus adiutrices addiderint in Euangelij prædicatione &
sacramentorum administratione: Hoc nimirum germen
est, & generatio veræ dilectionis Dei, & proximi. Iam ar-
det mens verorum pœnitentium cœlesti igne inflamma-
ta, ardet inquam velut facula, lucem & ardorem fidei & co-
gnitionis omnibus impartiri desiderans. O quale erat hoc
desiderium quamq; familiare nostro Davidi! Præcipuum
erat inter omnia eius exercitia. Confiteantur tibi populi exercitū
Deus, confiteātur tibi populi omnes orabat. Quare o bea-^{Davids.}
tissime propheta? Terra dedit fructū suū. Quæ (obsecro) Psalm. 66.
terra dedit fructū suū? propter quē Deo fidei & laudis de-
beatur à cunctis populis confessio? Illa de qua paulò anteā
dixi. Etenim dominus dabit benignitatem: & terra nostra
dabit fructum. Benignitatem audis, in bona voluntate tua
benigne fac Sion. Quæ obsecro terra dedit fructum suum?

B Illa de qua scriptum est: Erasceder sicut virgultum coram Esai. c. 53.
eo, & sicut radix de terra sitienti, vel inuia, sicut trāstulit
Symmacus, quod (sibene memini) probat & magnificat
beatissimus pater noster Illefonsus. Considerans ergo sa-^{S. Illef. lib.}
cer propheta David magnum mysterium incarnationis, de perpe-
qua factum est propter summam Dei, nostri benignitatem, tua virginia-
ut terra sine via hominis, integerrima inquam sacratissi-^{nitate Ma-}
maq; virgo Maria nostra domina fructum suū daret, solumq; rīe.
vocatur, quia substantialis matri filius secundum humani-^{Consubstā}
tatem, sicut & patri, secundum diuinitatem est. Conside-^{tialis filius}
rans ergo hoc magnum redēptionis nostræ opus vocat Da-^{matri.}
uid omnes gentes ad confessiones laudis & fidei, ad adora-
tionem huius benedicti fructus vētris generosi & virginina-
lis, sicut & alio loco scribitur: Laudate dominū omnes gen-^{Psal. 116.}
tes & magnificare eū omnes populi! Quē locū de gentium
vocatione & fide interpretatur sacratissimus Paulus. Com. Ad Rom.
muneq; ac nimis familiare hoc fuit illi per multos psalmos. cap. 16.

Super Psal. 50. Homilia vigesima quinta.

Passim namque reperitur hoc sacrum exercitium apud hunc prophetam. Duo simul involvens, quem placido vultu se amplexuntur, veram, scilicet, proximi dilectionem & Dei notitiam apud omnes & fidem. Nec humile aut minus glo-

Exercitiū. riosum iudices huiusmodi exercitiū, sed annumerā illud inter fructus uberes spiritus & inter præclarā sacrorum hominum gesta & sacra desideria. Audi dominum & salvatorem Iesum cum ad consummationem redemptionis opus

Ioan. c. 1.2. perducebat. Audi illum ad patrem orantem: Pater clarificavi nomen tuum: ego te clarificavi super terram & manifestavi nomen tuum hominibus. Dignum quidē opus tati

Coloss. c. 2. filij, qui a beatissimo Paulo dilectionis filius appellatur. Dignum opus amoris, glorificatio diligens amantis. Hoc vere desiderat qui pro Sion & Hierusalē orat, ut in bona Dei voluntate benefaciat ei spiritus eius, ut ædificantur muri eius, ut nullus inimico sanguini aditus pateat: circuit enim omnem murum querens ingressum ad ferendum & perdendum dominicas oves. Fœlix cuitanti negotijsq; Deo gratiā adest sollicitudo hæc, ut in se preces & gemius, hoc præcipue oret & desideret, nulliq; labori parcat, quindam strina & exemplo huius Hierusalem muri ædificantur.

Sanctimo- Vobis, o sanctæ virgines, o charissimæ æterni regis sponsales, vobis hoc desiderium demandatur: vestra est hæc sollicitudo & vigilans cura, orate dominū ut in bona voluntate sua benefaciat Sion & Hierusalem, ut usq; ad cœlū ædificantur muri eius per universum orbem. Vestrū est in mediæ noctis silentio & sub galli cantu gloriam & honorem cœlestis sponsi desiderare, & quasi lingua corporis vocare omnes gentes ad confessionem nominis eius cum Davide, & rogare dominū ut in misericordiæ eius voluntate, eas adducat ipsa sancta maris Ecclesia. Vocate omnes gentes in spiritu enarrate illis, ac si corā vobis, opera Domini, qui terribilis fuit in consilijs super hominum salutem. Narrate, ac veri prædicatores, opera redemptionis eorum, in quibus

Abus magnificus in sanctitate de multis miserationibus & magnis, comprobatur dominus & Deus noster. Sicque cum oratione sacri desiderij veram dilectionē Dei & proximi coniungetis: in quo gratum domino exhibebitis obsequium. Hęc duo alibi coniungit sanctus propheta dicens: Rogate quę ad pacem sunt Hierusalem: & abundantia diligentibus te. Hęc est vera dilectio Hierusalem matris nostrę oratio, vt in bona sua voluntate benefaciat ei dominus Deus noster. Oratibus autem pro hac pace de *Abundantia* qua statim dicemus, promittitur abundantia indetermina *tiaque pro* ta sicut in superioribus de sacrificio cordis contriti dice- *mittitur* bat Dauid: sacrificium Deo spiritus contribulatus. In eun- *orantibus* dem modum præsenti loco, & abundantia (inquit) diligen *pro* Hieru- *talibz te.* Qualis abundantia? Primo quidem dulcedinis spisale. ritualis, quę omne delectamentum carnis superat. Torren *Psalm. 35.* te voluptatis cœlestis potantur, qui sub tali exercitio inueniuntur. Hic vero cordis iubilatio inuenitur: de qua scrip- *B*tum est: Beatus populus qui scit iubilationem. Hic etiam *Psalm. 143.* verus signis diuini amoris & proximi acceditur, de quo scrip- *Psalm. 38.* tum est: Cor meum concaluit intra me: & in meditatio- ne mea exardescet ignis, & quid dicam, qualiterue expli- cabo vestrum gaudium, o beatę sponsę Christi? Rogate cum Dauide quę ad pacem sunt Hierusalem & abundan- *tas Dei.* *Quod* statim adimpleuit dicens: Fiat pax in virtute tua: & abundantia in turribus tuis, & hoc loco: Benigne fac dñe in bona voluntate tua Sion, vt ædificantur muri Hierusalem.

Vniuersa quippe scriptura à principio eius usq; ad finē semper docuit bonam hanc Dei nostri voluntatem, de qua sanctus propheta canit: Benigne fac domine in bona vol- *Benignitas Dei.* luntate tua Sion, qua factum est, vt vocationem Gentium ore omnium prophetarum prænunciaret, propter semet ipsumque perficeret: non propter nos aut opera nostra. Quod verbum Dauidis, Benigne fac in bona voluntate

Super Psal. 50. Homilia vigesimaquinta.

Cap. 3.

tua, aperte est interpretatus beatus Paulus Apostolus in ea epistola quam ad Titum scripsit in hæc verba: Admone illos principibus & potestatibus subditos esse, dicto obediare, ad omne opus bonum paratos esse, neminem blasphemare, non litigiosos esse, sed modestos, omnem ostendentes, mansuetudinem ad omnes homines. Iam videte quam verè dictum est quod in bona voluntate sua non ex meritis nostris vocavit nos Deus. Eramus & nos insipientes, increduli, errantes, seruientes desiderijs & voluptatibus varijs, in malitia & in inuidia agentes, odibiles, odientes inuicem. Quale inter tot tamq; immannia flagitia, præter idololatriam, quæ hoc loco tacetur, reperiri potest meritum nostrum? Imo inter magnas & multas ignis & mortis obligationes, resplendet diuina bonitas, prout statim sequitur in lectione apostoli. Cum autem benignitas & humanitas apparuit saluatoris nostri Dei non ex operibus iustitiae, quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit, per lauacrum regenerationis spiritus sancti, quem infundit in nos abunde, per Iesum Christum saluatorem nostrum: ut iustificati gratia ipsius, heredes simus ipsius secundū spem vitæ æternæ. Benigne fac dixit Dauid, Paulus vero: Cum apparuit benignitas.

Humilitas Quod nomen, à verbo, illo descendit. Maxime hoc argumentum, quod per vniuersam scripturam explanatum ac disseminatum est, ad humilitatem conduit. Scire certissime in bona Dei voluntate & benignitate vocatos nos esse, siue ad fidem, cum gentes essemus, siue ad gratiam per pœnitentiam. Multum meditatio hæc emolumenti & fructus spiritualibus & pœnitentibus adducit. Certissime sciat omnis domus Israel, quæ est secundum promissionem, attentissimeque meditetur omnis iustus, quod vocatus est siue ad fidem, siue ad gratiam, secundum liberalem Dei nostri misericordiam: non ex operibus iustitiae. Sciatque omnis iustus quantumuis iustus

A stus & perseverans, ad spem gloriae vocatum, non ad gloriam. Regenerauit nos in spem vitæ æternæ inquit Apostolus, non in vitam æternam. Quam spem & vocationem docet sacratissimus Petrus debere nos certam facere per bona opera: Satagit ut per opera bona certam faciatis vestram electionem & vocationem. De quibus operibus anteà præmiserat dicens: Vos autem curam omnem subinferentes, ministrare in fide vestra virtutem, in virtute autem scientiam, in scientia autem abstinentiam, in abstinentia autem patientiam in patientia autem pietatem, in pietate autē amorem fraternitatis, in amore autem fraternitatis charitatem. Hæc autem si vobis cum adsint & superent, non vacuos nec sine fructu vos constituent in domini nostri cognitione. Sic enim abundanter ministrabitur vobis introitus, in æternum regnum domini nostri & saluatoris Iesu Christi. De qua spe superius dicebat beatus Augustinus exponens hunc locum: Ag-
August.

B noscitis vos in Sion & Hierusalem, si certi expectatis spem futuram & pacem habetis cum Deo: Quod verbum expendendum iudico. Non dixit, certā habete vestrā spem, vocationē & electionē, sed certam facite. Qui domum facit non eam habet, sed adhuc facit, Facere est totius vitæ Nota Valiusti decursus, nō habere, vnde certā facit usq; ad ultimū vi de-
tæ, ædificans aliquādo, aliquādo verò collapsa reparans, facitq; certā suā electionē illis octo operibus, quæ enumerat beatissimus apostolus non tamen habet certam, habet fiduciam, quæ voluntatis est, non certitudinem quæ est intel lectus. Certus enim à cerno etymologiā trahit, & certitudo Certitudo, firmitas quædam est, qua virtus cognitiva perinde suo cog noscibili adhæret, ac si illud coram cerneret: quod autē falsum est neq; scibile est, neq; dici potest aliqua ratione videri. Vnde & certa nobis non dicimus, nisi quæ vera sunt, aut vera esse firmiter & indubitanter credimus, nec qui spiam vel se, vel alterum, certus eius rei dicit, quæ falsa est.

Super Psal. 50. Homilia vigesimaquinta.

Cum ergo doceat beatissimus apostolus debere nos facere certam nostram electionem, apertissime dicit, facere, non habere. Qui enim facit vestem, nondum habet illam, qui se facit certum, nondum est certus, nec habet certitudinem, neque certitudine fidei, cui non potest subesse falsum creditur se esse electum. Facit quotidie iustus timoratus certam ex bonis operibus suam electionem, acquirere, hanc certitudinem evidenter cum concessum ei fuerit introire in aeternum regnum Dei, & domini nostri Iesu Christi vel si contigerit ex reuelatione hanc certitudinem habere. Denegataque est certitudo haec electionis aut gratiae viris iustis in magnam eorum utilitatem, sicut eleganter pertractat

*Greg. lib. beatus Gregorius: si scimus nos gratiam habere, superbimus,
9. moral cap. 17. Vix cauent viri spirituales superbiam, & vanam gloriam,*

si probabile sit se inuenisse gratiam apud aliquem regem, veleximum prælatum, & cauebunt cerdones & sartores superbiam & inanem gloriam, habentes certitudinem fidei de sua iustificatione apud deum & adoptione in filios Dei & heredes regni coelorum? Multas alias rationes ad

Incertitudo prædestinationis & gratiae præsentis, expedire nobis, iustificationis multumque conducere. Sed de hoc satis. Confirmauimus

& gratiae, enim considerationem, quam priori loco differendam proposuimus, nimirum ad nostram utilitatem spectare, quod in bona Dei voluntate ac maxime liberali, vocati simus & iustificati, & quod ipsa Dei electio aut iustificatione nos la-

Rom. c. 3. teat in præsentiarum. De re hac docens Apostolus Paulus sic inquit. Omnes peccauerunt & egent gloria Dei. Iustificati gratis per gratiam ipsius, per redemptionem, quæ est in Christo Iesu. Vbi vide apertis oculis, adverbium illud gratis, ad nos nostraque opera respicere, non ad Christum qui emit nos pretio magno, scilicet, sanguine suo. Ut autem sublimem spem tuæ iustificationis inspicias, expende alterum verbum Apostoli, sicut & illud adverbium, gratis, ad

tuam

A tuam humilitatem considerasti. Dicit apostolus: Egent glo *Rom. 5.*
 ria Dei, id est, quod Deus glorificetur in nostra iustificatio
 ne, & remissione peccatorum. Ad eius enim gloriam spe-
 ctat impij iustificatio, sicut scriptum est: Exaltabitur dñs par- *Esa. c. 30.*
 cens vobis. Quod si ad Dei gloriā spectat, modis omnibus
 fiet. Verbum est Chrysostomi si bene memini. Sic docebat *Cap. 14.*
 Oseas propheta, imò dñs per os eius: sanabo cōtritiones eo-
 rum, & diligam eos spontanee, quia auersus est furor meus
 ab eis. Quod autē de hac virtute cōtritionis sermo proph-
 etæ debeat intelligi, & ante illū David in psalmo, *Qui sanat Psol. 146.*
 cōtritos corde: & alligat cōtritiones eorū. Oseas dicit dili-
 gere nos Deū sp̄otanee. David vero, & disicare muros Hie-
 rusalem in bona sua voluntate, de quibus dicebat beatus Au-
 gustinus: Mūnimenta cōstruuntur immortalitatis nostræ, in
 fide spe & charitate. Dona ergo cor tuum huic magnæ regi
 næ, humilitati inquam, vt acceptam gratiam tuearis ab su- *Superbia.*

B peratio, miserabilis captiuitas, & omniū dīvītarū expo-
 liatio, lethale vulnus viscerū, aquilonaris ventus, à quo om-
 ne malum originem trahit. Radix enim omniū malorum
 superbia. Hanc cœlestis medicus David curare desiderans,
 inquit: Benigne fac in bona volūtate tua Sion, vt ædificen-
 tur muri Hierusalem. Super quod dicebat beatus Augusti-
 nus: Non enim sibi tribuit aliqua merita sua, tu cum illa be-
 nigne fac. Iam considera quā congruenter post humilitatis *Pax & cō*
 doctrinā pacem & contēplationem doceat sacer propheta, *templatio*
 maxime enim hæc duo humilibus congruunt. Individuus *quibus con*
 comes humilitatis, pax cū Deo & cū hominibus, coronaq; gruit.
 eius contemplatio est, vnde illuminat: Mysteria nanq; sua
 dñs. Iesus parvulis, id est, humilibus reuelat. Docet ergo pa- *Matt. 7.*
 ce in post pœnitētiā cū Deo & hominibus. Docet & con-
 tēplationem, cum sanctā matrem Ecclesiā, Sion & Hieresa-
 lē appellat. Sion enim speculationē significat, quia aliquid *Sion.*
 speculatur, quod sperat, interpretatur enim siō speculatio,

Super Psal. 50. Homilia vigesima quinta.

& Hierusalem, visio pacis. Cum ergo dicit propheta; Be
nigne fac dñe in bona volūtate tua Siō, vt ædificētur muri
Hierusalem, vtrunq; docet conuenire sancte matri Eccle-
siæ, & filijs eius, speculationem, scilicet, & pacem.

Pax. Pax eorū est, quæ ad alterum respiciunt, sicut iustitia &
charitas iustitia reddit vnicuiq; quod suum est. Charitas di-

Cap. 5. 13. ligere facit Deum & proximum, sic & pax. De ytroq; ser-
monē agit beatissimus apostolus in epistola ad Romanos

Primo de ea pace quæ est ad Deum. Iustificati ex fide, pa-
cem habeamus ad Deum, per dñm nostrū Iesum Christū.

Quasi manifeste diceret, vt omnia concatenata sint ac diri-
gente spiritu, directissime currat oratio: Quandoquidem
multis argumētis haec tenus probatū est, nō ex operibus le-
gis, neq; ex viribus liberi arbitrij, sed ex fide iustificari ho-
minem, nos ita iustificati, habeamus pacē ad Deum, quam
quidē non habebitis dū inuicem arrogatis falsam iustifica-
tionē, filij per legem, alij per vires liberi arbitrij. Quasi di-
cat: Hęc dissensio contra Deum est, qua de meritis vestris D
gloriāmini, quasi per vosmetipſos iustificati. Sed iustifica-
tio, quæ ex fide est, pacē cum Deo facit, quia inimicas præ-
sumptiones humanorum meritorum expellit, & animum

Eph. 2. Deo humiliter subiicit, dū se sola gratia saluari cognoscit.

Ex fide viua sumus iustificati, & tamē gratis, quia ipsa fides
donū Dei est, non ex nobis, ne quis glorietur. Et cū fides im-
petrat iustificationē, aut gratiā Dei, non aliquod meritum
præcedit humanū, sed ipsa gratia meretur augeri, vt aucta,
mereatur perfici, comitante, non ducente, pedisequa, non
prævia voluntate. Ita ergo iustificati pacem habeamus ad
Dñm iam de cætero, quia recōciliati sumus ei per mediato-
rem Iesum dñm nostrum. Ex benignitate ergo & humani-
tate saluatoris nostri Dei, ex bona eius voluntate, non ex
meritis nostris bonum omne gratiæ iustificantis contin-
git Sion, vt muri eius ædificantur. Qui dum supra verā hu-
militatē construantur, inexpugnabilis redditur. Et sic, vt sa-
piens

A Piens architectus fundamētum ponit dans gloriam Deo & gratiæ eius, qui benigne condonavit nobis antiqua delicta *Colos. 2.* nostra, & eripuit de potestate tenebrarum harū, & transstu- *Eph. 5.* lit in regnū filij dilectionis lux. Eramus enim ab utero na- *Eph. 2.* tiuitatis nostræ tenebræ nunc autem lux in domino, & qui *Ibid. c. 5.* eramus lögè propter peccata nostra, gratia Dei facti sumus prope, & membræ corporis eius, quod est Ecclesia, pro qua semetipsum tradidit, ut exhiberet ipse sibi sponsam glorio sam, non habentem maculam neq; rugam, quæ prius lip pa oculis erat, iā verò oculi eius columbarū sunt, præter id q *Can. 4.* intrinsecus later. Huic ergo diuinæ gratiæ ascribe ô homo quicquid boni in te est, fontemq; sapientiæ & redēptionis recognosce dominum Deū, ut humilioris sub potēti manu eius, factus obediens præceptis & mandatis eius: ut te exal- tet in tempore visitationis. Deus enim humilibus dat gra *1. Pet. c. 5.* tiā, & resistit superbis, & respicit humilia in celo & in ter- *1. Pet. c. 5.* ra. Vides quā restā via ab humilitate deuenitur ad pacem *Isai. 30.*

B cum Deo? Hæc est via ambulate per eam, & inuenietis re- frigerium animabus vestris.

Vnum est quod supra cunctas hominum insanias ac deli- *Temeritas* ramenta, mentem meā in admirationē rapit, vnde magno *humanī* ardentiq; supplicio dignos nos iudico, quod cū simus puluis *cordis.* & cinis, aduersus omnipotentē bellum gerere nō formida- *Similitudo* mus. Pacē rogat etiā princeps magnus, tributa offert poten- tiori regi, ut manus eius effugiat, vincula & carceres, deniq; & mortē. Et qui sibi similē reformidat, qui rebus nō secūdis sub eius potestate alio tēpore poterit deuenire, nō veretur Deū omnipotentē, per singulos dies, imo & per singula vi- *tx* lux momenta, ad iram & inimicitiam & ad singulare certamen vocare. O cæca hominum stultitia, Opericulosa temeritas. Recogita, ô homo quis sis, quam imbecillis, quam infirmus, quam vere nihil, vt aduersus tantum do- minum velis bellum gerere. Hic est qui infremitu furo- *Abac. c. 3.* ris sui conculcat terram, & in furore suo obſtupeſunt

Psal. 94. terræ potentes, reges & principes eius. Hic est qui in manu sua habet omnes fines terræ. Aduersus ergo omnipotétem non vereris bellum gerere? nec pacem cum illo, etiā rogatus componis, etiā si legatos omni honore & reuerētia dignos ad te mittat. Dices forsitan mihi. Quando legationē misit ad me dñs, & qui legati eius? Audi Paulum huius legatio nis præconem, & ministrum. Omnia ex Deo, qui nos recōciliavit sibi per Christum, & dedit nobis ministerium re cōciliationis. Quoniam quidem Deus erat in Christo, mundum sibi reconcilians, non reputans illis delicta ipsorum, & posuit in nobis verbum re cōciliationis. Pro Christo ergo legatione fungimur, tanquam Deo exhortante per nos. Obsecramus pro Christo, recōciliamini Deo. Vides legationē?

2. Corin. cap. 5. *Legatio* Consideras legatum? Attende & considera quis sit qui mittit Dei ad pecatum illum. Sed & nota, quam multa in hac sententia inuoluuntur. *catores.*

Heb. 1. Primo Dei nostri omnipotentia, qui per verbū suum cuncta de nihilo creauit. Omnia (inquit apostolus) ex Deo, ergo & tu ex Deo, qui & portas te verbo virtutis suæ. Secundo

summam & infinitam ac liberalem clementiam & misericordiam eius intuere, qui non reputans delicta nostra, filium charissimum tradidit, ut seruos impios redimeret. Qui nos recōciliavit sibi per Christum inquit. Tertio considera quod in Christo fuit opus re cōciliationis, in apostolis & sanctis prædicatoribus posuit ministerium & verbum re cōciliationis, dum fidem in Deum & pœnitentiā docent populos. Iā ultimo loco intētum nostrum proponam ante oculos metis viræ. Hic Deus magnus & omnipotens, non reputans delicta nostra nobis, qui propter nimiam charitatem suam recōciliavit nos sibi per Christum saluatorem nostrum, exhortatur apostolos & prædicatores suos, ut nomine Christi rogationem apud vos faciat. Et verbum, rogationis & legationis hoc est: Obsecramus pro Christo, recōciliamini Deo. O magna pietatis opus, o magna Dei nři clemētia & bonitas erga nos. Perfundatur verecūdia facies nostra, feriaturque hac sagittæ ardētis chari tatis

A tatis cor nostrū. Christus obsecrat per apostolorū orā vsq;
ad hāc diem, obsecrat vos & peccatores recōciliāmī Deo.
Etiā post multa suspiria, etiā post fluēta lacrymarū ab eo
exaudiri opus esset clemētia & misericordia, sicut supra
cū Oseā interpretaremur, docebamus. Et quāto magis exi-
stimari debet, q̄ Deus ipse legationē & rogationē reconciliā-
tionis mittit ad vos? Verē lapideū & adamārinū redditū
est cor nostrū, siquidē subitā amoris & charitatis pōdēre
non emollitur, nec ad ignē dilectionis talis liquefit. Iustifi-
cati igitur ex fide, pacē habeamus ad Deū, obsecramus re-
conciliāmī Deo, gratiæ eius tribuentes vestrā salutē, nō
vestris viribus aut libero arbitrio. Infirma enim hāc suā,
& plena vulneribus, ut ad tātum fastigiū concendere pos-
sint, quale est nostra iustificatio. Habeamus, ergo pacē ad
Deum, siquidē filij sumus Hierusalem, obediētes eius man-
datis, subiectientes nosmet ipsos & nostra sub eius potestate
nec inueniamur rebelles & duræ ceruicis inconspectu eius,

B sicut Pharaō ille impiissimus, cui dñs post multa flagella,
quibus domare ceruicē eius curabat, dicebat per Moysem
& Aarō, vsq; quo nō vis subiici mihi? Qui obduratus, etiā Exod. c. 10
post multa flagella, etiā vīlis mirabilibus & portētis & pro-
digijs multis, demersus est cū exercitu suo in mare Rubrū. Psal. 61.
Non sic humilis nosterq; magister Dauid, qui sibi metipsi
dicebat: Nōne Deo subiecta erit anima mea (Ab ipso enim
salutare meum. Nam & ipse Deus meus. Quid germanius, Nota.
quid ve propinquius rationali nostrā naturē, quā Deo suo
subiici, cuivniuersus creaturā chorus famulatū indefesso
animo exhibet. Odēdecus nostri generis, q̄ iumenta & be-
stiasyluarū voci & nutui Dei sui obediant, & solus homo,
ratione prēdictus multis & magnificis munētibus decoratus
exornatusq; rebellis & durus inueniatur. Et quiddico om-
nē creaturā subiici Deo & voluntati eius, cū etiā verum sit,
cōtra propriā naturā & inclinationē, ab eius imperio non
discedere. Cum enim placet Deo ac creatori suo, ignis nō

Super Psal. 50. Homilia vigesimaquinta.

Dan. 3. vixit, immo quasi amoenissimus flatus & ros maturinus se exhibet, sicut sacris pueris contigit in fornace Babylonie, & beatissimo Danieli in lacu leonum, qui omnino eum non tetigerunt neque contristauerunt. Dicite ergo in cordibus vestris & in cubilibus vestris, & cōpungimini: Nonne Deo subiecta erit anima mea? Quoniam ipse Deus meus, ego autem creature eius vermīs & pulvis!

Vidiltis magorum malū inimicitię vestrę cōtra dñm, audite & cōsiderate quantū bonum sub humili obediētia mandatorū eius lateat, & later quidem huius mundi amatores.

Isa. 48. Vt inām attendisse (verbō optantis in principio vtitur dñs Deus, vt ardens desideriū suū nōstræ salutis ostēderet). Vt inām (inquit) attendisse mandata mea facta fuissent sicut flu men pax tua & iustitia tua sicut gurgites maris. Vbi obsercro tantū bonū cōparabimus? Vbi inueniūtur tā preciosi Thesauri? Quid nohi faciendū ad inueniēdā hāc pacē, & hāc magnā iustitiā? Egressus à Babylone, fugite à Chaldaīs, ecce qui inueniunt hanc pacē, magnā quidē velut flu men & iustitiā velut gurgites maris. Quod autem hic nobis præcipitur sub nomine egressus à Babylone, alibi fuga demandatur. Fugite de medio Babylonis, vt saluet ynis.

Orig. Ho. quisq; animam suam. Super quod Origenes: Nō gradatim: 2. in Hier. nō pedentim, sed cum velocitate, cum cursu fugite. Hoc est enim fugere. Fugite de medio Babylonis, quicq; confusam habetis animā variorum passionē vitiorū, ad vos dirigitur sermo. In eundē modū docet propheta Baruc magnum hoc bonū pacis, quod sub Dei amicitia inuenitur à iustis, dicēns: Dereliquisti fontem sapientiæ, nam si in via Dei ambulasses, habitasses utique in pace super terrā m. Disce vbi sit prudētia, vbi virtus, vbi sit intellectus, vt scias simul vbi sit diuturnitas vita & vietus, vbi sit lumen oculorū & pax, Hæc omnia sub obedientia Dei sub mandatorum eius obseruantia inueniuntur, quæ considerans David dicebat:

Nōne Deo subiecta erit anima mea? Quasi diceret certe sic Cap. 3. rigit. In eundē modū docet propheta Baruc magnum hoc bonū pacis, quod sub Dei amicitia inuenitur à iustis, dicēns: Dereliquisti fontem sapientiæ, nam si in via Dei ambulasses, habitasses utique in pace super terrā m. Disce vbi sit prudētia, vbi virtus, vbi sit intellectus, vt scias simul vbi sit diuturnitas vita & vietus, vbi sit lumen oculorū & pax, Hæc omnia sub obedientia Dei sub mandatorum eius obseruantia inueniuntur, quæ considerans David dicebat: Nōne Deo subiecta erit anima mea? Quasi diceret certe sic

- A Iam impletur q[uod] alio loco orabat facer propheta: & abundia
dantia in turribus tuis & conuentibus Ecclesiarum. Fiat pax in
virtute tua, & abundantia, &c. Qualis obsecro abundantia?
Illa quippe de qua paulo ante cum Esaias propheta diceba-
mus: Esset iustitiatua sicut gurgites maris. Hæc est turrium
sublimium abundantia, à quibus muri Hierusalem, qui quo
tidie ædificantur, defenduntur. Circuit quidem inimicus
querens aditum desiderans introitum, & murorum eversio
nem, sed turrium abundantia & sacrorum doctorum dispu-
tationum munita inexpugnabilem reddunt Hierusa-
lem. Mille clypei pendebant eis, omnisq[ue] fortium armatura Cant. 4.
ibidem reperitur. Illa quidem de qua sacratissimus Paulus Eph. 6.
Ius. Accipite armaturam Dei, ut possitis stare aduersus insi-
dias diaboli.
- B Obsecro attendite quam eleganter filius eius Salomon Cant. c. 8.
decantauit. Postquam de dilectione, de fortitudine eius
sermonem egit, statim introducit Christus de Ecclesia ser-
mocinahem, ac eius paupertatem primo depingit dicens:
soror mea paruula, & vbera non habet. Iam humilitatem
docet, & turrium ædificationem diuinæ gratiæ ascribit di-
cens. Si murus est, ædificemus super ea propugnacula ar-
gentea. Ipsa vero Ecclesia statim inquit: Ego murus & vbe Humilitas
ra mea sicut turris, ex quo facta sum coram eo, quasi pacem sponse.
reperiens. Optimus locus nimirum pro hac consideratio-
ne. Agnosco nanque sacra sponsa Ecclesia, quam vere
ex solo munere sponsi sui, ad hanc excellentiam peruenit,
ut sit murus firmus bene fundatus supra firmam petram, bene
compactus cōpaginatusq[ue], (& vt ita dicam) cōuiscatus, per
cementum & glutinum verę charitatis, Ecce (inquit) murus
sum & vbera mea turris. Quasi diceret: Nolite itaque me
qualis & quanta olim fueram considerare, sed qualis &
quanta nunc sum. Neverò inaniter gloriari, aut superbe
iactare se videatur, statim unde ista nostra sit excellentiam
& fœcūditatem, quæ ex seipsa in initio tam humilis & de-
specta

Super Psal. 50. Homilia vigesimaquinta.

specula videbatur; aperte exprimit & ingenue confitetur,
in eo quod adiungit: Ex quo facta sum coram eo, qua si pa-
cem reperiens. Quasi dicat: Ad istam qualem cunque glo-
riam excellentiae & fructus, in qua iam prouecta &
sublimata consisto, non per memetipsam perueni, sed ex
munere sponsi mei, postea quam ipsi placuit pacem recon-
ciliationis mihi concedere, & pacem conscientiae in man-
datorum eius obedientia & vera humilitate ei ascribo to-
tum bonum meum, quia ab illo accepi. Hic murus ma-
gnus & altus visus est a beatissimo Ioanne in sacra Apo-
calypsi & ibidem descriptus, habens portas duodecim,
& in portis angulos duodecim. Et nomina scripta,
qua sunt nomina duodecim tribuum Israel, idest, uni-
uersorum in Christo credentium, qui (iuxta Apostolum)
veri sunt Israelitas, secundum spiritum, non secundum car-
nem. Qui etiam murus fundamenta habet duodecim, & in
ipsis duodecim nomina apostolorum & agni. Huius muri
ædificationem desiderans sanctus Propheta orat: Benigne D
fac domine in bona voluntate tua Sion; ut ædificantur mu-
ri Hierusalem. Fiat pax in virtute tua & abundantia in tur-
ribus tuis, quod idem est cum illis quæ ante a dixit: Benig-
ne fac in bona voluntate tua Sion, ut semper Deo ascribat
bonum nostrum. Et abundantia in turribus tuis. De quibus
*Vbera spō-
sponsa. Et vbera mea turres. Quæ commodissime turribus
ſæ turres.* assimilantur. Primum enim in turribus, eminentiam alti-
tudinis consideramus, per quam palam omnibus etiam a
longe apparent, nec latere facile possunt. Deinde firmita-
tem habent, & fortitudinem, per quam ciuitatem univer-
sam defendunt & protegunt. Quarum conditionum vtra-
que recte vberibus Ecclesiæ spiritualibus competit. Fœcun-
ditas namque doctrinæ euangelice & salutaris gratiae in Ec-
clesia (quæ per vbera sponsæ significantur) eminentissi-
mæ est dignitatis & gloriæ, tantæque altitudinis & mai-
statis, ut latere non possit, quin etiam a longe positis, eius
alti

A altitudo cernatur. Tantè quoque est firmitatis & fortitudinis spiritualis, vt per eam defendantur & protegantur omnes qui intra Ecclesiasticam vnitatem permanere voluerint. Nihil enim est in Ecclesia, quo sic protegantur & defendantur aduersus omnium hostium impetu ac fraudem fideles, vt per salutarem doctrinam, quâ ex ore sanctorum *Doctrina.*

patrum indesinenter accipiunt, & spiritualem gratiâ, quam per sacramenta ecclesiastica indesinenter itidè percipiunt. Ut merito dici possit, & credi debeat sponsam ecclesiam duobus istis vberibus, à quorum altero, lac euangelicæ doctrinæ altero lac sacramentalis gratiæ stillat, atque propinat, non solum lactare suos filios (quod est vberum in matre naturale officium) verum etiam defendere eosdem & protegere, & ab hostium impugnatione reddere securos, quod à turribus, non ab vberibus videatur expectandum. Hæc est illa abundantia, quam exorabat sacer propheta

B Ecclesiæ turribus, post datam orbi pacem reconciliatio-
nis & conscientiæ, doctrinæ nimirum spiritualisq; gratiæ. Iam ergo apertè videoas necesse est quomodo intra murum sanctæ matris Ecclesiæ, fide debeas permanere, ne in præ-
dam fias inimicis tuis: quomodo etiam abundantiam vberum eius sugere debeas quotidie, attendens lectioni & sacrae doctrinæ & sacramentis ecclesiasticis. Nulli quidem hæc inimicorum defensio continget: nulli turrium abundantia proderit, quin diligens & attentus in audiendis concionibus reperiatur, & deuotus assiduusque in sacramento-
rum perceptione. Hinc nimirum murorum Hierusalem ædificatio, & turrium eius participatur abundantia, vt sancta desideria Davidis impleantur orantibus: Benigne fac do-
mine in bona voluntate tua Sion: vt ædificantur muri Hie-
rusalem. Fiat pax in virtute tua & abundantia in turribus
tuis. Et filij eius Salomonis impletur prophetia qui nomi-
ne Ecclesiæ dicit: Ego murus & vbera mea sicut turris, ex
quo facta sum coram eo, quasi pacem reperiēs. Iam etiam
facile

Super Psal. 50. Homilia vigesimaquinta.

facilè deprehendes quātum studij & laboris pro inuenientia
da hac pace cum Deo debeas impendere, & vt viuus lapis
huius muri permaneas inita pace percussoqué fædere cum
Deo. Protegeris quidem muro & turribus, in quibus tanta
doctrinæ & gratiæ reperitur abundantia.

Hinc iam ordine congruo rectaq; via ad aliam eiusdem
apostoli sententiam deuenimus, qua docet seruandam qui

Rom. c. 12. dem pacem cū omnibus hominibus. Si fieri potest (inquit)
quod ex vobis est, cū omnibus hominibus pacē habentes.

Nota. Non vos defendentes charissimi, sed date locum iræ. Pri-
mò omniū considerare decet, quod sacer apostolus cum
de pace nostra erga Deum sermonem ageret, absoluta ora-
tione usus est dicens: Iustificati igitur ex fide, pacem ha-
beamus ad Deum per dñm nostrū Iesum Christum: Cum
tamen pacem erga proximos docet, conditionali utitur ser-
mone: si fieri potest (inquit) cum omnibus hominibus pa-
cem habete. Ad cuius interpretationē illud est sciendum, q;

Pax. cum pax non solum constet ex vinculo interioris dilectio-
nis & cōsensus, quo multi in eandem sententiam mēte pla-
cida consentiunt, verum & exterioribus signis, & commu-
nicationibus, de primo non est interpretanda sententia
Apostoli cōditionaliter. Nullus enim casus contingere po-
test, quo debeamus aut possimus vinculum charitatiæ di-
lectionis & interioris consensu rumpere, & de hac absolu-
lute est dicendū sicut de pace cum Deo: Pacem cum omni-
bus hominibus habete. De secundo est intelligenda Apo-
li doctrina, & maxime si sermonem ad prælatos aut iudi-
ces Ecclesiæ dirigat. De quo Beatus Gregorius & Ansel-

Gregorius mus. Hortatorus (inquit Anselmus) præpositos Ecclesiæ, vt
Anselmus pacē cum omnibus haberent præmisit dicēs: si fieri potest,
atq; subiungit quod ex vobis est. Difficile quippe erat vt si
male acta corriperent, habere pacē cum omnibus possent,
sed cum temporalis pax in præauorum cordibus ex nostra in-
crepatione confunditur, iniuiolata necesse est in nostro cor-
de

A de perseueret. Recte itaq; ait: Quod ex vobis est: Ac si dice ret: Quia pax ex duorum cōsensu subsistit, si ab eis, qui cor ripiūtur, expellitur, integra tamen in vestra, qui corripitis, mēte teneatur. Difficile est placere & proficere, dixit Cato. Cum autē ad pacē eiusq; obseruantia, patiētia in acceptisin iurijs spectet, statim intulit apostolus: Non vos defendētes charissimi, sed date locū iræ. Si quis vos aggressus fuerit, no lite percutere eū, etiam si percutiat, sed date locū iræ, idest, finite irā persecutoris in vobis expleri. Ille dat locum iræ, qui irā superbientē, humiliter fugiēdo declinat, nō se cōtra acceptas iniurias & cōtumelias erigens, sed de loco pia humilitate recedens, sicut multoties legimus magistrū nřum & dñm Iesum fecisse, qui fugiebat, & exibat & abscondebat se à facie inimicorū, cū solo verbo posset eos disperdere. *Ioan. 8.*

Propter hoc data sunt illa magna cōsilia euangelica. Au distis quia dictū, est: oculum pro oculo & dentem prodente. Ego autē dico vobis nō resistere malo. Sed si quis vos per B cūsset in dexterā maxillā, præbe illi & alterā. Et qui vult tecū in iudicio contendere, & tunicam tuā tollere, dimitte & ei palliū. Et quicunq; te angariauerit mille passus, vade cū illo & alia duo, propter conseruationē huius interioris & exterioris pacis. Sequitur in lectione apostolica statim: Nolli vinci à malo, sed vince in bono malū. Sequitur & doctrina obediētię subditorū ad prælatos & dños suos. Omnis *Cap. 13.* anima potest statibus sublimioribus subdita sit. Nō enim est potestas nisi à Deo, quę autē sunt à Deo, ordinata sunt. Multū nanq; ad pacem conducit, obedientia & reuerētia subditorum erga dños & prælatos suos. Hæc omnia aliaq; multa cōplexus est beatus Augustinus paucis sermonibus. Pax cor *Pax.* poris, est ordinata téperatura partiū. Pax animę irrationalis *Aug. lib.* ordinata requies appetitionū. Pax animę rationalis, ordi- *19. deciuit.* nata cognitionis agnitionisq; cōsensio, Pax corporis & ani *Deic. 13.* me, ordinata vita & salus animatis. Pax hominis mortalis & Dei immortalis, ordinata infide sub eterna lege obediētia.

Pax

Super Psal. 50. Homilia vigesimaquinta.

Pax hominum, ordinata concordia. Pax domus, ordina- C
ta imperandi atque obediendi concordia cohabitantium.
Pax cœlestis civitatis, ordinatissima atq; concordissima so-
cietas fruendi Deo & inuicem in Deo. Pax omnium rerū,
sua cuique loca tribuens dispositio. Hæc Augustinus. Cuius
Luce. 10. doctrina magisterium erit, ad docendum omnes Ecclesiæ
filios, quæ ideo Hierusalem vocatur, & mater nostra est, vt
filii pacis simus, sicut in sacro euangelio appellati sumus, di-
cente domino ad discipulos suos: In quamcumque domum
intraueritis, dicite: Pax huic domui, & si ibi fuerit filius
pacis, requiesceret super illum pax vestra, sin autem, ad vos
reuerteretur.

Sed notate quod sacer propheta David magnam amici-
tiam inter pacem & iustitiam describit, quæ tanta ac talis
Psal. 84. inuenitur, vt se inuicem osculentur. Iustitia & pax oscula-
tæ sunt inquit, vt doceat non posse homines alteram sine al- D
tera habere, quia charissimæ amicæ. Super quem locū bea-

August. tus Augustinus: Duæ sunt amicæ iustitia & pax. Tu forsitan
vnam vis & alteram non facis. Nemo enim est qui non ve-
lit pacem, sed non omnes volunt operari iustitiam. Inter-
roga omnes homines: vis pacem? Vno ore respondebit ge-
nus hominum, opto, cupio, amo, volo. Ama iustitiā, quia
duæ amicæ sunt iustitia & pax, & ipse se inuicem osculan-
tur. Si amicam pacis non amaueris, non te amabit ipsa pax
neque veniet ad te. Iustitia enim, vnicuique tribuit quod
suum est, vnde ordo in omnibus cōstituitur, propter quod

*Pacis præ-
conia.* necessario paci adhæret, ab ea quæ se parari non potest. Pax
enim est serenitas mentis, tranquillitas animi, simplicitas
cordis, vinculum amoris, consortium charitatis. Hæc est,
quæ simultates tollit, bella cōpescit, iras comprimit, super-
bos calcat, humiles amat, discordes sedat, inimicos concor-
dat, cunctis est placida, nescit extollī, nescit inflari. Per quæ
omnia cum iustitia, veram & integrā seruat amicitiam.
Hanc qui acceperit, teneat, qui perdiderit, repeat: qui
amiserit,

A) amiserit, exquirat, quoniam qui in eadem non fuerit invetus, à patre abdicabitur, à filio exhaeredabitur, nihilominus ab Spiritu sancto alienus efficietur: neque ad hereditatem domini poterit peruenire, qui testimonium pacis noluerit obseruare. Pax ergo & iustitia dux amicæ, eisdemque seruendum toto corde. Omnes enim unum corpus sumus & membra inuicem. In corpore autem cuiusque animalis, assidue, diligensque est sollicitudo ynius cuiusque partis ad totius seruitium & conseruationem. Sic Magnus ille Seneca suum Neronem ad clementiam invitabat, *Seneca in-tuum corpus est, tu verò caput eius: corpori tuo parcis, cum de clemen-ciibus tuis.* Super hanc naturalem rationem multa docuit *tia ad Ne-beatissimus Paulus in Epistola ad Corinthios & alibi.* Et ronem. nos quidem per plura capita distendimus orationē in opusculo nostro, quod, Lignum vitæ intitulatur, docetes quam multis rationibus unusquisque debeat proximum suum diligere. Quæ omnes vel plures illarum pacis vinculum in unitate spiritus suadent. Super sedendum hic ab sermone iudeo, si enim ultra esset procedendum integrum opus absoluemus, tradentes quæ antiqui philosophi & magistri nostrí de bono pacis docuerunt. Sed experientia comprobatur, omnia pace & concordia perdurare & constare, quandoque pacis glutino, partes ad se inuicem coniunguntur, & è contra statim in præceps & ruinam ire: cum primo in eis discordia & litis inuenitur. Ecce absoluimus partem secundam huius homiliæ, ad tertiam accedamus, in qua illud diligenter est tractandum, quam necessaria sit Ecclesiæ filijs speculatio, & vigil meditatio. Cum enim Sich vocatur Ecclesia, rem nominis conuenire eidem demonstrat propheta, speculationem, scilicet, quia aliquid spectat, quod sperat sicut supra dicebat beatus Augustinus. Cui congruenter decantare possumus quod Christo Domino psaltes: secundum nomine tuum, o sancta mater Ecclesia, sic & laus tua ex contemplatione in fines terræ.

B) tate spiritus suadent. Super sedendum hic ab sermone iudeo, si enim ultra esset procedendum integrum opus absoluemus, tradentes quæ antiqui philosophi & magistri nostrí de bono pacis docuerunt. Sed experientia comprobatur, omnia pace & concordia perdurare & constare, quandoque pacis glutino, partes ad se inuicem coniunguntur, & è contra statim in præceps & ruinam ire: cum primo in eis discordia & litis inuenitur. Ecce absoluimus partem secundam huius homiliæ, ad tertiam accedamus, in qua illud diligenter est tractandum, quam necessaria sit Ecclesiæ filijs speculatio, & vigil meditatio. Cum enim Sich vocatur Ecclesia, rem nominis conuenire eidem demonstrat propheta, speculationem, scilicet, quia aliquid spectat, quod sperat sicut supra dicebat beatus Augustinus. Cui congruenter decantare possumus quod Christo Domino psaltes: secundum nomine tuum, o sancta mater Ecclesia, sic & laus tua ex contemplatione in fines terræ.

Super Psal. 50. Homilia vigesimaquinta.

Pace ac charitatis glutino, quasi pro bitumine accepto C
Muri Hierusalem. compaginantur & consolidantur muri Hierusalem, Quos
nimirum muros non solum fortes & firmos decet esse ve-
rū & altos, & super eos speculatores. Hæc tria ad ciuitatis
& ciuiū incolumentatē & tutelam multum conducunt. Con-
surgunt ergo muri Hierusalem vsq; ad cœlos, imo & supra
ipso, eorum reperitur altitudo per contéplationē. Quāto
autem habet altius consurgere ædificij altitudo & fastigiū,
tanto profundius & firmius ponendum est fundamentum.
Humilitate, qua ad profundissima nostra ferimur, munien-
dum est cor nostrum ædificantes muros Hierusalem, in al-
titudine contemplationis, & speculatores ponendi sunt su-
pra muros & turres, in quibus magna abundantia secun-
dum prophetam reperitur. Iam ex parte in superioribus,
ostendimus, quā necessaria est Christiano & maximè pœ-
nitenti contemplatio æternorum ut eius sensus à terrenis
cupiditatibus eleuentur & alienētur à corruptilibus, quę
tanto fortius, quanto & vicinius mouent & alliciunt poten-
tias sensitivas, vnde & mens nostra obnubilatur, decipitur,
& tandem capitur. Tam necessaria quippe est contempla-
tio filijs Sion, sicut muri alti & firmi ciuitati, aduersus quā
legiones multæ inimicorum obfirmauerūt faciem & acue-

Similitudo sunt iram suam durissimam. Qui, si murus desit, per vius pæ-
ret aditus ad ciuium vulnera, ad prædam, ad captionem, ad
vincula & catenas & manicas ferreas. Attēdite obsecro fra-
tres charissimi vestræ naturę eiusq; partibus & compositio-
ni, ut sic rem hanc comprobetis. Alteram quidem partem
habemus cū iumentis & pecoribus cāpi cōmunē, eiusdēque
naturæ, imo & deterioris valde ex cōcupiscētia nostra ef-
Infatiabi- frēnatissima per originale vulnus. Nulla enim ita est effrē-
lis nostra nis bestia in suis animalibus desiderijs, ac homo sibi & viri
bus suis dimissus. Hæc pars non satiatur sicut in alijs bestijs,
cōcupiscētia quę expletis desiderijs suis, quiescūt. Hæc autē ardētius cō-
cupiscit, quāto & ad plenum satiata est. Vnde hoc, si nosti
quare

A quare nullis terminis coarctatur sicut mare? Quia nimis *Nota Val-*
 ad desiderandum non solum potentissimis sensitiuis vtitur, verum & de.
 ipsa ratione, quae altiora deberet desiderare, quare &
 possidere. Hæc autem generosa natura & conditionis cum sit,
 cuicunque; adhuc etiam naturalis conditionem suam insegu-
 tur, nec satiatur quia maioris capacitas est, quam ut cum
 creata replere eam possint. Cum autem misera sensu suo se-
 quitur desideria, iam plusquam omni brutorum est insatiabilis oculus noster, lingua, palatum, manus, tactus, vene-
 reumque; desiderium. Cum sic mens nostra quae est altera pars
 hominis, adhuc et sensibus & sensibilibus, iam caro dicitur,
 sicut scriptum est: Non permanebit spiritus meus in hominibus *Gen. c. 6.*
 quia caro sunt. Cum autem tot tamque; grauissima mala ex antiquo peccato traxerit totus homo sicut ad longum scriptum
 super locum illum. Ecce in iniquitatibus conceptus sum, cum sic
 circa facta sitratio & mens nostra, aperteque; sint corporis sen-
 sus ad malum. Iam facile duo haec dignoscere poteris, nam
 quaque; facile ruat in pericolosissimum precipitum culpe & mor-
 tis, diligens quemque; videt, tagit & gustat mens nostra, nisi eleuentur
 sensus dulcedine contemplationis. Bene proinde orat sanctus
 propheta: Benigne fac in bona voluntate tua Sio: ut edificetur
 muri Hierusalæ. Aedificantur in qua altissima contemplatione usque; ad celos, ne facilis aditus ad sit inimico. Quod
 quidem bonum a te & a tua bona voluntate concedendum est
 nobis. Tu namque; eleuare potes mente nostrâ supra se & supra
 cuncta creata, ut pariter eleuantur sensus nostri, alieneturque;
 a suis voluptatibus. Si enim mens nostra consurrexerit, gusta-
 veritque; bonum Dei spiritum quaque; suavis est Dominus, tunc quidem &
 sensus corporis nostri dulcedine tali perfundetur ut etiam cum
 gaudio sollicitus mente ad contemplationem. Scriptum est enim: *Psal. 83.*
 Cor meum & caro mea exultauerunt in Deum viagum, sitiuit *Psal. 62.*
 nanque in te anima mea, & quam multipliciter caro mea, *Hier. Thren. 3.*
 Iamque; implebitur quod alio loco scriptura proclamat: Bo-

BII
 quaque; facile ruat in pericolosissimum precipitum culpe & mor-
 tis, diligens quemque; videt, tagit & gustat mens nostra, nisi eleuentur
 sensus dulcedine contemplationis. Bene proinde orat sanctus
 propheta: Benigne fac in bona voluntate tua Sio: ut edificetur
 muri Hierusalæ. Aedificantur in qua altissima contemplatione usque; ad celos, ne facilis aditus ad sit inimico. Quod
 quidem bonum a te & a tua bona voluntate concedendum est
 nobis. Tu namque; eleuare potes mente nostrâ supra se & supra
 cuncta creata, ut pariter eleuantur sensus nostri, alieneturque;
 a suis voluptatibus. Si enim mens nostra consurrexerit, gusta-
 veritque; bonum Dei spiritum quaque; suavis est Dominus, tunc quidem &
 sensus corporis nostri dulcedine tali perfundetur ut etiam cum
 gaudio sollicitus mente ad contemplationem. Scriptum est enim: *Psal. 83.*
 Cor meum & caro mea exultauerunt in Deum viagum, sitiuit *Psal. 62.*
 nanque in te anima mea, & quam multipliciter caro mea, *Hier. Thren. 3.*
 Iamque; implebitur quod alio loco scriptura proclamat: Bo-

Super Psal. 50. Homilia vigesima quinta.

solitarius & tacebit, & leuabit se suprase. Videte obsecro, C
quid iudicauit necessarium sanctus Hieremias ante hanc
eleuationem. Bonum (inquit) est viro cum portauerit iugum. Quale bonum est ei? quia sedebit solitarius, nō amas
delicias, sed amicam m̄ceroris soliditudinem, & sic leuabit se
super se, & quia leuabit se super se, & gustabit bonum Dei
spiritum, sedebit solitarius. Iugum ergo portare oportet an-

Matt. 11. te cōtemplationem. Illud nimurum de quo dominus apud

Matthæum: Tollite iugum meum super vos, quia suave &
Iugum. onus leue. Iugum certe carnis & sensuum eius mortificatio-

Cap. 19. nem significat. Hoc aperte docet lectio libri Iudicum, vbi
legimus quod cum in Gabaa intrafuerit Leuites ille cū uxo-
re sua in domum cuiusdam senis ad hospitium, venerūt vi-
tri ciuitatis illius & clamabant ad dominum domus: Educ
virum, qui ingressus est ad domum tuam, ut abutamur eo.

Nota Val- Qui tandem contenti concubina eius, (nota quam expre-
de. sa scriptura comprobatur vxorem, concubinā vocari) qua
cum tota nocte abusissent, dimiserunt eam mane. Vocan- D
tur viri isti pessimi, filii Belial, quod nomen, interpretante
ipsa scriptura, sonat absque iugo. Errantes ergo in concipi-
fcentijs suis, Belial filii vocantur, id est, absque iugo. Iugum
ergo Christi domat concupiscentias nostras atque sensus.

2. Corin. 6 Propter hoc credo dicebat beatissimus Paulus: quæ conve-
tio Christi ad Belial? Aci diceret. Belial sine iugo, Chri-
stus cum iugo est. Iugo ergo domandi sunt sensus nostri,
ut leuemur supra nos ipsos, taceamusque sedentes solitarij,
ut sic despiciamus quæ videntur quia temporalia sunt, con-
templantes quæ non videntur, quia æterna sunt, sicut doce-

2. Cor. 4. bat beatissimus Paulus. Necessaria ergo est contemplatio
& speculatio filiis Ecclesie, quæ Sion est, & aliquid specu-
latur quod sperat, & necessaria itidem ad contemplatio-
nem, sensum & carnis mortificatio est. Quomodo obsec-
ro, despiciemus præsentia delectabilia, nisi attentis aper-
tisque oculis considerauerimus coelestia & æterna? Hoc so-
nat

A nat illud cōsilium valde vtile ac necessarium Apostoli, nō contēplantibus nobis quæ videntur, sed quæ non videntur. Ad amorem cœlestium, eorum contemplatio vigilansq; speculatio necessaria est, sicut & ad contemptum præsentium voluptatum. Illudq; maximè attendendum est in spi 2. Esd. c.. ritualium murorum Hierusalem ædificatione, quod de filijs Israel scriptū est: Reuersi sumus omnes ad muros: vnusquisque ad opus suum. Et factum est in die illa media pars iuuenum faciebat opus: & media pars erat ad bellū, & lanceæ & scuta, & arcus & loricæ & principes post eos in omni domo Iuda ædificantium muros & portantium onera & imponentium. Vna manu sua faciebat opus, & altera tenebat gladium, ædificantium enim unusquisq; erat accinctus renes. Instruimur quidem sub hac historia docemurq; quā regulam in spiritualium murorum Hierusalem ædificazione seruare debeamus. Facile quidem sub Salomone & ple- Nota.

B na, pacatissimaq; pace & quiete murata est Hierusalē, sed inimicorum impetum timentes & experti sub Esdra, post quam reuersi sunt à Babylonica captiuitate, necessariū illis fuit altera manu lanceam tenere, alterā verò ad operis struitorum extendere. Mementote quæ superius cum beatissimo Cypriano scripsimus de spiritualium inimicorum nostrorum rabie post pœnitentiam. Tunc quidem maximè sœuit, cum à fauibus eius & Tartari, diabolus nos liberatos cognoscit, nulliq; parcer labori ut ad se reuocet nos. Excu- Mirabilis bandum est itaq; (inquit diuus Cyprianus) fratres dilectissi doctrina mi atq; omnibus viribus elaborandum, ut inimico sœuiēti Cypriani. & iacula sua in omnes corporis partes, quibus percuti & vulnerari possimus, dirigenti, sollicita & plena repugnantiæ repugnemus, secundum quod Petrus Apostolus in Epi- 1. Pet. 5. stola sua præmonet: sobrij estote & vigilate, &c. Circuit nos singulos, & tanquam hostis clausos obsidens muros ex plorat & tentat, an sit pars aliqua murorum minus stabilis & minus firma, cuius aditu ad interiora penetretur. Offert

Super Psal. 50. Homilia vigesimaquinta.

oculis formas illices & faciles voluptates, ut visu destruat Castitatem, Aures per canoram musicam tetat, ut sono dulcioris auditus soluat ac molliat christianum vigorem. Lingua conuictio prouocat, manum conuictijs lacescentibus ad petulantiam cædis instigat, ut fraudatorem faciat, &c. Aduersarius saevis est & hostis antiquus, cum quo prælium gerimus ædificantes muros Hierusalem, quia non sub Salomon, non sub quiete innocentia & iustitia viuimus, sed sub reductione Babylonica antiquæ captiuitatis nostræ. Oportet ergo tenere lanceas & scuta & arcus & loricas, sicut filii Israel. Tunc nimirum vigilat hostis noster diabolus Satanæ & apostata, impedire procurans ædificationem murorum, cum ad contemplationem accingimur, sciens consurgere murum Hierusalem vsq; ad celos per contemplationem, quo aditus ipsi clauditur, ad nostram captiuitatē, vel seductionem. Scriptum est enim: Accedite ad eum & illuminamini: & facies vestræ non confundentur. Lumine cœlesti perfusa mens nostra in contemplatione facile menda dicium promissorum diaboli, & immundæ carnis & fugientis mundi, deprehendimus & contemnimus, amore veritatis & cœlestis dulcedinis. Para animam tuam ad temptationē filii, accedēs ad seruitutē Dei, & sta in timore, militia enim est vita nostra super terram. Nunc luctæ & certaminis tempus & locus, non quietis & coronæ. Filij Siō sumus, & Hierusalem ciues, ædificemus ergo muros eius, ædificantesq; teneamus lanceam & gladium, sobrietatem amantes & sacras vigilias. Quia cum ædificamus muros mentis nostræ, impedire procurat multumque est solitus, cum ædificatores considerat, rugiens circuit aditum querens & ingressum. Iam fratres charissimi apertis oculis cognoscite quam multiplex sit periculum animalium vestrarum & quā magnum discrimen salutis æternæ, cum verum sit cor vestrum nullo muro cinctum esse, & languens mens vestra iacet, nihil de diuinis considerans, nihil de cœlestibus dulcedinibus

Nota.

Psal. 33.

Eccl. ca. 2.

Job. 7.

A bus gustans. Propter hoc per plateas ciuitatis lethaliter vul
neratos passim reperimus. Propter hoc per vias & domos
Hierusalem captiui peccatorum funibus trahuntur, quia
murus Hierusalem corruit. Omnes enim avaritiae student,
a sacerdote usque ad prophetam. Sollicitudinibus praesen-
tis seculi obruuntur suffocanturque sicut sacrum testatur
eloquium. Nihil minus curę iam inimico nostro, quam cir *Luce. 8.*
cuitus ad ingressum, patet enim illi accessus & ingressus
omni tempore. Desolatione desolata est omnis Hierusa-
lem, quia nullus est, qui recogitet corde. Non ascendit *Hicr. 12.*
mens vestra super speculam contemplationis & specula-
tionis, propter quod desolata est Hierusalem & Sion. Ea
ergo filij Hierusalem & Sion, pacem cum Deo & cum ho-
minibus querite, diligite, obseruate, contemplationis &
speculationi super altissimam vestram fidei speculam inten-
dite. Adhac omnia rogandus est Dominus ut in bona sua
voluntate tantum bonum nobis concedat, benigne faciens
B nobiscum, ut edificantur muri Hierusalem, fundati qui-
dem supra veram humilitatem bitumine ac glutino chari-
tatis, ut tandem contemplatione ad caelos usque con-
scendant, ne inimicus antiquus & saevus possit in-
troire & deuorare. Per Dominum Iesum Chri-
stum, qui cum patre & Spiritu sancto
regnat Deus in secula seculo-
rum. Amen.



Mm 4 SVPER

V
H

SUPER PSALMVM QVIN^C
quagesimum.Homilia vigesimasexta.

Tunc acceptabis sacrificium iustitiae , oblationes
& holocausta:tunc imponent super alta-
re tuum vitulos.

A R G V M E N T V M .

V O D secundum beatum Ambrosium & Hierony-
mū, aduerbiū illud tēporis priori loco positum ad p̄r-
sentem statum sancte matris Ecclesie referendū sit,
secūdū autem Augustinū , & Gregorium ad eādem
matrem Ecclesiam, cū tradiderit eam dominus Iesu Deo & pa-
tri innouisimo die. Et quod verē inter Christum & patrē inope-
re redēptionis ratio integrā iustitiae reperiatur, licet ad nostrā
iustificationē acceptum sit ex sola misericordia , & liberaliter
applicetur virtus eius , & quod ad multa & p̄eclarā valde, ac-
ceptū fuit sacrificiū iustitiae Christi, ad eductionē, scilicet, anima-
rum sanctarū de Limbo, & earū beatitudinē, quæ diu eum expe-
ctauerant, & ad apertione Ianuæ cœlestis regni, ad donationē
Spiritū sancti , & gentium vocationem ad finum sancte ma-
tris Ecclesie per fidem, ad multorum millium martyrum holocau-
stum, & ad satisfactionem debitārum pœnarum pœnitentium,
denique ad resurrectionem omnium & maximè iustorum, &
consummatam eorum gloriam.

Tunc acceptabis sacrificium iustitiae , oblationes
& holocausta:tunc imponent super alta-
re tuum vitulos.

Tunc, aduerbiū est tēporis futuri hoc loco, sed varie à
sanctis patribus interpretatur, nec tamē eorum varietas
obest, sed valde prodest, prout in sequētibus comprobabi-
mus. Alij quidem inter quos apertissimè est Ambrosius &
Hiero-

- A Hieronymus ad sanctā matrē Ecclesiā, quæ adhuc in præsenti peregrinatione in terris agit cāditatū, referūt hūc locū. Alij verò, de quorum numero est beatus pater Augustinus & Gregorius ad hāc eandē matrē Ecclesiā, cū tradidet eam Dñs Iesu Deo patri post generalē omniū resurrectionē. Habeo ergo utrūq; amplecti sacras & valde utilles expositiones, sicut usq; in præsentiarū fecimus, ut totū opus suis numeris maneat absolutū. Verba beati Ambrosij *Ambr.* A-hæc sunt. Videns igitur Hierusalē verā & Sion dixit: Cum polo. *D*adixeris in voluntate tua Hierusalē & Sion: tunc accepta *uid.c. Ulti-* bis sacrificiū iustitiae: hoc est sacrificium corporis Christi. Qui ait cū de propria passione loqueretur: Aperite mihi *Psal. 117.* portas iustitiae, & ingressus in eas cōsitebor Dño. Sacrificiū *Psal. 4.* ergo Christi, acceptabile patri afferit. Hoc est ergo de quo ait. Sacrificate sacrificiū iustitiae, & sperate in Dño, hæc est iustitia spiritualis oblatio & holocaustū seruentis deuotio nis & infusionis Spiritus sancti, &c. Vel certè ita, cum bene *Nota Val-*
- B direxeris Ecclesiā ex gētibus acquisitā, & spirituale sacrificiū de. cū frequētari cœperit, tunc & martyres sancti qui suū pro Christo corpus obtulerunt exarandū, tanquā vituli sacrifacris offerentur, sicut in Apocalypsi scriptū inuenimus, quia *Cap. 6.* sub altari erant animæ eorū qui pro nomine Iesu, sua corpora obtulerunt martyrio, ut Christi sibi gratiā mercarentur. Nota antequā in magnū & latum cāpum præsentis cōsiderationis descēdamus, quod frequētatio communionis, & sacrificij altaris eo usq; accedit mētes fidelium, ut ad martyriū paratissimi sint, se seq; ultro offerant. Eandē sententiam *August.* tenet beatus Augustinus cum de beatissimo Laurētio mar- *tract. in* tyre, de q; inuincibili eius cōstātia, & prolixioribus crucia *Ioann.* tibus ageret, in hæc verba: Diu viuere permīsus est, imo non diu viuere permīsus est, sed tardē mori cōpulsus est. *Cōmunicā* In illa ergo lenta morte, in illis tormētis, quæ bene mandū *tio corpo-* cauerat & bene biberat, tanquam illa esca saginatus & illo ris *Christi.* calice ebriatus tormenta non sensit. Augustinus tractatu in

Super Psal. 50. Homilia vigesima sexta.

Ioannē. Beatus Hieronymus in hunc modum, interpreta- C
tur præsentem locum. Tunc acceptabis sacrificiū iustitiae,
cum vel te pro nobis offeres patri, vel à nobis laudes & gra-
tiarum actiones acceperis. Vides quomodo sacri doctores
Ambrosius & Hieronymus aduerbium illud temporis ad
præsentis Ecclesiæ statum referunt. Secundum ergo men-
tem eorum hęc erit prior interpretatio. Secundam autem,
quę est Augustini & Gregorij, suo loco reponemus.

Vnū valdeq; præcipuū est, de quo nō semel egimus ser-
monē in superioribus. Demōstrabimus quidē secūdū scri-
pturas sacrificiū corporis Chři, propriissima ratione sacri-
fi ciū iustitie appellari. Integra em ratio debitī & pretiū & so-
lutionis inuenta in illo est. Quod alijs verbis, nři magistri
ac Theologi dicere consueuerunt, quod scilicet, satisfecit
Christus pro peccatis nřis ad iustitie equalitatem. In re hac
(vt moris est) agēdū est scripturis. Cum nimirū pretiū ma-

gnū appelletur à beatissimo Paulo, pretiū nře redēptionis, D
inde satis elegāter res hęc, de qua agimus comprobatur. In
quit Paulus: Empti estis pretio magno. Quē locū cōfirmās

Epistola beatissimus Petrus inqt: Nō corruptilibus auro vel argē-
cap. I. to, redēpti estis de vana vřa cōuersatione paternę traditio-
nis: sed pretioso sanguine quasi agni immaculati Chři, &
incōtaminati. Ego quidē, quantū cū memoria mea pugno,
nō lego vbi appelletur debitū Adꝝ, magnū. Quod si etiam
scriptū est, maius certē & sublimius est pretium, quod ma-
gnū à Paulo appellatur. Sed & Ioānes Euāgelista, qui supra
peccatus Dominicū in cœna recubuit, Iesum Christū Dñm

Ioan. 2. nostrū prædicat aduocatū iustū. Siquis peccauerit, aduoca-
tū habemus apud patré Iesum Chřm iustū. Mirabile est in
oculis nostris quāta sapiētia præsens locus fulgeat. De pec-
catorū spe agēs, aduocatū proposuit ad indulgentiam & re-
missionē, quod nomē nō integrā rationē fiducię adducit.
Aduocatio enim liberalitati immitti solet. Ut autē in ma-
gnā spē, omnes quāuis sceleratos erigeret, adiungit, iustū.

Qui

A **Q**ui scilicet iustitia propria agit apud patrem, iustitia in qua sui sacrificij, quod in ara crucis, mirabili charitate pro nobis obtulit. Fœlicia ergo nostra tēpora respiciens Dauid inquit: Tūc acceptabis sacrificiū iustitiae. Sed scrutemur profundius, in vera tñ humilitate, scripturā hāc, **Quid**, quae ratione, cōiungit noster Dauid verbū, acceptabis, cū nomine iustitiae. Rationē iustitiae videtur minuere verbū acceptationis. Nec haberet infirmā rationē opinio nostri Sco-
Opinio Sco
ti in hac parte, cū & iustitiā in nostra recōciliatione, & ac-
ceptationē patris profiteatur. Ego tamē alia utrū distinc̄tio sent. d.
ne. Audite, & intelligite. Sacrificiū Christi ad patrem, sacrificiū iustitiae est, ad nos acceptationis, & liberalissimæ mi-
sericordiæ. Volo dicere. Inter nos peccatores & Deū, nulla ratio debiti & iustitiae reperiri potest, vnde gratia & remissio nobis concedatur. Cum verò contingit peccatori salus & remissio, tūc acceptabile habet pater pro hoc aut illo peccatore, sacrificiū Christi, quod quidem inter Christū & patrem sacrificium iustitiae est. De quo propheta inquit:
Tunc, pro illis, pro quibus volueris, acceptū tibi erit applicare huic vel illi sacrificij iustitiam filij tui domini nostri. Propter hoc dictum est à domino ad Moysem: Miserebor
Exod. 33.
cui voluero, & clemēs ero in quem mihi placuerit. De qua re agens beatissimus Apostolus Paulus intulit conclusionē
Roman. 9.
tanquā ex suo antecedente: Igitur non volētis neq; currentis sed miserētis est Dei. In magnā ergo spem iacentē peccatorē erigit beatus Ioannes cum iustum proponit Dominū Iesum aduocatū nostrū, eundēq; cōfirmat Dauid dicēs: Tunc acceptabis sacrificiū iustitiae, id est, corporis Christi: sicut interpretatur beatus Ambrosius. Liberalem tamē misericordiam acceptantis Dei, Christi iustitiam pro nostris peccatis commendat & prædicat, cum dicit, acceptabis.

Tūc acceptabis sacrificium iustitiae, inquit propheta. Et quid reddet beneficij & donationis postquā acceptauerit illud? quicūq; enim acceptū habuerūt seruitiū impensum,
benefi-

8^{ta} Super Psal. 50. Homilia vigesimasexta.

beneficiū reddiderūt & vicē. Acceptū habuit quōdā Imperator Assuerus quod in columnis à traditione duorū Eunuchorū servatus fuerit. Cūq; quadā nocte in somnis permaneret iussissetq; afferrī historias & Annales priorū tēporū, quę cū illo præsente legerētur, deueniūt est ad illū locū vbi scriptū erat quomodo nūciasset Mardochēus insidias Bagathan, & Thares Eunuchorū Regē Assuerū iugulare cupiētum. Quod cū audisset rex ait: quid pro hac fide honoris & p̄emij Mardochæus cōsequutus est? Dixerūt ei serui illius ac ministri. Nihil omnino mercedis accepit. Statimq; Rex. Quis est (inquit) in atrio? &c. Dixit Rex Aman: Festina & sumpta stola & equo, fac ut locutus es Mardochæo Iudæo, qui sedet ad fores palatiū. Cauē, ne quicquā de his, quę locutus es prætermittas. Tulit itaq; Aman stolam & equū indutumq; Mardochæum in platea ciuitatis & impositum equo, præcedebat atq; clamabat: hoc honore cōdignus est, quēcunq; rex voluerit honorare. Vides quomodo ex acceptatione magni seruitij & beneficij honorē & gloriā cōse-
quutus est Mardochæus? Hoc est acceptum habere. Sed &

Gen. c. 41 ante ipsum, sanctus Ioseph ad imperij amplissimi fastigium in AEgypto cōscēdit, eo quod Pharao acceptā habuit somniū interpretationē pro sui populi salute & incolumentate. Sed & Nabuchodonosor acceptā habuit etiā somniū sui re-

Dani. c. 2. ferationē per Danielē, & cōstituit eum principē super omnes prouincias Babyloniæ. Tandem ut rem hāc amplius & amplius cōprobemus, considerate quę Esther loquuta est ad regēm Assuerū. Si inueni gratiam in oculis tuis, o rex, & si tibi placet, dona mihi animam mēam pro qua rogo, & populum meū pro quo obsecro. Quod concessum est ei. Acceptum habuit rex conuiuū & pulchritudinem eius, & donavit illi populum suum ne interficeretur. Hāc quatuor (prout iudico) demōstrat quid sit acceptū habere aliquod opus, & multò excellētius, vbi ratio iustitiae inueni quod in sacrificio Christi resplēdet, de quo sanctus David: Tunc accepta

A acceptabis ſacrificium iuſtitię, & cōceſſa ſunt Christo Ioh
gē ſublimiora ac magnificientiora, quam iſti conſequuti
ſunt. Conceſſa eſt illi anima ſua, meruit enim ſuam reſurre
tionem, & conceſſus eſt illi populus ſuus, qui erat in Lim
bo. Sed & ſaluator A Egypti, & totius mundi inuentus eſt
& prædicatus, conſtitutusque eſt princeps ſuper Sion mon
tem ſanctum eius. Demonſtrare ergo oportet, quam verē
dictum eſt à prophetā: Tunc acceptabis ſacrificium iuſtitię,
& oſtendendum ad quam multa acceptum fuit ab al
tissimo patre ſacrificium corporis Christi domini noſtri.
Omnia quæ ab initio creatoræ ſub ſole conceſſa ſunt do
na & diuina beneficia, in æterna quidem elecſione, præde
ſtinata ac præparata fuerunt, nihilque caſu aut fortuitò con
tingit. Præparata tamen ſunt in prævia morte, & ſacrifi
cio iuſtitię, quod dominus noſter Iesuſ Christuſ in ara
crucis obtulit. Sed inter hæc ſublimiora, ac magnificen
tia reſeruata ſunt, poſt oblationem ſacrificij huius ſuavifſi
mi odoris, ut Dominuſ Iesuſ, qui humiliatus fuit uſque ad
mortem, mortem autem Crucis, glorificaretur. Sicut apud
Ioannem nō vno loco teſtatur. Vnde ſi antiqua originalis
mundi dona & beneficia ad noſtra componantur, parua
quidem & pauca reputabuntur, ut vel ex hoc vno compro
bes propheticum dictum: Tunc acceptabis ſacrificium io
uſtitię. Hæc reuelatis oculis præuidens ſanctuſ David deca
tauit in fine psalmi huius, in ſumma cordis ſoi latitia ac iu
bilatione mentis ueritimum hunc uerſum. Tunc acceptabis
ſacrificium iuſtitię oblationes & holocausta tunc impo
nenſt ſuper altare tuum vitulos.

Videamus ergo temporis ordinem ſcrutantes, à Christi
Iesu Domini noſtri morte, à quo largiſſima beneficia, &
dona conceſſa ſunt toto orbi, quæ & quanta fuerunt illa,
propter quæ præcipue decantat prophetā. Tunc accepta
bis ſacrificium iuſtitię. Primo quidem acceptum eſt ſacrifi
cium Christi, in conſpectu altiſſimi patris ad ſuam reſur
reclio-

Super Psal. 50. Homilia vigesima sexta.

rectionem & elevationem portarum æternarum, cum statim ab egressu animæ sanctissimæ in cruce, descendit ad inferos, & visitauit vincitos suos, qui erant in lacu sine aqua, qui omnes beatitudine & clara Dei visione donati sunt. Hæc duo testatur David & Zacharias propheta. De descensu Christi ad inferos, sic canit in persona domini saluatoris. Propter hoc latatum est cor meum, & exultauit lingua mea, quia non relinques animam meam in inferno, nec das sanctum tuum videre corruptionem. Quem locum aper

Psal. 15. tè de Christi resurrectione interpretatur beatissimus Petrus in hæc verba: Viri fratres liceat audenter dicere ad vos de patriarcha David, qui & defunctus est, & sepultus est, & sepulchrum eius est apud nos, usque in hodiernum diem. Propheta igitur cum esset, &c. Sed & de elevatione, & apertione ianuarum æternarum idem propheta in huc

Psal. 23. modum canit: Attollite portas principes vestras & elevamini portæ æternales & introibit rex gloriae, qui inuentus est fortis & potens in prælio. Rex gloriae vocatur in inferio Dibibus terræ partibus, ut doceat ingressum eius ad glorificandos patres in Limbo ordinari. Fortis & potens in prælio dicitur, qui in cruce pendens multis plagiis impositis, ac clavis & lancea confosus, a patre tandem derelictus, inclinato capite, tradidit spiritum, ut doceat potentiam hanc & fortitudinem idem esse ac significare quod in hoc psalmo sacrificium iustitiae appellatur. Fortitudo ergo hæc in iustitia sui sacrificij reperitur. Iustitia ergo sui sanguinis & sui sacrificij actum est contra Satanam & diabolum, unde expoliari meruit, quod statim comprobauit secundū pro-

Zach. c. 9. pheticum dictum: Tu quoque in sanguine testamenti tui eduxisti vincitos tuos, qui erant in lacu sine aqua, ad Christum Iesum dominum nostrum dirigens sermonem, sicut

Mat. c. 21. aperte testatur beatus Matthæus cū de ingressu domini & saluatoris Iesu Christi in Hierusalem, in die ramorū & palmarum ageret in hæc verba: Inuenietis asinam ælligatā & pulum,

A) pullum, soluite & adducite mihi, &c. Tunc adimpletū est quod dictum est per prophetam dicentē: Dicite filiæ Siō: Ecce rex tuus venit tibi sedens super asinam & pullū, &c. Quām prophetiam in Zacharia esse scriptam nullus dubitat, in qua statim sequitur, quod suprà citatū est: Tu quoq; in sanguine testamenti tui eduxisti viñctos tuos, qui erant in lacu sine aqua. Idem omnino significare vult sanctus Zacharias cūm inquit: In sanguine testamenti tui, quod à nostro Davide decantatur. Tūc acceptabis sacrificiū iustitiæ. Sacrificium enim hoc in sanguinis effusione consummatū fuit, cū de latere domini exiuit sanguis & aqua. De quo qui dem sanguine dicebat redēptor ipse, qui pro vobis effundetur in remissionē peccatorū. Idem ergo fuit sacrificiū iustitiae in David, & apud Zachariā sanguis testamēti, & in psalmo, fortis in prēlio. Hoc sacrificiū iustitiæ. Sic sanguis noui & æterni testamēti acceptabilis in cōspectu patris, primo inuentus est pro apertione carceris sanctorum patrum in B) Limbo, ad quos adueniens Christus, placidissima facie gloriæ suæ beatificauit, ac inenarrabili lātitia, & iubilo gloriæ suæ repleuit.

De hac eadem re agens beatissimus Paulus, scribit ad Corinθios: Vos cū essetis mortui in delictis & præputio carnis vestræ, coniuicauit cum illo, donans vobis omnia de licta, delēs quod aduersus vos erat chirographum decreti, quod erat contrariū nobis, & ipsum tulit de medio affigēs illud cruci, & expoliās principatus, & potestates traduxit cōfidēter palām, triūphans illos in semetipsum. O quā magna sunt, quę subvno quoq; horū verborū latēt. De priori parte huius sententiæ iā in superioribus multa dixim⁹. Ab illo ergo loco exponēda est apostolica sententia, vbi inquit: Expoliās principatus & potestates. Vbi primo nota, quod Nota de his etiā ordinibus in Baratrū inferni ceciderūt, in Angelorū puericatione. De quo etiā alio loco dicebat hic nř magister: Nō est nobis colluctatio aduersus carnē & sanguinē, Ad Eph. 6 sed

Confiden- sed aduersus principatus & potestates, &c. Hos ergo & C
principem eorum Luciferum expoliauit, primo alligans
fortem armatum, & traduxit confidenter. Quid est tradu-
xit confidenter? Non verebatur Dominus Iesus infinitam
Angelorum damnatorum multitudinem neque serpen-
tem antiquum eorum principem & ducem. Non enim nu-
da anima eius descenderat in infernum, sed diuinitati vni-
ta. Traduxit ergo confidenter, confidebat in iustitia sacri-
ficij sui de quo canit propheta: Acceptabis sacrificium iu-
sticie. Confidebat in multitudine virtutis suæ, qua actum
est, ut non furtiuè dolo, aut simulatione educeret vinclatos

*Palam. suos sed palam cunctis Angelorum millibus frementibus,
Magnifico & videntibus. Magnificus sublimisque triumphus hic est
cu[m] trium- nimirum. In quo etiam sublimatur redemptor amplius &
phus Chri- valde multum, cum dicit sacratissimus Paulus, triumphans
sti ad infe illos in semetipso obtulit sacrificium iustitiae & fudit san-
ros. guinem in remissionem peccatorum, invenitus est fortis &
potens in prælio, ideo triumphat diabolum in semetipso, D*

guinem in remissionem peccatorum, inuentus est fortis & potens in prælio, ideo triumphat diabolus in semetipso, D non in brachio Michaelis Archangeli, aut alicuius principis cœlestis, sed in semetipso. Solus descendit ad inferos, vt nulli Angelorum ascriberetur hic singularis triūphus. In semetipso, inquit Paulus. Quantum ac quam magnificum opus hoc est si nosti? Respondeat nobis iustus Abel, qui per multa annorum millia hunc redemptorem fortē & potentem in prælio expectauit. Respondeat & Adam hominum & præuaricationis parens & tanti mali auctor & propagator. Heu quantum hic luxit per longissimum vitæ suæ spatiū. Quantum & latatus est in propriā redēptione & multorum filiorum. Nullis sanctorum neq; veteris aut noui testamenti, specialitas hæc redēptionis conuenit, sicut patri nostro Adam. Ad reparationem enim & redēptionem inobedientiæ & præuaricationis eius, mortuus est Dominus Iesus, & ad educendum eum de inferis, descendit Dominus fortis & potens in prælio. Quid dicam
boli

A dicam de Abraham, Isaac, & Iacob? Hic beatus patriarcha in hæc verba exhalauit spiritum: Salutare tuum expectabo Domine? Quid dicam de sancto Mose, de Samuele? Gen. c. 49 Hi omnes quantumuis præclari & virtute præcellentes descendederunt ad lacum sine aqua, propter peccatum primi parentis, cuius inobedientia clausit ianuam regni cœlestis, usque dum veniret Christus, & offerret sacrificium iustitiae, toto corpore piissimum sanguinem fundens. Pro magno hoc dono generis humani, acceptatum est sacrificium corporis Christi, & ab illa hora ostium apertum est in cœlo ad ingressum animarum sanctorum. Bene proinde sanctus David inquit: Tunc acceptabis sacrificium iustitiae, acceptabis pro redemptione & remissione antiquæ præuaricationis Adæ, quæ cœlum clauerat.

Sed ad diuini munera largitatem in aduentu Spiritus sancti acceptauit sacrificium iustitiae pater æternus. Quod præuisum & prophetatum est à sanctis patribus. De quo Cap. 2. B expressè inquit Iоel, postquam promisit doctorem iustitiae, & imbre matutinum. Et erit post hæc effundam de spiritu meo super omnem carnem, & prophetabunt filij vestri. Quem locum interpretatur beatissimus Petrus de Acto. c. 2. aduentu Spiritus sancti, sed & noster David hoc prædixit sub orationis forma cum cantabat. Emitte spiritum tuum, Psal. 103. & creabuntur & renouabis faciem terræ. De hoc aduentu dicebat Dominus Iesus in Euangilio Ioannis: Spiritus sanctus, quem mittet pater in nomine meo, docebit vos omnia. Quid est in nomine meo? id est, propter acceptationem sacrificij iustitiae in Dei patris gloriam oblati. Acceptum ergo habuit hoc sacrificium pater æternus ad condonandum super magnificum donum, & plenitudinem Spiritus sancti in corda Apostolorum. In hoc aduentu creator orbis terrarum, & renouatur facies terræ. Vtrumque docet propheta. Emitte spiritum tuum & creabuntur, & renouabis faciem terræ. Creabuntur qui perierant, & quasi in ni-

Super Psal. 50. Homilia vigesimasexta.

hilum propter peccatum Ad eum abierant, & renouabis faciem terrae, quæ diu inueterata senuerat, & propè interitum erat. Imo longè sublimior est hæc oratio, & spirituallis renouatio, quam illa, qua condita sunt vniuersa, sicut in superioribus demonstrauimus, versum illum exponentes: Cor mundum crea in me Deus. Hic enim ad yisque diuinæ naturæ fastigium, & consortium condescendit homo, renouatus per gratiam & donationem Christi. De aduentu huius spiritus alio loco scriptum est: Spiritus domini respexit orbem terrarum. Pro donatione ergo tanti numinis & munera acceptum habuit Deus pater sacrificium iustitiae. Promissa prophetarum rei eventus cōprobauit aperiissime, siquidem acceptatum fuit ad omnium gentium vaccinationem, & illuminationem, quæ diu sub durissima diabolis seruitute, & dæmonum idololatria seruierant. De quo Esaias propheta: Hæc dicit Dominus: Labor AEGypti, & negotiatio AEthiopiarum, & Sabaeum viri sublimes ad te transibunt & tui erunt. Post te ambulabunt viñcti manicis per gentes, & te adorabunt, teque deprecabuntur. Tantum in te est Deus, & non est absque te Deus. Vere tu es Deus absconditus, Deus Israel saluator. Congregamini & venite, & accedite simul qui salvi estis ex gentibus. Conuertimini ad me, & salvi eritis omnes sines terræ, quia ego Deus, & non est aliud, &c. Sed & noster David in orationis formam hoc

Psal. 66. quoque prædixit: Deus misereatur nostri & benedicat nobis, illuminet vultum suum super nos & misereatur nostri. Ut cognoscamus in terra viam tuam, in omnibus gentibus salutare tuum, hic est Christus. Ut scilicet, qui in Iudea solum inueniebaris, iam in omnibus gentibus videamus fidem salutaris tui, qui est Christus. De hoc expressè dicit Esaias propheta. In illa die erit radix Iesse, qui stat in signo populorum, ipsum gentes deprecabuntur, & erit sepulchrum eius gloriosum. Ut autem hoc impleretur, præcepit dominus Iesus sacris Apostolis in die ascensionis suæ. Euntes in

Cap. 11.

A tes in mundum vniuersum, prædicare Euangelium omni *Marciv*
 creature, &c; Et Spiritus sanctus descendebat visibiliter in *timo*.
 credentes ex gentibus, sicut sacra lectio Actorum Aposto-
 licorum testator. Vniuersisque orbis relictis patrum su-
 rum dijs & pessimis idolis, ad Christi fidem & baptisma con-
 uolauit, etiam saeculib[us] tyrannis, & regibus, & minanti
 bus gladios, ignes, & teterimos carceres, fastigines, &
 equuleos, mille denique mortes, in quibus omnibus super
 altare fidei nostrae impositi sunt pinguissimi vituli, & in
 holocaustum oblati domino, sacratissimi inquam marty-
 res, sicut exponit beatus Ambrosius, de quo statim.

Sed & acceptum habuit pater æternus sacrificium cor-
 poris Christi ad concedendum sacris Apostolis & beatis
 martyribus fidei, & fortitudinis donum, ut in confessione
 nominis sui, vsq; ad carceres, & vincula, & flagella, lanceas
 & gladios, equuleos, & lampades ardentes, denique vsque
 ad cruces, & mortem immobiles permanerent & gauden-
 tes. Nec contemnendum iudices hoc donū, quia certe ma-
 gnificum est, Deoque honorificum, & pretiosum Ecclesiæ
 ornamentum abundantesque thesauri. O quale spectacu-
 lum nostræ fidei diuinæque charitatis apparuit in Petro *Petrus cri-*
cruci affixo, cuius sanguis ornabat coelos, cuius clavi coro- *cifixus cla-*
nant sanctam matrem Ecclesiam regaleq; sacerdotium. O uis,
quis videret beatissimum senem nonagenarium vel cente Chrysosto-
narium oculis in cœlum intentis, preces & orationes pro sermon. de
crucifixoribus cum multis lacrymis offerentem. O gloria sacris A-
sacerdotum, o corona & diadema cœlorum, o sanctæ ma- *pstol. Pe-*
tris Ecclesiæ magister & doctor. Quales & quantas di- *tro & Pa-*
uitias, quam pretiosi thesauri hæredibus fidei & confes- lo.
sionis tuæ reliquisti? O quis vel per horam venerandum
caput tuum posset sustinere. O quis coapostolum eius Pa *Paulus de-*
hum terræ principem & doctorem gentium inclivantem collatus.
ceruicem sub carnificis gladio, vel per breue spatium cer-
neret? Quantum obsecro gloriæ & honoris contulerunt?

Super Psal. 50. Homilia vigesimasexta.

Ioan. 20. Scriptum est de Petro, nec minus Paulo conuenit: Seque- C
re me. Hoc autem dicebat significans qua morte esset clari-
ficaturus Deum. Sed neque in eos solum qui Dominum
viderunt, & turpissimam eius mortem in exemplum, ma-
gnum, hoc bonum deriuatum est, verum & in eos, quilon-
Martyrum gè erant & solo perceperunt auditu. Quis tanta martyrum
millia. millia enarrare sufficiet sicut in priori seculo apparue-
runt? Quis eorum tormenta & tolerantiam, & inter me-
dios ignes & dentium tensiones diuinias laudes decanta-
bit? Quam tremendi diabolo & tyrannis extiterunt? Sed
& in fragili fœminarum genere fortitudinis miraculum,
& fidei confessio ardentissima non sine mundi vniuersi
admiratione passim inuenta est, quod inter magna diui-
næ potentiae miracula annumeratur. Quis tredecim anno
rum puellam vix arbitrij compotem, & iam diuinitatis te-
stem inter flamas ignium ardentium leuatis contra cœ-
lum manibus orantem cernerei? O iucundum spectaculū, ò
admiranda puella totoque amore pectoris prosequenda, D
in qua tale apparuit diuinæ acceptationis insigne, taleque
concessum est mundo trophæum & exemplum. Nec no-
men, nec genus, neque corporis pulchritudo commenda-
tione indigent, cum toto orbe sacratissima Agnes virgo
Agnes. & Martyr altissimis vocibus prædicetur. De his omnibus
dicitur & vere dicitur: Tunc acceptabis sacrificium iusti-
Orig. Ho- tiæ. De quo Origenes: Siquis iustorum hominum, vel
mil. 23. in etiam sanctorum prophetarum atque Apostolorum, qui
lib. Nume innixius interueniat pro peccatis hominum, hi pro repro-
rorum. pitiatione diuina, velut aries, sicut vitulus, aut hircus obla-
tus esset sacrificium ob purificationem populo imperan-
dam accipi potest. An non videtur ut aries, aut hircus hol-
caustum se obtulisse Paulus pro populo Israel cū dicebat.
Optabam autem ego ipse anathema esse à Christo pro fra-
tribus meis, qui sunt cognati mei secundum carnem? Vis
autem scire quod quia se hostiam Paulus offerebat iugu-
landum?

A laudem? Audi eum dicente: Iam enim ego immolor, & tempus meæ resolutionis (vel ut in Græcis codicibus legimus reuersionis meæ) instat. Sic ergo figuraliter potest videri quod alius pro festiuitate nouorum, alius pro festiuitate sabbati, alius pro festiuitate tabernaculorum, quasi vitulus aut hircus, autaries offeratur, ad reconciliandum hominibus Deum. Quantum autem distet inter reconciliacionem Christi & sanctorum Apostolorum & martyrum paucis interpositis declarat. Intuere igitur totius mundi, id est, cœlestium & terrestrium pacificationem. Vide quantis indigeant ista omnia hostijs, quantos requirant vitulos, arietes, quantos hircos. Sed in his omnibus unus est agnus, qui totius mundi potuit auferre peccatum: & ideo cessaverunt cæteræ hostiæ: quia talis haec fuit hostia, ut una sola sufficeret pro totius mundi salute. Cæteri enim præcibus peccata, hic solus potestate dimisit. Congruëtissima interpretatione utimur cum ad sanctos martyres, reliqua huius versus B referimus, acceptabis oblationes & holocausta, tunc impo nent super altare tuum vitulos. Acceptabis ut magna munido uniuerso conferas beneficia & donationes. Acceptabis sacrificium iustitiae ad generis humani redemptionē, oblationes & holocausta & vitulos super altare tuum, quod est fides, ad suffragium salutare & thesauros Ecclesiæ, & purgamenta aeris huius pessimorum dæmonum domiciliij.

De his omnibus idem Origenes valde eleganter alio loco scribit: Redeamus ad pontificem nostrum magnum, 10. in. 18. qui penetrauit cœlos Iesum dominum nostrum & videamus ca. libr. Numquomodo ipse cum suis filijs, Apostolis scilicet, & martyri meroribus sumit peccata sanctorum. Et quidem quod dominus noster Jesus Christus venerit ut tolleret peccatum mundi & morte sua peccata nostra deleuerit, nullus, qui Christo credit, ignorat. Quomodo autem & filii eius auferant peccata sanctorum, id est, Apostoli, & martyres, si poterimus ex scripturis diuinis probare tentabimus. Audi primo Pau-

Super Psal. 50. Homilia vigesima sexta.

2. Tim. 4. Ium dicentem: Libenter (inquit) expendar pro animabus vestris, & in alio loco: Ego enim iam immolor & tempus meæ resolutionis instat. Pro his ergo, quibus scribebat expendi se, & immolari dicit Apostolus. Hostia autem cum immolatur, ad hoc immolatur, ut eorum pro quibus iugulatur, peccata purgentur. De martyribus autem scribit beatus Ioannes in sacra Apocalypsi, quia animæ eorum, qui iuguli sunt propter nomen domini Iesu, assistat altari. Qui autem adsistit altari, ostenditur fungi sacerdotis officio.

Quod supra dicebat beatus Ambrosius: Sacerdotis autem officium est pro populi sui supplicare peccatis. Super Ioan-

Orige. To- nem vero aliam considerationem pertractat, & absolut

mo. 9. idem Origenes: Existimare debemus destructionem fieri potentiarum maleficarum per mortem sanctorum martyrum, veluti tolerantia & confessione usq; insidiarū tyrannorum illorum, contra tot cruciatus patientē, vt hebetata & debili reddit a potentia ipsorum, alij etiam plures victimis dimitterentur liberati eo onere quo potentiae malæ instan tes eos grauabant, & lædebat. Quin etiam martyres ipsi, qui passi sunt posteā, non incidunt in supplicia, quanvis nō debilitatis, ac delassatis his qui alios malis afficiunt, nimirum quia is qui talem victimam obtulit, vicit hanc contra-

Similitudo riam potentiam, tanquam si ex parte hac veterer similitudine, ad ea, de quibus agitur. Qui interficit aut carmine sopit animal venenatum, aut ipsum vi quapiam vacuum reddit à veneno, is in multos beneficium cōfert, qui in posterum aliquid passuri erant, nisi interfectum illud, vel sopitū fuisset, vel veneno euacuatum, atque etiam si alicui morsum manifestum fiat, & liberatus ille à nocturno per mortuum contracta, defigat oculos in mortuum, qui læsit, vel incendat mortuum, vel attingat mortuum, vel gustet huius partem fiet sane contra passo medicina, & beneficium ab eo, qui interfecisset id quod lædebat. Simile quipiam fieri morte piissimorum martyrum existimandum est, multis

A ex ipsorum morte indicibili quadam vi adiumentum su-
mentibus. De hoc satis lege eundem Origenem si placet. *Homil. 15.*
Acceptauit etiam sacrificium iustitiae corporis Christi, ad in Iesu Na-
condonandum pœnitentibus & lugentibus multas & ma- ue. Et bea-
gnas pœnas, quæ per ignem ardentiſſimum, effent soluen- tū *Grego-*
dæ. Magnifice enim sacrificiū hoc corporis Christi, quod nū li. 31.
quotidie in Ecclesia offertur adiuuat, & satisfactorium est. *Mor. cap.*
Gaudeamus ergo fratres charissimi, qui ad horam hanc 16. li. 29.
nouissimam sub hac luce apparuimus in tempore gratiæ, ca. 16.
& donorum multorum, in quo non semel audiuimus auris hu-
mana paternam vocem ad Christum Iesum dominum no-
strum. Tu es filius meus dilectus, in te complacui. Quan-
tus iustus & mæror ab origine mundi cunctas hominum
mentes inuasit occupauitque si nosti, cum audierunt ab
ore Domini: Pœnitet me fecisse hominem? Sed acce-
mus de manu Domini duplicitia. Ut scilicet, qui semel di-
xit, pœnitet me iterum atque iterum intonet: In te com-

B placui. Sacrificium ergo iustitiae est, quod acceptatur pro
nobis & pro nostra salute in conspectu altissimi. Sacri-
ficiū iustitiae est, quod hæredibus promissionum nobi-
lium prophetarum & patriarcharum, præordinatur in de-
creto æterni consilij. Et scriptum est. Memor erit in sequ- *Psal. 113.*
lum testamenti sui: virtutem operum suorum annuntiabit
populo suo. Ecce annuntiamus vobis salutem, & vitā æter-
nam in Christo Iesu Domino nostro, in sacrificio iustitiae
corporis eius. De quo si placere colite, quæ prima homi-
lia de re hæc cū beato Cypriano proposimus. Per omnia *Cypri. inde-*
sibi pater in filio complacuit, neq; illa serpentis sunt in eo *baptismo*
reperta vestigia, in eoque sacerdotij eius pœnituit Deum: *Christi.*
quoniam sacrificium, quod in Cruce obtulit, sic in be-
neplacito Dei constat, acceptabile, & perpetua virtute
consistit, ut non minus hodie in conspectu patris obla-
tio illa sit efficax, id est sufficiens, quam illa die qua de sau-
cio latere sanguis & aqua exiuit. Non multorum sancti-
mum T

ficatione iniuitur; non omnipium sublimitate deprimitur, C
 aut ex inanitum neque omnium sanctificatione minor
 redditur. Quippe cum sacrificium iustitiae sit quod infiniti
 valoris est, ad quod nullum humanum meritum attinge-
 re, aut concendere potuit.
 Nota Val. Quod si placet in revelatione, quæ Abraham facta est
 rem hanc intuere. Non eo tempore cum offerebat magnū
 sacrificium charissimi filij Isaac iurauit Dominus myste-
 rium redemptionis humanæ, sed declarauit quod ab æter-
 no iurauerat & promiserat ante tempora secularia. Non
 enim dixit. Per me metipsum iuro, quod si ita diceret, for-
 san meritum Abraham ad hoc ascendisse quisquam diceret.
 Sed quid iherquit? Per me metipsum iurauit, quod verbū præ-
 teriti temporis est non praesentis. Adhoc attingit sacrificium
 Abraham, ut revelationem mysterij æternis temporibus taciri, & ab æterno predestinati, sibi reuelaretur. Com-
 proba etiam ex hac sententia quantum est nostrum sacrificium, quod iustitiae à Davide appellatur & vere sic est, si D
 quidem ad eius reserationem, & revelationem sacrificii
 Isaac exquiritur ab Abraham. Ne per hoc intendo dicere,
 quod primus mortalium rem hanc cognoverit Abraham
 cum certe de Adam scriptum sit, quod Domino reuelante
 informatione uxoris sua mysterium incarnationis didicere
 rit, & preconizauerit in verbo illo. Os nūc ex ossibus meis
 & caro de carne mea. Quod verbum interpretante Pau-
 lo, de Christo & Ecclesia intelligitur. Hæc dicta sunt de
 priori expositione ad secundam accedamus, quæ est beati
 Augustini & Gregorij.
 Aug. Tunc acceptabis sacrificium iustitiae. Inquit beatissimus
 Augustinus. Modo sacrificium pro iniuritate spiritū con-
 tribulatum, & cor humiliatum: tunc sacrificium iustitiae lau-
 dis solius. Beati enim, qui habitant in domo tua domine: in
 secula secolorum laudabunt te. Hoc est sacrificium iustitiae ho-
 locaustomata, & oblationes. Quæ sunt holocaustomata?
 Totum

A Totum igne consumptum. Quando pecus imponebatur arx Dei, igne consumendum, holocaustum dicebatur. Totos nos ignis diuinus absumat, & feruor ille totos abripiat. Non tantum anima nostra absumatur ab illo igne diuino sapientia, sed & corpus nostrum ut mereamur ibi similitudinalitatē. Sic leuetur holocaustū, ut absorbeat mors in vita. Beatus Gregorius inquit: Acceptabis sacrificium iu*Gregorius* stitiae. A Edificata cœlesti Hierusalem, sacrificiū duntaxat iustitiae acceptū erit domino, quia ibi nō erit opus offerre sacrificiū pro peccato. In hac quidē vita, quia in multis deliquimus quotidie oportet, ut cōtriti cordis & cōtribulati spiritus Deo sacrificiū offeramus. In resurrectione autē, cū corruptibile hoc, induerit incorruptionē, & mortale hoc induerit immortalitatē, neq; nullus sanctorum peccare postmodū poterit, nec quisquam ad Deū pro peccato orabit. Intantū namq; peccatum delebitur, ut etiā pœna peccati omnino destruatur. sicut scriptum est: absorpta est mors in victoria.

B Vbi est mors victoria tua? Vbi est mors aculeus tuus? sibi 1. Cor. 5. mulus enim mortis peccatum est. Necessario peccatum ibi deesse cōuincitur, vbi mortis aculeus nō inuenitur. Nō igitur ibi oportet offerre pro peccato sacrificiū, vbi neq; in cogitatione admittitur delictū. Sacrificiū itaq; iustitiae sancti in aeternā vita Deo offerent quia in solo conditoris amore intēti, indefessas remuneratori suo in lætitia cordis laudes dicent. Scriptū est enim. Beati qui habitāt in domo tua domine, in secula seculorū laudabūt te, & iterū. Vox exultationis & salutis in tabernaculis iustorum. Holocausta eorum accipier, quia totū quod in eis erit, flamma diuinæ charitatis accēdet. Ex his sanctiorū Augustini & Gregorij sententijs constat aduerbiū illud, Tunc, ad futurū Ecclesie statum post beatā resurrectionem respicere. Pro quo elegātissime etiā dicitur. Tunc acceptabis sacrificiū iustitiae, ut scilicet, magnū resurrectionis donum & beatitudinis cōsummatae sanctis concedatur. Quod autē tunc fiat noua applicatio &

Super Psal. 50. Homilia vigesimasexta.

imputatio iustitiae & meritorum Christi, iam cū beatis Au-
gustino & Bernardo diffinivimus locum illum exponen-
tes. Exultabit lingua mea iustitiam tuam. Quod autem sit
expressa sententia beati Pauli de merito Christi, ad nostrā
resurrectionem audite illum. Oportet corruptibile hoc
in duere incorruptionem, & mortale hoc, induere im-
mortalitatem. Cum autem mortale hoc induerit immor-
talitatem, tunc fieri sermo, qui scriptus est: Absorpta est
mors in victoria. Vbi est mors Victoria tua? Vbi est mors
stimulus tuus? stimulus mortis peccatum est: Virtus ve-
ro peccatillex. Deo autem gratias qui dedit nobis victo-
riam per Iesum Christum dominum nostrum. Victo-
riam in quam mortis & peccati. Vides ergo quam verè di-
citur: Acceptabis sacrificium iustitiae ad concedendum san-
ctam & gloriosam resurrectionem iustorum? Sed & cæte-
rorum omnium. Omnes enim resurgentem, sed non omnes
immutabimur. Usq; ad resurrectionem sacrificium iustitiae
Christi efficax est & acceptū in conspectu patris altissimi. D
Scriptum est enim. Per hominem mors, & per hominem re-
surrexio mortuorum. Sicut in Adam omnes moriuntur ita
& in Christo omnes viviscabuntur. Iam perfectissime san-
cti erunt Deo suo holocaustata, siquidem ignis diuinus
ex omni parte eos absumet & incēdet. Iam coronabitur ad
plenū sanguis & Crux Christi Dñi nostri, qui usq; ad san-
ctorū resurrectionē & corporū immortalitatē & gloriam
clamat de mōte Caluariæ, & cessabit clamore eius cū tradi-
derit regnū Deo, & patri, & subiecta fuerint eius imperio
omnia! Considera & attēta mente reuolue, pulsis procul re-
rū caducarū phantasijs, qualis erit sanctorū in resurrectio-
ne introitus ad regnū, & patriā, & beatitudinem. Quantus
fulgor & placidissimus splendor. Quale eorū gaudiū, & glo-
rificata lætitia. Qualis cantus & exultationis vox. Conside-
ra regē in decoro suo ad dexterā patris in excelsis, eius ma-
iestatem & gloriam. Sed & reginā matrem eius à dextris
omnium filij

A filij in vestitu deaurato circum amictā varietate. O quanta *Domina eius gloria.* O qualis immortalitatis vestitus & splendor *nosta,* Cunctos cœliciues torrente voluptatis suæ gloriæ exhilaret & replet iubilo inenarrabilis lætitia. Illam laudant & magnificant omnes beatæ cœlorum mētes. Ave gratia plena inquiunt. Seraphim clamant. Sancta, Sancta, Sancta, quæ Deū & hominē castis visceribus genuisti & intacta peperisti. Hęc talia & tanta ex acceptatione sacrificij Christi filii sui dñi nostri contingunt imperatrici cœlorū. O beatissime Ioānes Dñi præcursor & demonstrator. Quis gloriæ *Ioannes tuæ iura,* & magitudinis sanctitatis tuæ poterit enarrare *Baptista.* amplitudinem? Taceant hominū & Angelorum ora, qui vsq; ad Christum de te loquuti sunt. Esaias enim & Malachias, & Gabriel Angelus de te loquuti sunt. Taceat ihuq; siquidē in tuas laudes, aperuit os suum sapientia Dei & virtus Christus Iesus Dñs noster, & quæ sparsim dixerat, vnicō clausit sermone. Internatos mulierū non surrexit maior

B Ioanne Baptista. Tu quidem primitias sacrificij iustitiae in diuino conspectu acceptati, plenissimo hausto ebibisti Spiritu sancto repletus adhuc ex vtero matris tuæ, cū sacratissima virgo & mater te salutauit & visitauit. Quid de te, o Petre & Paule sacratissimi Dei Apostoli, vera mundi lumina & principes terræ sacrisenatus coronæ dicam? Quid de senioribus terræ, cæteris in quam Apostolis loquetur lingua carnis, qui iudices mundi & cœlorum erunt in magno, ac nouissimo die, qui viuentes & morientes, & resurgentes, facti sunt cœlorum decus & ornatum, omni lapide pretioso ornatissimum. Sed, o beatissimi patriarchæ & prophetæ, & sacri & innumerabilestestes diuinitatis Christi, o beatissimi Martyres, O fulgens & amicabilis confessorum & virginum chorus, quis meritorum vestrorum numerum, coronarum splendorē, gaudiorum dulcedinem, denique & vestram beatitudinem enarrabit? Adhæc omnia acceptabile habuit pater æternus

sacrifi-

881 Super Psal. 50. Homilia vigesimasexta.

S. Franci sacrificium iustitiae Christi. Sed, o beatissime pater Franci C
fcius, quis non etiam altissimi morum Apostolorum, & ipsa Dei
genitrix Maria in resurrectione tui corporis exultabundus
& congratulabundus, non laudabit dominum Deum tuum,
qui elegit te? Tu enim inter omnes cœli ciues unus inuenieris,
qui in corpore sacris domini Iesu stigmatibus insig-
nito ornato, & coronato resurges, ad honorem & gloriā
crucifixi Iesu Domini nostri. Grande proinde, & admiran-
dum spectaculum in superna cœlorum altitudine. Altissi-
mum tuæ sanctitatis & holocausti, quod domino obtulisti
præconium in perpetuas æternitates hoc erit.

Hic iam cum tradiderit dominus Iesus regnum Deo &
patri, comprehendemus cum omnibus sanctis, quæ sit lon-
gitudo & latitudo, altum & profundum Dominicæ crucis,
cum sanctorum dona, & gratiæ merita & coronæ, ante om-
nium oculos in perpetuum prædicabuntur, & splendescer.
Ad quæ omnia acceptum habuit dominus sacrificium iusti-
tiae Christi; & nulla mortis & crucis eius eos tenebit obli-
uio; imo immortales gratias Christo reddent, qui redemit
nos in sanguine suo ex omni tribu, lingua, populo, & natio-
ne & fecisti nos Deo nostro regnum. Vsq; ad hanc horam
clamat sanguis Domini Iesu de terra, & tunc accipiet
dona consummata in hominibus, cum omnes sancti
consummati fuerint, & una æternitas, una beatitu-
do, & perpetua requies, & clara Dei visio om-
nes eos concludet, per Iesum saluatorem
& autorem salutis eorum qui cum
patre & Spiritu sancto regnat
Deus. Amén.

Ipsi honor & gloria in secula
seculorum.

S A L M A N T I C Æ,
Apud hæredes Ioannis à Canoua.

M. D. LXXVI.

Super Psal. canticis et psalmis iusta manifesta.

Si tunc facilius est utrum illius sit sed, si bona fratre quae fuit in
fidei, si die carnem de exaltatione Apollinaris, si ipsa di-
versitas, si diversa sententia in corporis sua dissimilitudine
et diversitate velut in aliis. Secundum idem per Hebreos 10.
quod tempore regni. Tunc inter omnes eadie sunt simili-
tudines quae corporis libertatis dignitatis velut in nobis, et aliis
similitudines quae corporis servitutis, velut in hebreis. & quia illa
est similitudo Christi Dei nostri, ita secundum eadem sententias
dicitur de aliis corporis servitutis, ut Iohannes ad Corinthus 4.
Ad hanc sententiam secundum hebreos, quod corpus obediens
est corporis libertatis, et hoc est manifestum.

Hic iam cum res certe quod nos Iesus regnare. Et quod
potius comprehendere et invenire omnium sancti quae sic longa
tempora dicitur. **S A L M A N T I C E**

Aproposito Iosuie 5. Cuius

B
M. D. LXXVI.

secundum sententiam suo ex opere ceteris linguis, videlicet, de rebus
enarratis nos Deo nostro regnum. Vnde ad hanc locutionem
clericorum suis Domini ieiudicarent. Et nunc occipit
debet illuminari in hominibus cum omnes similes
cum angelis sanctis, & in aeternis, ut beatitudi-
nem per eam requiescent. Et hanc senten-
tiam non possunt obviare, nec legeri nisi accipi
& ratione sanitis estimari qui cum
potius a Simeone fuisse credidissent.

In honore & gloria in secula

Iudeorum.

INDEX EORVM QVAE principaliter in hoc opere pertractantur.

BE L primo mortuus re-
surrectionem signifi-
cat. fol. 118. D. 119.
Abraham quanto pretio
emit videre diē Christi. fol. 141. a.
Abrahæ animi prōptitudo. f. 174. b.
Abraham videt diē Christi. fol. 88. b.
Abrahæ sacrificium & meritum. fol.
284. c.
Absalon. f. 165. d. figura peccatorū.
fol. 186. a. b.
Abiicitur quis à facie Domini. folio.
164. c. d.
Abyssus quid. fol. 220. c.
Abundantia promissa orantibus pro
Hierusalem. fol. 265. a. b. 271. a.
Acceptum habere. fol. 268. c.
Acceptum sacrificium Christi ad mul-
ta fol. 279. b. c. d. & sequentibus
folijs usq; ad finem.
Acceptum sacrificium Christi pro ad-
uentu spiritus sancti. fol. 281. b. c.
Acceptum sacrificium Christi ad gen-
tium vocationem. fol. 281. c.
Acceptum sacrificium Christi ad do-
num fidei & fortitudinis. Aposto-
lis & martyribus. fol. 282. a.

Acceptum sacrificium Christi ad con-
donationem pœnarum pœnitenti-
bus. folio. 284. a.
Acceptum sacrificium Christi pro no-
stra resurrectione. fol. 285. d.
Adam specialiter redemptus. folio.
280. d. 281. a.
Aduentus Domini ad iudicium val-
de proximus. fol. 118. b.
Adulterium. fol. 134. c.
Affectus in oratione. fol. 128. b. c.
Affectus huius orationis. fol. 207. b.
Agnes occissus ab origine mundi, Do-
minus. 98. d.
Agnes. fol. 282. d.
Altitudo prime orationis huius psal-
mi quinquagesimi, folio. 18. c. d.
19. a. b.
Alleluia. fol. 232. d.
Amor glutinum est. fol. 24. d.
Amor Dei. fol. 142. b. 160. a. b. c. d.
Amplius quantitatis aduerbiū est,
fol. 31. d.
Amor carnalis rabies luxuriae, folio.
184. b.
Anchora sanctorum, humilitas, fol.
214. b.
Angeli ceciderunt ex multis ordini-
bus. fol. 65. a.
Angeli

- I N D E X.
- Angeli ad sunt cantantibus* fol. 225.
d. 226.a.
- Animus religiosus Deo tribuit gloriam.* fol. 213.d. 214.a.b.
- Anne mansuetudo & reverentia ad sacerdotem Dei.* fol. 128.d.
- Anni ab Abraham usq; ad Christū.* fol. 23.c. 174.d.
- Apparitiones Dei quomodo fiant.* fo. 158.a.
- Apostoli omnibus prophetis excellentes.* fol. 91.d. 168.c.
- Applicatio iustitiae Christi ad resurrectionem & gloriam.* fol. 285.b.c.
- Applicatio iustitiae Christi admirabilis.* 210.b.
- Aqua super cælum.* fol. 220.b.c.d.
- Arrogans quis.* fol. 84.d.
- Argumenta psalmorum usq; ad decimumseximum.* fol. 163.c. 194.a.b.
- Armatura Dei ad nostram militiam.* fol. 183.b.
- Attentus humilis, tremens Dei laudator.* fol. 217.a.
- Attritionis & contritionis discri- men.* fol. 252.c.
- Aura post meridiem.* Genes. 2. quid significet. fol. 7.d.
- Aurores psalmorum plures secundum Hieronymum, & secundum Augustinum unus.* fol. 1.c.d. fol. 2.i.
- Audire stat sine videre Deū.* f. 254.d.
- Auditio verbi Dei quam necessaria.* fol. 199.c.
- Auditio verbi Dei.* fol. 271.b.
- Auditio verbi Dei velut tuba in bello excitat.* fol. 199.d.
- Aures mentis & corporis.* fol. 201.d.
- Auarus.* fol. 235.b.
- Auxilium quotidianum.* fol. 181.b.
- B.
- B**aptismus sacramētū fidei. f. 172.b.
- Beatitudo describitur à Davide.* fol. 173.b. 159.b.c.
- Beneficiorum commemoratione tempore paenitentie.* fol. 15.d.
- Beneficia ex Christi iustitia.* f. 211.b.
- Benignitas Dei.* fol. 265.b.d.
- Bona quam multa in statu innocen- tie.* fol. 65.d. & sequentibus.
- Bona quam multa ex consideratione crucis Christi.* fol. 5.b.
- Bonum præsentis vite & futuræ.* fol. 147.c.
- Bonitas diuina ubi resplendet.* f. 265.c.
- Borith quid significet.* fol. 96.d.
- Breuiarium nouum.* fol. 227.d.
- C.
- C**ain conceptus in peccato origi- nali. fo. 63.d. 162.a.b.c.
- Cain peccatum.* fol. 163.b.c.
- Cautio Dei in iustos.* fol. 13.b.
- Castigatio post conuersionem.* f. 10.b.
- Castigatio amoris signum.* ibi.
- Casus gentium ante fidem assidens.* fol. 200.a.
- Cura cura quasi noceat.* f. 701.c.d.
- Caro*

INDEX.

- Caro & sanguis quomodo non conser-
 quentur regnum Dei. fol. 204.b.c.d.
 Caro nostra ex ea. fol. 205.c.
 Carnis cõtinua mortificatio. f. 206.b.
 Caro nostra malorum fons. fo. 206.c.
 Castitas armat militem Christi. f. 183.b.
 Cantus Ecclesiasticus. fol. 224.c.d.
 Canticus Ecclesiasticus à Christo. fo.
 225.b.
 Canis ecclesiastici utilitas. f. 225.c.
 226.a.b.c.d.
 Cantus ecclesiasticus expellit animæ
 mærorem. fol. 226.c.d.
 Cantum ecclesiasticum audire quam
 uite. fol. 226.d, 227.a.
 Cantus & hymnus Seraphin in conse-
 cratione. fol. 233.a.
 Cantus psalmorum quam utilis. f. 2. d.
 Certamen David, & Pauli pro humi-
 litate. fol. 17.a.
 Cessatio à peccatis ante cōfessionem.
 fol. 74.d.
 Cessatio legalium hostiarum. fol. 228.
 b. 237.c.
 Ceremonia regum & humilitas in
 Missa. fol. 102.b.c.
 Certitudo. fol. 266.b.
 Certitudo gratiae aut electionis quare
 denegata. fol. 266.c.
 Chirographum quid sit. fol. 22.d. 24.
 c. 99.b.
 Christus quomodo factus & cōditus.
 fol. 97.d.
 Christus imago patris. fol. 113.c.d.
- Christus publice mortuus. fol. 143.c.
 Christi corpus quomodo apud f. 245.
 Christi imago depicta a propheta.
 fol. 241.d. 242.a.b.
 Christi crux altare ignis. fol. 5.b.
 Cicatrices vulnerum domini Iesu pro
 pter quam multa reseruata in suo
 corpo. fol. 6.a.b.c.d.
 Circuncisio sacramentum apud ve-
 teres. fol. 64.b.c.
 Circuire quid. fol. 223.c.
 Clementia Dei quam magna. f. 202.a.
 Coccus b̄ sanctus quid significet.
 fol. 34.d. 35.a. 104.b.c.
 Cogitatio affida mortis Christi yn
 de. fol. 212.b.
 Conuersio peccatorū ad Deum. f. 10.a.
 Consideratio qualis ad penitentiam.
 fol. 23.c.d.
 Consideratio quam necessaria ad cri-
 minum detestationē. f. 31.b. 139.a.
 Consideratio salutaris Dei affida pa-
 nitentibus. fol. 175.d.
 Conservantia vitam in statu innoce-
 tie que. fol. 66.d. 67.a.b.
 Consubstantialis filius matris. folio.
 264.b.
 Confessio sacramentalis de iure diu-
 no. fol. 43.c. 138.c.d.
 Confessio peccatorum in sua condem-
 natione. folio. 179. b. et misera-
 tors. 126.b.c.d.
 Confessores. fol. 140.a.b.
 Contugati. fol. 72.c.d.

INDEX.

- Communicatio Dei ad intra & ad extra. fol. 145. a.
 Communicatio Dei magna rectis cordibus. ibi.
 Communicatio aduersus impoenitentes. fol. 136. d.
 Cognitio Dei & mysteriorum. folio. 255. c.
 Cooperatio nostra necessaria ad perseuerandum. fol. 182. b.
 Coronari ex merito quam vtile nostre naturae & gloriosum. fol. 44. b. c. d. 45. a. b. c. d.
 Clamor pro venia quam diu debeat durare. fol. 39. d. 40. a.
 Clamor peccatorum aduersum nos. fol. 40. b.
 Concupiscentia nostra insatiabilis. fol. 273. d. 274. a.
 Concordia contrariarum qualitatum in homine. fol. 219. b.
 Communio altaris freques. fol. 277. b.
 Contemplatio quam necessaria. f. 273. d.
 Contemptus Dei magnus. fol. 164. d.
 Confidetia anima Christi in inferno. fol. 280. c.
 Contritionis actus qualis. fol. 252. c.
 Contritio quid secum portat. fo. 253. d.
 Contritio una & eadem ad multa peccata sufficit. fol. 253. c. 254. a. b.
 Cordis contriti sacrificium. fol. 247. d. 248. a. b.
 Cor contritum Domini Iesu. f. 250. d.
 Cordis scissio. fol. 252. d.
 Cordis humani temeritas. fol. 268. b. c.
 Cor hominis adamantinum. fol. 269. a.
 Crux Christi altare ignis. fol. 5. b.
 Crucifixi consideratio. fol. 23. b.
 Creatio secunda sublimior quam prima. fol. 141. d. 142. a.
- D.
- D**are locum in re. fol. 272. a.
 Dare gloriam laudibus David. fol. 233. d.
 David Petrus & Paulus in nostrum exemplum. fol. 137. a. b.
 David autor omnium Psalmorum. fo. 2. a. b.
 David quam magnus propheta. folio. 87. d. 88. a.
 David multoties decantauit psalmum quinquagesimum cum multis lacrymis. fol. 2. c.
 David humilitas. fol. 164. a.
 David contemplabatur crucifixum cum propeccatis dolebat. fo. 4. d. 5. a.
 David desideria. fol. 169. d.
 David non superbus in oratione, spiritum sanctum tuum ne auferas a me. fol. 170. b.
 David durissime flagellatus a domino. fol. 9. a. b. c. d.
 David saltim per nouem menses permanxit in peccato. fol. 10. d. 11. a.
 David sui ipsius recognitor. fol. 15. a.
 David quam sapiens in consideratione suorum peccatorum. fol. 20. a. d.
 David quam timoratus etiam post viam.

IXN DCE X.

- niam. fol. 24.b.
 David in aures omniū confitetur sua
 peccata. fol. 73.b.c.
 David quantum gaudium de futura
 incarnatione hauriebat. f. 173.d.
 David quam assiduus & vigil in re-
 parando diuino honore. fol. 191.c.
 David quam perfectus in sua pœnitē-
 tia. fol. 191.d.
 David doctor pœnitētiae Bethsabee.
 fol. 192.a.
 David quā nū castigauit corpus suū.
 fol. 205.b.
 Desertum quid significet. fol. 241.b.
 Desperatio veniae. fol. 166.b.c.d.
 Deus Verax. f. 83.a.b.c.d. 84.a.b.c.
 Deus non parcit delinquenti quomo-
 do intelligatur. fol. 128.a.b.
 Deus quomodo terribilis in sanctos.
 fol. 13.b.
 Deus quomodo desideret nostrā salu-
 tem. fol. 36.d. 37.a.
 Deus à seipso solus beatus. fol. 44.c.
 Deus à peccatoribus despctus. fol.
 46.b. & derelictus. c. & proscri-
 ptus. d. & cōculcatus. d. fol. 47.a.
 Deus spiritus est. fol. 57.a.
 Deus quomodo omnia impleat. folio.
 57.b.c.
 Deus quomodo in omnibus. ibi. c.d.
 Deus immutabilis. fol. 84.a.b.
 Deus qualis bonitas. f. 145.d. 146.a.
 Deus quare dictus à Mose ignis. fol.
 146.b.c.
- Deus solus author nostræ salutis. fol.
 207.c.d.
 Deus diues longanimitatis & patie-
 tie. fol. 211.d.
 Deus maior omni laude. fol. 216.b.
 Deus æternus demonstratur. f. 217.c.
 Deus artifex noster. fol. 219.d.
 Deus omnipotens. fol. 220.a.
 Deus Verax ostenditur per Christum
 fol. 239.d.
 Demonstrationes quibus v̄sus est Do-
 minus & Apostoli. fol. 169.b.c.
 Demonstrationes spiritus ibi. c.d.
 Diabolus leo & draco. fol. 70.b.
 Diabolus ne regnet in nobis nostræ
 est potestatis. ibi. d. 71.a.
 Diabolus æquitate superatus non po-
 tentia. fol. 119.a.b.c.d. 120.a.
 Diabolus nunquid cognovit Christū?
 fol. 120.b.c.d.
 Diaboli cura perdendi nos. fo. 275.b.
 Diabolus quando plus scuit & accen-
 ditur. fol. 261.b.c.
 Demones fugantur canticis Ecclesia-
 sticis. fol. 226.a.
 Dies Christi. fol. 88.a.
 Diffinitio peccati originalis. f. 68.b.
 Dilectio inimicorum. fol. 77.b.c.d.
 Disciplina quam necessaria ad domā-
 dam superbiam carnis. fol. 68.d.
 Distantia interpretationem & habi-
 tum. fol. 149.d.
 Dissimilator quis. fol. 84.d.
 Distantia inter Christi & Apostolo-

IXN D E U X.

- rum reconciliationem. fol. 283. a.
 Domina nostra sine peccato origina-
 li & sonite. fol. 71. b.c.
 Dominus nostra. fol. 286. a.
 Doctores quae debeant prædicare. fo-
 122. b.c.
 Docendus populus de magno iudicio.
 fol. 99. c.
 Doctrina pro diuitibus. f. 196. b.c.d.
 Doctrina qualiter distribuenda his
 temporibus. fol. 21. a.
 Doctrina gratum Dei obsequium.
 fol. 191. d. 192. a. b.
 Dolor domini Iesu. fol. 251. c.
 Dolor pro peccatis omniū maximus
 appetitiue. fol. 254. b.c.d.
 Dolor pro peccatis in sapientioribus.
 fol. 255. a.
 Dolor pro peccatis unde magnus. fo-
 255. b. 256. a.
 Dolor sensitius. fol. 255. d.
 Dona omnia preparata & concessa
 merito Christi. fol. 279. a.
 E.
Ecclæsia ante sacram scripturam.
 fol. 99. a.b.
 Ecclesiae recurrentum cum dubium
 aut nouum contigerit. fol. 92. d.
 Ecclesia Christo non Angelis est sub-
 iecta. fol. 120. c.
 AEdificare super arenam quid. folio.
 82. d.
 Effrenatio carnis manet in baptiza-
 tis ad multas & præclaras. f. 69. a.b.
- Electio à facie domini depingitur.
 fol. 165. c.d. 166. a.b.
 Eleemosyna potentia & efficacia. fo.
 35. a.b. c.d.
 Eleemosyna pro diuitibus. folio. 197.
 b.c.d.
 Electorum & reproborum discrimen.
 fol. 256. c.
 Eleuatio mentis in Deum, quam ne-
 cessaria. fol. 172. b.
 Eleuatio manuum in oratione. f. 130.
 d. 131. a.b.
 Elementa contraria foederata. folio.
 219. b.c.d.
 Elementorum qualitates. fol. 219. c.
 Errores philosophorum circa bonoris
 felicitatem. fol. 89. d. 90. a. in quo
 secundum platonem. fol. 87. b.c.
 Esse Dei quantum. fol. 146. a.
 Euangelium supra legem. fol. 239. b.
 Excusatio in peccatis. fol. 7. b.c.
 Excusatio in peccatis aparetibus pri-
 mis orta. fol. 7. d. 8. a.
 Excusatio. fol. 30. a.b.c.d.
 Exercitium David. fol. 264. c.
 Exercitia David pro cognoscendo lo-
 co Nativitatis Domini. fol. 12. c.d.
 Exercitium David. fol. 264. a.b.c.
 Extrema vita nostre. fol. 149. b.c.d.
 Exemplū stupendū David. fol. 167. c.
 Exemplū vox magna docēs. f. 203. b.
 Exemplum Pauli imitandū. f. 205. b.
 Exemplū satisfactionis in Adē. f. 81. b.c.
 Exultatio in Dei laudibus. fol. 213. c.

I N D E X.

F.

- F**acie peccati quo tempore cognita à David. fol. 32.a.b.
 Faciem peccati quam pauci cognoscunt. fol. 34.d.
 Facies peccati qualis & quando consideranda. fol. 33.a.
 Facies Domini auersa quantum malū. f. 135.b,c.nō à se sed à nobis.d.
 Facies Domini ad quod conuertitur. fol. 136.b.c.
 Felicitas temporalis malorū. f. 179.b.
 Flagellum Dei post peccatorū remissionem. fol. 9.a.fol. 80.b.c.d.
 Flagella omnia David quasi de manu Domini recipiebat. fol. 167.d.
 Flagellum Dei nostræ salutis operatum. fol. 168.d.
 Fletus deuotionis & contritionis sub canticorum ecclesiasticorum auditu. fol. 221.a,b,c,d.
 Fides scutum. fol. 184.a.
 Fidei profectus & augmentū. f. 185.b.
 Fides docet contemptum presentium voluptatum. fol. 186.c.
 Fides quanto potentie. fol. 22.d, 23.a.
 Fidei oculi. ibi.a.
 Fides quanto maiestatis. fol. 91.a.b.
 Fidei magnum argumentum. fol. 91.d. 92.a.b.
 Fidei demonstrationes. folio. 168.d. 169.a.b.
 Fides differentium. fol. 136.d.
 Fides implicita & explicita. f. 245.b.

- Fide traditur creatio vniuersi. folio. 219.a.
 Finis nostræ instificationis duplex. fol. 112.a.
 Fortitudo & potentia Christi qualis. fol. 279.d.
 Fornicatio quale venenum f. 95.a.b.
 Fornicatio generalis. ibi.b.c.
 Fons gaudy & leticie. fol. 176.b.
 Fomes peccati. fol. 204.d.
 Franciscus Seraphicus. fol. 208.b.c.
 Franciscus. fol. 211.d.
 Franciscus. fol. 286.c.
 Fructus auditionis verbi Dei. folio. 200.b.c.d.
 Fructus carnis. fol. 260.d. 261.a.
 Fuga de Babylone. fol. 269.d.
 Fuga necessaria à carnalibus. f. 235.b.
 Fundamentum terre. fol. 220.a.

 G,
- G**alea. fol. 185.d.
Gaudiu pœnitentiū. f. 110.b. 111.a.
 Gaudium Patriarcharum. fol. 175.a.
 Germanum nostræ naturæ Deo subiecti. fol. 269.b.
 Genæ sponsæ. fol. 302.d. 303.a.b.c.ea-
 rum pulchritudo ibi.a.b.
 Generatio filiorum in statu iustitiae originalis. fol. 67.b.
 Generatio in nostro statu. fol. 72.d.
 Generatio externa. fol. 145.a.
 Generatur habitus ex unico actu in-
 tenso. fol. 171.d.
 Gloriā dare Deo apud Iosue. f. 73.c.d.

I N D E X.

- Glorificatio patrum in Lymbo.* fol. 279.d. *Homicidium velamen adulterij.* fol. 10.d.
Gloriatio in peccatis. fol. 30.a. *Homicidium quam graue crimen.*
Gloria quid. fol. 248.c. fol. 95.c.d.
Gladius quo fiet diuisio cordis carna-
lis. fol. 235.c. *Hostia ad quid immolatur.* f. 283.c.
Gratia non sufficit ad perseuerandū,
fol. 182.a. *Holocaustum quid.* fo. 284.d. 285.a.
Gratia nunquid fuit in illa creatus
homo. fol. 67.d. 68.a.b. *Homo vetus qualis.* fol. 143.c.
Gratia refrigerat ardorem concipi-
scentiae. fol. 208.a.b.c. *Honor unde Deo debitus.* fol. 229.b.
Gratiarum actiones reddenda Deo,
fol. 258.b. c. 230.a.b.c.d.
Gratis apud Paulum humilitatem do-
cet. fol. 266.d. *Honoris diuini quam stricti debito-*
res sumus. fol. 230.d.
Gratia quanta bona conferat pecca-
tori. fol. 14.d. 15.a. *Honorificentissimum sacrificium Deo.*
Grex domini docēdus de satisfactio-
ne. fol. 79.b.c. fol. 231.d. 232.a.b.c.d.

H.
Habere Deum in notitia & pro-
bare illum. fol. 58.b.c. *Humilitas in audiēda reprehensione.*
Hymnus laudis Christi. fol. 213.b. fol. 7.b.
Hymnus. fol. 224.d. 225.a.b. *Humilitas in pœnitente.* fol. 13.d.
Hymni sublimiores in missa. f. 232.d. *Humilitas David.* fol. 29.b.c. 48.a.
Hysopus quid significet in hoc psal-
ma. fol. 94.d. 95.a. b. 258.c. 265.d.
Hirundo &c. quare prudētiores quā
homines. fol. 78.b.c. *Humilitas.* fol. 106.d. 107.a.b.
Hyrcus missus in desertum & alius
immolatus. fol. 245.b. & sequen-
tibus folijs. *Humilitas hominis.* fol. 149.b.c.
Hierusalem. fol. 222.d. *Humilitas pœnitentium.* fol. 257.d.
Hierusalem. fol. 222.d. *Humilitas nostræ causa.* fol. 257.
Hierusalem. fol. 273.c. d. 258.a.
Humilitas peccatoris. fol. 258.b.c.
Humilitas sponsæ. fol. 270.b.c.d.
Humilitas fundamentum murorum
Hierusalem. fol. 273.c.
Humilitas seruanda in diuinis donis.
fol. 202.d. 203.a.

I.
Jacob vidit diem Christi. fo. 174.c.
Ieiunium violare quantum malum

I N D E X.

- & qui precipiti violatores. folio. Ius sanctorum ad regnum. fol. 113. d.
 30. c. d.
 Jejunium & oratio comites. fol. 131. c.
 Iesus Dns noster, vocatus iustus
 quid & quantum sit. f. 44. b. c. d.
 Iesus nomen sanctissimum. fol. 132.
 a. b. 142. c.
 Iesus in duobus animalibus significa
 tus. fol. 240. a. 241. a.
 Image, quam in pénitentia debet pec
 cator inspicere. fol. 4. c. d.
 Iudicium hominis aduersum semet
 ipsum quomodo fieri debeat. f. 10. c.
 Iudicij consideratio quam necessaria,
 vbi scribenda. fol. 118. a. b. c.
 Iudicij obliuio audacia ad omnia pec
 cata. fol. 118. c. d.
 Iudicium diligentium nomen domi
 ni. fol. 134. b.
 Immunditia cordis quomodo fiat ex
 crabilis. fol. 37. a. b.
 Immutabilitas Dei veracem cum co
 probat quomodo. fol. 84. a. b.
 Iustitia nostrorum operum necessa
 ria ad salutem. folio. 43. b. c. d.
 44. a. b.
 Iustitia. fol. 183. c.
 Iustitia mortis Christi. fol. 209. a. b.
 Iustitia Christi ad patrem, magna mi
 sericordia ad nos. fol. 209. c. d.
 Iustificatio, non ex nobis sed a Deo.
 fol. 267. d. 268. a. b.
 Ius ad gloriam pénitentium. folio.
 111. c. d.
- Ius diuinorum laudum. fol. 212. d.
 Ius diuini honoris. fol. 229. b. c.
 Ius redemptionis. fol. 230. b.
 Iugum ante contemplationem. folio.
 274. c.
 Iugum. fol. 274. c. d.
 Inflata virgo & Martyr & Cypria
 nus. fol. 77. b. c.
 Iustificationes Dei. fol. 162. d.
 Iustificatio nostra ad Dei gloriari
 spectat. fol. 142. a.
 Incarnatio verbi sub iuramento pro
 missa. fol. 107. d.
 Ignis diuini amoris Vnde. fol. 193. d.
 Ignis purgatorius. fol. 144. a.
 Ignis amoris Dei in predicatione vn
 de. fol. 197. a.
 Ignis inferni comburit & non consu
 mit. fol. 110. b. c.
 Increpatio sui ipsius vbi inueniatur.
 fol. 31. a. b.
 Indulgentia etiam si lucentur pén
 tentiales fructus necessarij sunt
 ad curationem. fol. 79. b. c. d.
 Illuminationes Angelorum. folio.
 90. c. d.
 Illuminatio Dei quam necessaria. fol.
 241. d.
 Ioannes Apostolus non vidit Deum.
 fol. 155. d.
 Ioannes non dormiuit supra pectus
 domini. fol. 156. a. b.
 Ioannes Baptista. fol. 286. a.

I N D E X.

- Iudith.* fol. 214.d. *Libertas noſtre voluntatis in peccan-*
Introitus sanctorum ad regnum & do, fol. 258.a.
gloriam. fol. 285.d. 286.a.b. *Licentia ad omne malum vnde.* fol.

L. 59.c.d.

L *Abia ſponſe.* fol. 164.c.d. *Lignum miffum in Mara quod fa-*
Lachrymæ David argentei. folio. *cramentum ſignificet.* fol. 177.a.b.
31.d. 32.a. *Ligni mysterium,* fol. 293.b.
Lachrymarum potentia fol. 129.b.c. *Lingua quanta mala exciter.* folio.
Laudes & orationes psalmorum quo
modo noſtræ fiant. fol. 2.d. 3.a.b. 72.a.b.
Laudes & gratiarum actiones pani
tentium in iudicio. fol. 125.b.c. *Lingua meretricis,* fol. 207.a.
Laudis diuinæ rationes. fol. 115.d. *Locus inferni,* fol. 126.c.
Laus diuina nobis, non Deo prodeſt. *Loqui cum Deo facie ad faciem.* fol.
fol. 217.b. 152.d. 153.a.b.
Laus Dei iter ad eius cognitionem. *Lorica.* fol. 183.c. 189.b.
fol. 228.a. *Lex carnis quomodo in omnibus mem-*
Laudandus Deus semper. fol. 216.c. *bris.* fol. 69.b.c.
Lætitia poenitentium. fol. 125.a.b. *Lex inter Deum & peccatorem,* fol.
Lætitia preparata rectis corde. folio. 133.b.
148.b. *Legis antiquæ ceſſatio.* fol. 238.d.
Lætitia ſalutaris Dei quam efficax. *Legiſtator promiſſus Christus à Mo-*
fol. 175.a. *ſe.* fol. 239.a.b.
Lætitia poenitentium. fol. 175.b. *Legem statuere & implere quid,* fol.
Lætitia & timor comites. fol. 176.
b.c.d. 177.a.b. 288.d. 239.a.b.c.
Lætitia ſalutaris Dei quantum conue-
niebat Davidi. fol. 177.d. *Lex Moysi quomodo eterna.* folio.
Liberalitas Dei. fol. 222.d. 239.c.d.
Liberalitatis ratio. fol. 17.d. *Legati miſi à Deo ad peccatorem.*
Liber conscientiae aperietur in morte fol. 268.c.
& iudicio. fol. 26.d. 27.a. fol. 268.c.
Lumen propheticum quam necessa-
rium. fol. 89.d. 90.a.b.c.d. 91.c.
Lux celestis necessaria ad cogniſcen-
dum neceſſitatem mortificationis.
fol. 206.d.

IX NE XI

- Lux** diuina in Dei laudibus. folio. 228. c. Materia prima creata à Deo. folio. 142. a. b.
- Luxuriosus** ebrius est. folio. 206. d. Media sufficientia ad victoriam contra carnem. fol. 71. b. c.
207. a. Memoria passionis Christi. fo. 100. d.
- M**agistrorum merita & corona. Mendacium quam perniciosum in re publica. fol. 85. d. 86. a. b.
- fol. 198. d. 199. a. b. Mendacium & falsum quale. folio. 87. a. b.
- Macula & reatus post culpam. folio. 14. c. d. Mendacium per se malum. ibi.
- Magna** ex luxuria & homicidio. fol. 33. c. Mendacipaterdiabolus. fol. 87. d.
- Malum periculosisimum nostrorum temporum. fol. 34. c. d. Mendacium populi Christiani in missa.
- Malum quomodo cognoscitur a Deo. fol. 58. a. fol. 101. b.
- Malum facere coram Deo quid. fol. 58. d. Mendacium in confessione. f. 148. a.
- Mala multa ex peccato originali. fol. 68. b. c. d. Meretrix? fol. 34. c.
- Mala duo que faciat populus Domini ubi praeципue inueniatur. folio. 180. d. Misericordia amiserit dicitur. folio. 11. d.
- Mala quam multa quibus eternorum deest consideratio. fol. 186. a. Misericordia diffinitio. fol. 17. c.
- Martyrium sine formalis penitentia. fol. 259. d. 260. a. Misericordia quomodo Deus sit dimes. fol. 19. d.
- Martyrii excellentia. fol. 259. d. Misericordia & miseratione quomodo differant. fol. 21. a. b.
- Martyrum millia. fol. 282. c. Misericordia & iustitia in Christi morte sunt consideranda. folio. 43. d. 44. a. b.
- Martyres purgamenta mundi. folio. 283. b. c. d. Misericordia salvatoris ad ingressum regni. folio. 210. c. 211. a. b.
- Marus Per omnipotens & iusta. fol. 110. b. c. Misericordia Dei unde resplendat. fol. 229. d. 230. a. b. c. d.
- Myrrha in omnibus. fol. 105. a. b. Myrrha

I N D E X.

- Myrelba non probata. ibi.
 Moysi denegatur clara Dei visio. fo.
 151.d. 155.a.b.c.d.
 Moysi desiderium. fol. 152.a.
 Moysi promissio in Thabor impleta.
 fol. 155.a.b.
 Mors Christi non expediebat ut plus
 perduraret. fol. 156.d.
 Mors & Crux Christi quomodo est co-
 sideranda. fol. 43.c.d. 44.a.b.c.d.
 Mors Christi extensis manib[us]. fol.
 1243.d.
 Mors Christi publica. fol. 244.b.c.d.
 Mors peccatorum quam horribilis.
 fol. 48.d.
 Mortificatio carnis quam necessaria.
 fol. 205.b.
 Mundus creatio rationibus naturali-
 bus non potest inueniri. fol. 209.a.
 Mundus a Deo creatus. fol. 218.b.c.
 d. 219.a.b.
 Mundatio animæ ex multis. fol. 33.d.
 Munditia cordis. fol. 142.b.
 Muri Hierusalem. fol. 262.c. 273.c.
 Murus ecclesiæ. fol. 270.c.
 Muri Hierusalem quomodo edifican-
 ti. fol. 275.b.
 N. d. a. 44.d
Naturaboni. fol. 195.a.
 Nebula tempore rationis dif-
 funditur super rationem. folio.
 187.a.
 Negatio beatissimi petri qualis. fol.
 13.a.b.
- Negligentia in sermonibus quam cri-
 minalis. fol. 201.a.
 Nitor animæ per gratiam. fol. 24.d.
 Nominis Iesu versus admirabilis. fol.
 37.d. 38.a.
 Nomen Domini. fol. 131.d. 132.a.b.
 Nomen Dei primum. fol. 145.d. 146.
 a.b.c.d.
 Nomina quare. fol. 147.a.
 Nomen Deus, cum auditur quid nesci-
 concipiatur. fol. 147.a.
 Nominis domini potentia & virtus.
 fol. 166.c.
 Nomen Dei, nomen maiestatis. fol.
 21.a.
 Nomen contritio. fol. 252.d. 253.a.
 Nuptiae sanctæ & sanctificatae a Chri-
 sto. fol. 64.a.
 Nuptias non damnauit David. folio.
 63.c.
- Obedientia mædatorum Dei quæ
 virtutis. fol. 269.c.
 Obedientia ad pacem spectat. folio.
 272.b.
 Obliquitas cordis. fol. 197.d.
 Observatio virtutis altissimi. folio.
 154.a.
 Obsequium quod promisit David do-
 mino. fol. 191.b.c.
 Oculi qui aperiuntur per peccatum.
 fol. 72.c.d.
 Officium

I N D E X I.

- Officium iustitiae originalis. folio. 66.
b.c.d.
- Omnipotentia in comminationibus
Dei coniungitur. fol. 3.d.
- Omnipotentia Dei in quo relucet. fo.
221.b.
- Omnipotentia in brevissimo temporo-
ris spatio quo condita sunt omnia
relucet. fol. 221.d. 222.a.
- Oratio ad perseverandum. fol. 181.d.
186.d. 187.a.b.c.
- Orationis comites. folio. 187. b.c.d.
188.a.b.
- Orationis circumstantiae. fol. 187.d.
- Oratio continua qualis. fol. 187.d.
- Oratio in cubilibus actus fidei. folio.
187.d.
- Oratio cum attentione. fol. 188.a.
- Orationis perseverantis necessitas.
fol. 188.b.c.
- Orationes psalmorum propriæ nostræ.
fol. 3.b.c.
- Orati formula antiquorum patrum.
fol. 12.a.b.
- Oratio humili quam potens. fol. 14.c.
- Oratio vulnerum medicina. fo. 128.b.
- Orationis perseverantia. fol. 129.c.
- Orationis necessitas. fol. 131.b.
- Oratio turris refugij. fol. 130.a.
- Orationis potentia. fol. 130.b.c.d.
- Oratio sublimior in missa. fol. 233.a.
- Orationis congruentissimus locus &
tempus. fol. 196.a.b.
- Oium quantum malum. fol. 30.d.
- Patientia Dei, magnum beneficium.
fol. 241.d.
- Palam. fol. 188.d.
- Passio & resurrectio Christi in ver-
bis Iacob ad Iudam. fol. 174.d.
- Passio domini Iesu. fol. 177.c.
- Paulus durissime castigatus etiam ple-
nus spiritu sancto. f. 81.c.d. 105.b.
- Paulus non vidit Dei essentiam. fol.
154.c.d.
- Paulus allegauit poetarum sententias.
fol. 194.d.
- Paulus decollatus. fol. 282.b.
- Pax. fol. 271.d.
- Pax & iustitia amice. fol. 272.c.
- Pacis preconia. fol. 272.d.
- Pax cum omnibus, quia unum corpus
sumus. fol. 273.a.
- Pœnitentia remissa unde. fol. 4.c.
- Pœnitentia ab humilitate. fol. 11.d.
- Pœnitentia secundum Deum. fol. 77.
a.b.c.d.
- Pœnitere Deum quid sit. fol. 5.d.b.a.
- Pœnitentia reuiniscunt merita morti
ficata. fol. 14.a.b.c.
- Pœnitenti habitus exterior. fo. 15.a.b.
- Pœnitentiæ tempore, salutare consi-
lium. fol. 20.c.
- Pœnitentia, sanctis Angelis gaudiū.
fol. 109.d.
- Pœnitentium stola fœcunda. fo. 125.d.
- Pœnitendum de omnibus. folio. 137.
b.c.d.
- Pœniten-

INDEX.

- Pœnitentie tempore qualis animæ pre-
 paratio. fol. 235. c.
 Pœnitentia quantum glorificat Deū.
 fol. 298. c.d.
 Pœnitentie perfectum exemplū chri-
 stus. fol. 250. b.
 Pœnitentie nomen apud philosophos.
 fol. 252. a.
 Pœnitentiū signa. f. 256. d. 257. a.b.
 Pœna aliqua eterna & iusta ad lon-
 gum. fol. 25. b.c.d. 26. a.b.
 Pœna & pœnum. fol. 116. b.c.
 Peccatum statuere aduersas aliquem
 peccatorem quid sit. fol. 7. c.
 Peccatum transferre quid sit. fol. 8.
 d. 9. a.
 Peccatum mortale quantas perdat di-
 uinitas. fol. 12. d.
 Peccator quam indignus post pecca-
 tum. fol. 13. b.c.d.
 Peccator per Esau significatur. folio.
 23. d.
 Peccator annihilationis reus. folio.
 26. b.c.
 Peccator quæ debet excogitare. fol.
 16. 6. d.
 Peccatum mortale quanta mala affe-
 rat. fol. 14. d.
 Peccata nostra scripta in cordibus no-
 stris. fol. 23. d. 29. a.b.c.d.
 Peccatum maius omnibus malis. f. 31. c.
 Peccati scripture delectabilis per pœni-
 tentiam. fol. 25. a.
 Peccatum David quando fuit coram
 illo. fol. 39. c.
 Peccatum David pro illo breuissima
 rēpōrē cōtra illū semper. f. 47. c.d.
 Peccatum, quando pro peccatore quā
 do contra illum. fol. 98. c.
 Peccatorū periculū maximū. f. 26. d.
 Peccatum originale apud veteres. fol.
 64. b.
 Pro peccato originali argumentum.
 c.d. ibi.
 Peccata ante oculos, via ad salutem.
 fol. 137. b.
 Peccata occulta. fol. 138. a.
 Peccare p̄ se venie. fol. 167. b.
 Peccatores nostrī temporis crudelissi-
 mæ ferae. fol. 192. b.
 Peccata omnia abūciēda. fol. 260. c.
 Petrus non vidit Dei essentiam. fol.
 157. b.
 Petrus clavis crucifixus. fol. 282. b.
 286. b.
 Perseuerātia. f. 178. c. 179. d. 180. a.b.
 Perseuerantia de congruo potest me-
 reri. fol. 189. c. 190. a.b.
 Perseuerantia accepta amitti non po-
 test. fol. 189. d.
 Pieras Dei immensa. fol. 268. d.
 Poterēs quomodo reprehēdendi sunt.
 fol. 7. a.
 Populus Israel quam deuotus tempo-
 re sacrificij. fol. 101. b.c.
 Populus suo modo offert. fol. 233. b.
 Pontificatus Christi in Aaron pre-
 fulsit. fol. 97. b.c.d.
 Ponti-

IX NI DI EX.

- Pontificatus Christi. fol. 98. a. b. c.
Possibilitas nostra ad coronam vel ad
flagellum. fol. 182. d.
Posteriora, quomodo priora prioribus
fol. 180. c.
Potentia verborū domini. fol. 202. b.
Precones laudis Christi. fol. 213. a.
Predicator que debet proponere po-
pulo. fol. 16. c.
Predicatio Ioannis & Dñi. fo. 151. a.
Preficiendi in republica qui. 86. c. d.
redemptionis nostræ. fol. 209. a.
Pretiū sanguinis Christi. f. 5. c. d. b. a.
Præcipuum Davidis exercitium. fol.
264. a. b. c.
Præseruatio à multis peccatis. folio.
211. b. c.
Principium maximum ad cognoscen-
dum malum peccati mortalis. fol.
40. b. c. d. 41. a. b. c. d. propositum
emendandi vitam necessarium in
pœnitentia. 253. b. 252. a.
Principia duo vigilissima nostræ fidei.
fol. 59. c.
Prophetæ falsi qui. fol. 198. c.
Prophetæ evidentiam habuerunt re-
uelantis. fol. 88. c. d.
Prophetæ intelligentia necessaria.
fol. 88. d.
Propheta, a proprio spiritu aliquando
loquitur. fol. 89. b.
Prophetæ quomodo Deum videbant.
fol. 153. d.
Prophetarum cognitionem simul cū
imaginibus quas videbāt. f. 89. c.
Propheticum lumen, quam necessa-
rium. fol. 89. d. 90. a. b. c. d. 92. c.
Prophetarum verba aduersum nos.
fol. 230. d. 231. a.
Prophetia non fuit causa eorum quæ
peccatores fecerunt. fol. 92. a. b. c.
Prophetia ad Dei gloriam spectat &
prophetarum honorem, & proxim-
morū salutē. f. 168. b. c. d. 169. a. b.
Prophetæ aliud genus. fol. 169. a.
Psalmarū miraculū. f. 192. d. 193. a. b. c.
Psalmarum lectio quam utilis. ibi. c.
Psalmarum lectio ad docendum om-
nes vias Domini. fol. 194. b.
Philosophorum sententias quomodo
vix debeamus. fol. 195. b.
Philosophorum sapientia cum nostra
Theologia collatio. fol. 195. d.
- Q.
- Q**uartuor vigiliae in nostra militia
spirituali. fol. 69. d. 70. a. b.
Quarta oratio David prudentissima.
fol. 133. a. b. c.
- R.
- R**atio à priori diuinarum laudū.
fol. 216. a.
Beatus puer æternae. fol. 26. a.
Recordatio peccatorum. fol. 137. c. d.
Rectitudo animæ in statu innocentie
duplex. fol. 65. d.
Rectitudo cordis. fol. 147. d.
Rectitudo spiritus unde. fol. 148. c. d.
Rectum quid. fol. 149. a.
Redemptio

INDEX.

- Redemptio generis humani. folio. 16.
 c. d.
 Redemptio animæ quam pretiosa esse
 hominibus. fol. 233. d.
 Reditus ad peccatum, & casus mi-
 serabilior unde. fol. 76. b. c. d.
 Regula perfecta ad nostram pœnitentia-
 riā. fol. 3. d. fol. 4. a.
 Regula unitatis in pœnitentia. folio.
 7. b.
 Regula tertia. fol. 15. c.
 Regula quarta. fol. 16. a.
 Regula quinta. fol. 77. b.
 Regula sexta. fol. 78. a. 82. b. c.
 Regum doctrina. fol. 164. b. c. d.
 Regnum ex obedientia suscipiendum.
 fol. 178. d.
 Regio tota peccati fugienda. fol. 180. b.
 Regnum cœlorum violentiam pati-
 tur. fol. 45. a. b. c. d.
 Remissio omnium peccatorum per pœ-
 nitentiā. fol. 27. b. c. d. 28. a. b. c. d.
 Remissio peccatorum sub iure iurando
 confirmata. fol. 108. a. b.
 Remissio peccatorum ad Dei gloriam
 spectat. fol. 108. d. 109. a.
 Renouatio mentis unde. fol. 143. b.
 Reproborum & electorū diversa fôrē.
 fol. 162. d.
 Resurrectio mortuorū. fol. 121. b. c. d.
 Resurrectio quid sit ibi. d.
 Resurrectionis prædicatio non nona
 in Evangelio. fol. 122. a.
 Resurrectionis gloriose spes unde.
 fol. 122. d.
 Resurrectionis semen & fructus eius
 fol. 123. c. d. 124. a. b. c. d.
 Resurrectionis consideratio amoris
 castitatem generat. fol. 124. b. c. d.
 Resurrectio Christi. folio. 244. d.
 245. a.
 Respiceret Dei regnum beatitudinis.
 134. c. d. 135. a. b.
 Reuelatio credendorum non decebat
 esse omnium. fol. 90. c.
 Rugitum pœnitentiæ timet diabolus
 Valde. fol. 129. d.
 S.
 Sacramentorum perceptio necessaria
 ad salutem. fol. 43. b. c.
 Sacra scriptura quam necessaria. 90.
 d. Ante illam Ecclesia. 9. 1. a. b.
 quam utilis etiam non intelligen-
 ti. 226. b. c.
 Sacerdotium Christi sub iurciurando
 confirmatum. fol. 107. d.
 Sacerdotium Ecclesiæ. fol. 232. a.
 Sacerdotij & legis nouæ promissio.
 fol. 238. c.
 Sacerdos proprius & legitimus mini-
 ster sacrificij altaris. folio. 231. d.
 Sacerdos & chorus. fol. 232. c.
 Sacrificium Christi secundum magni-
 tudinem fuit Deli. fol. 232. a.
 Sacrificium modifatur. fol. 232. a.
 Sacrificia veteris legis ad retrahendū

INDEX.

- dum illum populum ab idololatria. fol. 236.b.
- Sacrificia veteris legis pro tempore. fol. 245.b.c.d.
- Sacrificium ad Dei gloriam spectat & mentis elevationem. folio. 249.a.
- Sacrificium Deo gratissimum cor con- tritum. fol. 249.b.
- Sacrificium cordis contriti excellen- tiae. fol. 258.d. 259.a.b.
- Sacrificio Eliæ depingitur pœnitentia ad longum. fol. 260. a.b.c.d. fol. 261.a.b.c.d.
- Sacrificium cum lacrymis. fol. 260.b.
- Sacrificium iustitiae. fol. 263.b.
- Sacrificium acceptū Christi, pro mul- tis & magnificentissimis. folio. 280.a.b.c.d. & sequentibus.
- Sacrificium iustitiae Deo offertur. fol. 285.b.
- Sacrificium duorum hyrcorum figu- ra Christi. fol. 240.a.
- Sanguini Christi ascribit scriptura no- stram mundationem. fol. 94.c.d.
- Sanguis agni in AEGypto. folio. 95. a.b.c.d.
- Sanguinis Christi valor. fol. 98.b.c.
- Sanguis Christi efficaciore effusus. fol. 98.d. 99.a.
- Sanguis Christi clamat de terra. fol. 109.b.
- Sanguis sacrificiorum Deo insigni. fol. 100.b.c.
- Sanguis animalium in lege assiduus quare. fol. 99.d. 100.a.b.
- Sanguine peccata carnalia significan- tur. fol. 204.b.
- Sancti sentiebāt cooperaturum Deū cumpetebāt miracula. fol. 35.d.
- Sancti obliuiscuntur quæ fecerunt bo- na. folio. 163. d. Sanctimoniales. 264.d. 265. a. b.
- Salutare Dei. fol. 173.b.
- Satanas quomodo intravit in Iudam. fol. 141.c.d.
- Satanæ studium perdendi nos. folio. 172.c.
- Satanæ sollicitudo tempore orationis. fol. 188.a.
- Satisfactio ad iustitiam spectat. fol. 79.d.
- Satisfactio ex quibus debet fieri. ibi. & fol. 80.a.b.
- Satisfactio in Adam dedicata. folio. 81.a.b.
- Satisfactio in sacrificio nostro. folio. 245.d. 246. a.
- Satisfactio Christi. fol. 277.d.
- Sententiæ variae Augustini & Hieronymi circa autores libri psalmo- rum. fol. 2.c.
- Seraphin suas velabunt facies in con- spectu Dei. fol. 216. d.
- Serpentes fouentur à peccatoribus. fol. 165.b.
- Serpens æneus saluare non poterat. fol. 242.c.d.

Pp

Serpens

INDEX.

Serpens Christū significabat incruce.	Sian.	fol. 262. d.
fol. 243. a.	Superbia.	fol. 267. a.
Sermo Dei aliquando negatur, & clauditur.	fol. 117. b.c.	
Sermo Crucis & passionis Christi, quam utilis.	fol. 194. d.	T.
Seruitus peccati durior cunctis.	fol. 166. b.	
Signum Cain.	fol. 60. d.	
Silentium pro laude.	folio.	
223. b.		Tela inimici nostri ignea. folio. 70. b.c.d.
Solicitare virginem quantum malū.		Tela ignea tentationes diaboli. fol. fol. 30. b.c. 184. a.
Spes venie unde peccatoribus. fol. 4.		Telum igneum aspectus mulieris. b. fol. 6. b. fol. 184. c.
Spes nostra in Christo, quā sublimis.	fol. 42. c.d.	Tela inimici vbi recipienda. folio. 184. d.
Spes pœnitentium.	folio.	Timor reverentialis in Missa. folio. 101. d. 102. a.b.c. d.
108. b.c.		Timor cum lætitia pœnitentium. fol. 111. b.c.d.
Spes velut anchora. fol. 108. c. quan- do certa. 109. c.d.		Timor Domini. folio. 129. d. 130. a.b.
Spes futuri gaudij quam efficax ad amplectendum mortificationem.	fol. 116. d. fol. 117. a.b. c.	Timor post victoriam. folio. 18. c.d.
Spes mea in orationibus.	folio.	Timor futuri casus etiam perfectus. 132. d. fol. 188. b.c.d.
Spes resurrectionis gloriose unde.	folio.	Tranquillitas mentis & corporis un- de. fol. 123. b.c. fol. 66. a.
Spes quam necessaria.	folio.	Tribus duc Iudas vocabantur. folio. 185. d. 117. c.
Spes sanctorum prophetarum ventu- ri Christi anchora.	fol. 245. d.	Tria quæ à temptationibus contingunt. fol. 206. a.
Spes peccatoris unde.	folio.	Trinitatis mysterium cognitum ab 277. d. Esaias. fol. 89. a.b.
		Tristitia

INDEX.

- Tristitia qualis fugienda in pœnitentia. fol. 15.d. bum Dei. fol. 201.d. 202.a.
 Tristitia bona & mala. folio. 177.a.
 Triumphus Christi apud inferos. fol. 65.b. 280.c. d. Visitatio Dei & probatio. folio.
 252.b. a.b.c.d.
 Vitulorum sanguis. folio. 236.d. 237.
 Triumphantia Christi. folio. 281.1 Verecundia ad non confitendum quā
 malā. fol. 74.b.c.
 Verbum vade in pace cum gloria do-
 cētrina Christi. folio. 76.c.d. cum
 ignominia à nobis. ibi.
 Verbum Dei lux. folio.
 V. 200.a.
 Verbum Dei cibus animæ. folio.
 Umbra quid. fol. 176.a. 200.b.
 Virtutis astantibus diuinis laudibus. fol. 233.c. Verbi Dei necessitas. ibi.
 Vxor concubina vocatur. folio. 274.c. Verax quis. fol. 85.a.b.
 Via inueniendi misericordiam. folio. 18.a. Veritatem quomodo diligit Deus. fo.
 Victima ante idololatriam. folio. 227.b. 80.b.
 Victoria inimicorum unde. folio. 73.d. Pro veritate mortuus Dominus Ie-
 sus. folio. 83.d. quantum amavit
 eam Deus. 84.c.d.
 Vidua eleemosynam tribuit Eliæ ex
 sibi necessarijs. folio. 197.c. Veritati affluescere quam necessariū.
 152.d. 153.a.b. fol. 85.b.c.
 Victoria Dauid. folio. 49.b.c. Veritas quam necessaria in republi-
 ca. fol. 85.c.
 Videre Deum facie ad faciem. folio. 152.d. 153.a.b. Veritas cum iustitia conuenit. ibi. &
 155.a. maxime ad sacerdotem spectat.
 155.a. fol. 86.d.
 Visio Moysi & Eliæ similes. folio. 265.d. 266.a.b. 267.a.b. Vocatio nostra ad pacem & contem-
 plationem. fol. 263.d.
 Videre precipitur audientibus ver-
 155.a. facere. fol. 266.b.c.
 266.b.c.
 Zelus
 Pp 2

I N D E X.

Z.

Zelus diuini honoris in bello spiri-
tuali. fol. 188.d. 189.a.b.

Zelus quo David ardebat ad Dei ho-
norem. fol. 188.d. 189.a.b.

Zelus honoris Dei in eius laudibus.
fol. 231.c.

Zelus David erga diuinum honorem.
folio. 251.a.

Zelus Mathathiae. fol. 251.b.

F I N I S.

Errata.

- Fol. 6. p. 1. l. penul. em , lege enim.
fol. 11. p. 1. linea ante penul. adduceremus
lege, adduceremur.
fol. 25. pag. 1. linea. 5. tamen, lege hi.
fol. 27. pag. 1. B. angelicus, lege euangelicus.
fol. 29. pag. 1. linea. 3. ergo, lege etiam.
eodem fol. pa. 2. li. 25. adiunxit, lege adauxit.
fol. 33. pag. 1. linea. 28. hamus, lege hamum.
fol. 36. pag. 1. linea. 29. qui, lege quia.
fol. 37. pag. 2. linea. 3. vico, lege vicum.
fol. 40. pag. 2. linea. 2. cruce, lege cruci.
fol. 44. p. 1. li. 10. beatitudine, lege beatitudini.
fol. 48. pag. 1. linea. 23. quia, lege qui.
fol. 51. pag. 2. linea. 25. alij, lege illi.
fol. 54. p. 1. linea. 13. impingant, lege impingat.
fol. 55. D. pag. linea. 30. propositis, lege præ-
positis.
fol. 57. pag. 1. linea. 15. Deum, lege Deo, ead.
pag. lin. 23. intercedere, lege intendere.
fol. 61. pag. 1. lin. 9. supersunt, causa aut con-
sequatio.
fol. 64. pag. 2. linea. 5. peccata, lege peccatum.
fol. 70. pag. 1. linea. 17. gemitus & doloris eter-
ni, supereft, &.
fol. 91. pa. 1. li. 23. vsque huc dum, huc, supereft.
fol. 71. pag. 2. linea. 25. tamen, lege hi.
fol. 73. pag. 2. linea. 19. qua adeſt nobis, lege
qui deſt.
fol. 74. pag. 1. lin. 15. accedentes lege accedūt.
fol. 78. pag. 1. lin. 12. in ret , cordis lui, lege tui.
fol. 78. p. 1. li. 24. debeam dolorem, lege dolere.
fol. 80. p. 2. lin. penul. ac formatus, deſt fuerat.
fol. 81. pag. 2. lin. 4. penas, & ipſe super eft, & ibi
linea. 19. oporteat ei pati, lege cum.
fol. 85. pag. 2. linea. 21. necessaria iustitia, lege
veritas.
fol. 87. pag. 2. lin. 2. verſum, zorob, lege verbū.
fol. 97. pag. 1. lin. 9. effuſione, lege effuſionī.
fol. 98. pag. 1. lin. 19. qua adeo , lege quia. lin.
28. & mundabit, lege emundabit.
fol. 104. pag. 1. li. 6. perfectus, lege perfectius.
fol. 114. pag. 1. linea. 27. memoria in abundan-
tia, lege memoriam abundantia.
fol. 131. pag. 1. linea. 12. imaginem , & supereft,
& linea. 24. illi, lege ille.
fol. 134. pag. 1. linea. 4. sub terra in ea, lege sub-
- terranea.
fol. 138. pa. 1. li. 15. delicta mea, supereft mea.
fol. 139. pag. 1. linea. 20. & omnibus, lege & de
omnibus.
fol. 140. pag. 1. lin. 10. vrgenti, lege ingenti.
fol. 148. p. 1. li. 17. restitutionē, lege rectitudinē.
fol. 148. pag. 2. lin. 10. dicordat, lege discordat.
fol. 154. pag. 2. lin. 29. poterit, lege poteris.
fol. 155. pag. 1. lin. 29. potest, lege potes.
fol. 156. pag. 1. lin. 32. hic, lege huic.
fol. 166. pag. 2. li. 29. fortitudo, lege formido.
fol. 167. pag. 1. lin. 21. vixerit, lege vix erit, ibi
lin. 33. Augustini, lege Ambrosi.
fol. 171. pag. 2. lin. 5. aut, aliquis, lege vt.
fol. 173. pa. 2. li. 33. necessaria, lege necessariū.
fol. 177. pag. 1. lin. 9. cupiebas, lege capiebas.
fol. 187. pag. 2. li. 29. placendus, lege placendū.
fol. 188. pag. 1. linea 15 . quam cum, lege quam
quod cum idest quod.
fol. 202. pag. 1. lin. 30. dicit, lege ducit.
fol. 215. pag. 1. lin. 5. iusticia, lege iustitiae.
fol. 219. pag. 2. lin. penult. & quoties supereft &.
fol. 220. pag. 2. lin. 14. tantum, lege tamen.
fol. 222. pa. 1. lin. vltima. liberata, lege liberate.
fol. 224. pag. 2. li. 19. psalmorū, lege Palmarū.
fol. 225. pag. 1. lin. 23. sylla, lege Syllas.
fol. 240. pag. 2. lin. 3. hostium, lege hostiam.
fol. 241. pagina. 1. linea. 25. inenarrabili, lege
inanribili eodem fol. pag. 2. linea. 8. & fa-
cramenta, cum interroganti eft scribēdum,
& statim, magna &.
fol. 243. pag. 2. lin. 18. morte, lege mors.
fol. 244. pag. 2. linea. 3. cur, lege qui. in humani
talis, lege in humanitatis:
fol. 243. pag. 1. linea vltima. reuelato. lege re-
uelatum. ibi pag. 2. lin. 18. morte, lege inors.
fol. 247. pag. 1. linea. n. vbi antiqua, lege vbi de
antiqua.
fol. 267. pag. 1. linea. 30. illuminat, lege illumi-
nat pag. 2. filii, lege Alij.
fol. 276. pag. 1. linea. 14. contemplationis, lege
contemplationi.
fol. 279. pagina. 1. linea. 32. toto, legi toti. pag.
2 linea. 4. beatitudine & clara, lege beatitu-
dini & claræ.
fol. 281. pag. 2. linea. 3. oratio , lege creatio.


ELIJAH.

Salmantica, et
SALMANTICÆ,
Apud hæredes Ioannis à Canoua.
M. D. LXXVI.
















GR de
Fuenze

832